ex fortitudine motus in organo propter
quem virtus ad organum illud spiritum
dirigit multum sicut apparet in sensu
[illegible] tactus multo enim spiritu simul ad
membra missa multum de eo resolvitur
[illegible] spiritu et membro in quo recipitur
ideo etc. Contra quantum fortiori motu
oculi a splendido fiat oculum contingit
infrigidari igitur hec causa non valet
negandum est quia et declarabitur 2o ca-
dum ostendetur qualiter in omni dispositione
resolvit motus. Causa non propter quam
aspectu assiduo nigri vel obscuri debi-
litatur quod visus sicut longo tempore in
obscuro incedentibus est primo quod sicut pred-
icato lucido spiritus visivus naturaliter movetur
ad extra ita econtrario nigro vel obscuro pred-
icato movetur intus unde nigrum
dicitur visus congregativum album vero
disgregativum cum igitur in huiusmodi
oculi paucificantur spiritus visivus et con-
sequenter vitalis concomitans illum in
organo quorum preparatione cristallinus
et albugineus redduntur rari ideo cum

inspissantur et consequenter inepti reddi
fiunt ad receptionem spiritus visus quare
debilitatur et obtunditur visus. Ra-
tio est quia unumquodque organum moderatum
exercitium in eius operatione fortificat
organum ita eiusdem dimissio et nimia
contrario in operatione debita mem-
brum debilitat quia ergo in tenebris
et in assiduo aspectu nigri dimittitur quod
[illegible] oculus ad videndum modicum
transmittitur spiritus et calor et consequenter
eidem subtrahitur nutrimentum quare
maceratur et constringitur oculus. Et si ar-
guitur quia penes supius dicta non possit
probabiliter assignari causa propter quam de-
bilitatur visus in legendo literas minutas
quam in legendo grossas et pura et
occulta visibilia intuendo quam ma-
nifesta non excellentia eo quod minorem
causant talia impressionem in organo
visus et pridem non apparet quare plus
debilitatur visus in aspiciendo longinqua
quam propinqua. Pro hiis dicitur quod virtus
visiva ad actum intendi efficitur quorum
tenus tamquam principale agens dicitur spiritum
et speciem obiecti tamquam instrumento
ideo debili specie in organo visus impressa
ad distincte percipiendum obiectum ex-
ampliorem spiritum et magis unitum
querere propter quod accidit spiritum maiorem
resolutio et per consequens debilitatur in or-
gano ad quod quaerit commotio plus
[illegible] oculi vehementius laborat
indebite movendo et infrigidando
oculum secundum exigentiam aspectus
parvarum literarum quod etiam grossarum
quare ad lateralem istum plus transmit-
titur de spiritu motivo et plus de eo re-
solvitur et per consequens lapatur organum
quia vero resolutio spiritus motivi asso-
ciat semper resolutionem sensitivi nec quo-
tamen fiat visibile parvum merito propter
impressionis esse minus aptum debilitare
organum et per idem patet quare plus
debilitatur visus aspiciendo longinqua
licet alia causa conveniat tangenda in
solutione sequentis difficultatis. Ex
quibus omnibus patet primo quare
multum splendentia et multum ob-
scura ex assiduo eorum aspectu visum
debilitant viridia vero et media aliquo
confortant causant enim impressione

speciem et humorem medio movetur
ut colligitur per 9o de animalibus et 3
problematum problemate 10 per 2o quam tamen
et vehementis quia aspectu splendidorum
subito oculus debilitatur quod insuper
patet 3o quam diu in tenebris moram
trahentes intuitu splendidorum subito
occurrentium tollantur non possunt
ita ut quidam qui subito corpus occursu
tentarem inciderunt huius autem causa 3
quidem signatur quia ista difficultate tollantur
experimentis mutationes ut 3o textu 2a
causa est quia qui diuturnam moram
in tenebris contraxerunt tam magis
aviditate lucem aspicientes aspectu
diutius difficilius tollerant sicut qui longa
famem passi sunt plus quam oportet cibos
unde recipiunt et propter magis subeunt
nocumenta 3a causa est potior quia quod diu
turna mora in tenebris species in oculo pau
citatus est ut supra forte ergo splendido
occurrente paucus species cito resolvitur
prius quasi succedat alius et saltem
sic esse contingit propter quod ideo oculus
ex toto speciebus privatus et sic cecatus Et
colligitur hec causa quarto de accidenti
allegato Capitulo unde dyonisius ty
rannus similis supra carceres suos ob
scurissimos domos construxit lucidis
simas quas post longum tempus in
carceribus captivos transire faciebat
quorum plurimi cecabantur ut lo. de
Valencia particulari Pro responsione ad
ad ultimam difficultatem premittendum
est primo quod potissime secundum varietatem
dispositionis in speciebus variatur virtus
visiva quo ad posse conspicere a longe ut
de prope obiecta comprehendere medie eius et
subtile consistente specie tam propinqua quam
remota distincte comprehendit virtus visiva
E contra ut paucis et grosso consistente
speciem et sic de aliis || Premittendum
est 2o quod species visibilis in organo qua
druplicem recipit varietatem quia
vel est grossus et multus vel grossus et
et paucus vel subtilis et multus vel
subtilis et paucus Ad subtilitatem
species claritatem vel limpiditatem et
transparentiam in modo substantie re
ducendo ad grossiciem turbulentiam
Consistit per omnia de humoribus
ut albugineo et cristallino dispositione
dum est aut eciam est multus et subtilis

aut multus et grossus aut grossus
et paucus ut Premittendum est
tercio speciem subtilem facilius aliis pati
recipere visibilium impressionem speciem
grosso et paucum multum Ex quo
patet fortem lucem aptiorem esse nocu
mento visui cum species est subtilis quam
grossus Et paucus quam multus
propter aliquorum visibilium impressiones
sine nocumento tolleram propter oculus
cum species est subtilis aut paucus //
Quarto supponendum est quod licet
visibile propinquum per speciem propriam
in organo visus formis imprimat quam re
motum tamen propinquus eo quod intensiorem
propriam speciem causat in organo forma
tamen absolute transmutative or
ganum visus aspiciendo obiectum
distans quam propinquum aliis eciam
paribus Non enim sola species obiecti
movet organum sed etiam lumen actu
in medio cadens inter obiectum et or
ganum cum igitur maiori consistente
distancia a qua oculus videt obiectum
amplior sit quantitate luminis inter
diacentis medium et oculum magis
irradiatur oculus et per quod plus sub
tiliatur et resolvitur species visus con
spiciendo longinqua quam propinqua Cum
sit fortes et plato eque perfecte virtute
visive et videant aliquod obiecta
in eodem medio uniformiter illumina
to sed forte et plato longe et parum quod aque
est lumen movens visum fortis et pla
tonis quia tale lumen consistens in
medio movet utrosque visum Non tamen
utrique visus equaliter debilitatur nec
utriusque species equaliter resolvuntur
Pro isto dicitur quod licet idem
sit totale lumen movens utrumque non
tamen utrosque organum equaliter irra
diatur eo quod ad oculum destructius
maior provenit latitudo radiorum
ideo et ille intellectus suppositionis
ab auctoribus posite Quinto p
mittendum est quod cum dicimus oculum
aliquem melius videre longinqua quam
propinqua vel econverso non est intelligendum
quemcumque quantumcumque longinqua medio

videri quam propinqua vel econverso aliquo
oculo potest enim obiectum ita distans esse et
ita propinquum oculo quod a visu nullatenus
perciperetur quantumcumque esset eius orga-
num bene dispositum propinquitati enim
et distantie limitati sunt termini naturales
intra quos sit potest visibilium apprehen-
sio ymaginemur totalem distantiam
intra quam terminos videri potest obiectum aliquod
signatam esse tripedalem incipientem inter
a d terminos et sit a punctus propinquior
oculo distantiam vero sit d si igitur visibile
appropinquat oculo ultra punctum a non vide-
bitur et si removeatur ab eodem ultra d
etiam non videbitur et consequenter
ymaginatur inter a d puncta representata
in aliquam signate distantie in neutro
quorumcumque puncto fuerit obiectum distincte
et clare videbitur si igitur illa gratia
exempli pedale medium incipiens inter
c suos terminos sint puncta quantumcumque enim igitur
visibile signatum incipiens inter b c per-
ta distincte videbitur dum autem situa-
tum fuerit inter a b aut inter c d confuse
et imperfecte videbitur et secundum hoc dicetur
oculus melius videre remota quam propinqua
non quod melius videat obiectum situatum
inter terminos c d quam inter terminos b c sed
quia melius videt situatum inter terminos
c d quam inter terminos a b distantia enim
c d dicitur remota a b vero propinqua
respectu b c que est media. Nota
tamen quod visum aliquem melius videre
remota quam propinqua vel econverso pos-
sumus dupliciter intelligere primo in
relatione ad temperamentum oculum scilicet
aptum visus ymaginando quod licet oculus
distemperatus in tota distantia a d re-
spectu aliorum perfectissime videat perfectius
tamen videt in distantia inter terminos
b c quam a d. Et iterum perfectius in
distantia inter terminos a b quam inter c d terminos
aliis paribus ille erit oculus lapsus
melius videt remota quam propinqua cum
visio est distantia c d in qua labitur a
visione oculi temperati in eadem dis-
tantia quam visio eiusdem in distantia
a b. Econtra vero dicitur melius videre
propinqua quam remota. Secundo possumus

hec intelligere per hanc distinctionem scilicet
remotionem et propinquitatem ad
propriam ymaginemus oculi correspondentiam
deferendo ymaginando quod cuique oculo
qualitercumque disposito correspondet
limitata distantia in qua sufficit ob-
iectum apprehendere divisibile in medio
in quo potest optime talis oculus videre
et extrema in quibus sua imperfecte
visio respectu medii et consequenter quod
reperibilis est oculus inter terminos distantie
sibi correspondentem melius videre potens
ultra mediam distantiam quam citra et
aliquis econverso. Et utroque istorum modorum
intelligi possunt aliquem oculum me-
lius videre remota. Nota tamen istam
distantiam mediam non esse intelligen-
dam arismetice sed secundum proportionabili-
tatem eius ad organum. Nota etiam quod
distantia totalis in qua rectus oculus
videre potest et partes eius iam signate
variantur in magnitudine et parvitate
secundum oppositionem organi obiecti medii
et aliarum naturarum et distantiarum maior
enim est huiusmodi distantia respectu o-
culi iuvenis quam senis et sani quam egri et
respectu obiecti multum quam remisse colo-
rati et sic de aliis. Hiis premissis proba-
biliter tenende sunt iste conclusiones per
mentibus auctorum intelligende. Primo
oculus cuius spiritus est grossus et multus
merito huius dispositionis aptus est
melius videre remota quam propinqua
persuadetur sic conclusio. Spiritus propter grossi-
ciem est ineptus instrumentum in operatione
visiva igitur ut sit conveniens aptet ipsum
subtiliari hoc autem melius fit apprehendo
longinqua quam propinqua eo quod tunc a plu-
ri lumine irradiantur et per consequens
subtiliantur et equantur igitur etc. Secundo ab aliis
persuadetur conclusio quod spiritus grossus et multus
consistentis causantur in visu obumbratio
quedam que per fortem irradiationem
tollitur. Item quando spiritus grossus stat
vapor grossior ... in parte visum hebe-
tantem qui per fortem irradiationem oculi
a longinquo apprehendens subtiliatur et
resolvitur. Item ad grossitiem spiritus

sequitur grossities humorum oculi qui
oculo appinente longinqua subtiliatur
et equantur ut spiritus et colligitur hoc
quarto de accidenti et morbo 2o capitulo
et 3a 4 tractatu quarto capitulo de signis
debilitatis visus Et aliqualiter quarto
colliget capitulo de accidentibus spiritus visus
hoc fundamento probationis huius videtur
sufficientius distinctius Ex quanto ergo eius
probationibus sequitur primo quod oculi
talis dispositionis exquiunt aspectu ad
longinqua et splendida melioratur
eo quod eius spiritus et humores equantur
Sequitur secundo quod omne visibile
movens visum maiorem spiritus visum
causat resolutionem 3o medicinalis
patet potest quare aliqui calidam
abstinentiam incurrentes ardiores fiunt
visus ut 31 problematum 9o problemate
Ex abstinentia enim multum effluc-
tibus lacrimis contingit siccitates
spiritus visum obtundentes oculi
oculi et per quod visum acutiorem red-
di propter quod frequenter acuta oculus
incidit macula ut sepe ducenta fuit vi-
sum amittere ut ibidem testatur aristoteles
Et si arguitur quod hic oculus non bene
videt longinqua quia illa non sentit
ut dicit galienus quarto de accidenti
2o capitulo Huic dicitur quod illa non
sentit per operationem ad oculum multi
et subtilis spiritus ut aliter non sentit
non sit distincte percipit sicut a longe
videt id quod non est tante efficacie in
clare videndo sicut in distincte appre-
hendendo Secunda conclusio oculus
cuius spiritus est paucus et subtilis me-
rito huius dispositionis aptius est me-
lius videre propinqua quam remota
patet quia spiritu pauco et subtili existente
ad visionem secundam vel quinimmo propius
motus quod fortem motum non tolleraret
hec dispositio primus aut sit motus in
spiritu appinendo propinqua fortis non a-
spiciendo longinqua igitur etc. Tertia
conclusio licet oculus cuius spiritus est paucus
et grossus nec propinqua nec longinqua
sit aptius distincte comprehendere tamen
eius cuius spiritus est multus et grossus

melius tamen videt longinqua
quam propinqua in latitudine distantie
sue visioni proportionate Prima pars
conclusionis patet quia fortiorem mo-
tum visibilium tollerare potest oculus
cuius spiritus est grossus et multus primo
a maiori distantia et distinctius potest
obiecta comprehendere Secunda pars patet quia spiritu
existente grosso ad clarum comprehenden-
dum indiget oculus motu subtiliante
et equante spiritum hoc autem melius fit
obiecta distante quam propinquo intra
limites distantie sibi correspondentis
ut etc Exempli gratia ubi oculus re-
patus videret per tripedalem distantiam
videat oculus hic per pedalem cuius
media 3a sit pars in qua situato ob-
iecto optime comprehenditur ab hoc visu
Dico ergo quod obiectum situatum in
ultima 3a melius videbitur quam in prima
3a distantie quandam signate Cuius primo
enim non fit in spiritu motus sufficiens
spiritus subtilians quam consistit compre-
hendere obiectum in ultima non excessus
Ex quo patet huic oculum melius
videre distantiorem quam oculum cuius
spiritus est paucus et subtilis Propinquius
vero in distantia signata detrimentis
patet 2o causa dubium cuiusdam
quesiti 3 problematum et quinto pro-
blemate videlicet propter quod debiliores vi-
dentium quidam reddunt obiecta oculis
propinquiora dum ea clare volunt in-
tueri quidam vero elongant magis
ut patet in senibus plurimis quorum
cum spiritus grossus est elongant obiecta
ab oculo quorum vero subtilis et pau-
cus oculum appropinquant propter causas dictas
patet 3o quare senes quandoque ad lumen
candele in nocte litteras quasdam legere
non potentes in die tamen legunt
et maxime sub radio solis ut 3o colliget
allegato capitulo Ex quo ulterius patet
quare plurimi senum dum legunt litteras
ipsas satis a visu removent sunt enim
spiritus eorum visivi grossi et turbidi
pluribus existentes lumine ut subtilientur
Ex hiis omnibus colligitur apparens

contradictionem duorum auctorum de visu senum quidam enim posuerunt senes melius videre longinqua quam propinqua ut aristoteles 3i problematum allegatus problemate de visu 2o contra quarto capitulo Alii autem senserunt eos melius videre res propinquas quam remotas ut averroys colliget 3o capitulo dum inquit Et videntur senes res propinquas et non remotas et Rasis 2o continentis 3o capitulo et filius serapionis Et alii inveniunt hic contradictionem quia senes non possunt videre longinqua propter [illegible] ne ipsorum [illegible] Similiter in sequenta tamen distantia totali per quam videntur senes et divisa ut supra in medium et e contra melius videntur longinqua in hac distantia quam propinqua in eadem aliquibus ut ex dictis patet Quarta conclusio oculus cuius spiritus est multus et clarus sine subtilis tam propinqua quam remota obiecta equaliter occurrentia melius videt oculo contrario modo disposito scilicet in subtilitatem aut multitudinem ut utrumque dictum aut notandum equaliter occurrentia quia obiectum corporale splendidum melius intuetur oculus grossi et multi spiritus quam subtilis et multi ut patet ex dictis // Conclusio satis intellecta patet quia huiusmodi oculus propter spirituum multitudinem fortem potest tollerare motum propter claritatem vero et subtilitatem distincte percipit obiecta comprehensio etc Consimiles conclusiones per eadem possunt de humore albugineo Prima cuius humor albugineus est multus et grossus melius videt longinqua quam propinqua patet quia ad visionem in eo causandam requiritur fortis motus quo hic humor subtilietur et excitetur ex forti etiam irradiatione ex longinquo non venit fortis sed potius motus sed quietem Ex propinquo autem debilem recipit motum visibile e contra liter splendidum fuit ideo confuse videt propinqua clarius in distantia Secunda conclusio cuius albugineus est paucus et subtilis melius videt propinqua quam remota quia a remotis minus irradiatur et per consequens minus resolvitur a propinquis aut debilius Debilis autem motus in tali organo sufficit ad visionem Tertia conclusio cuius humor albugineus est paucus et grossus melius videt distantia quam propinqua intra latitudinem distantie sue visive virtutis correspondentem patet ex dictis Quarta conclusio cuius albugineus est clarus et multus acute et distincte videt remota et propinqua propter multitudinem enim bene tollerat irradiationem a remotis propter claritatem vero et subtilitatem quasi omnis species in ipso producta sufficit ad visionem sed in parvo [illegible] quantumcumque sit speciei facile discernitur Unde ergo de contradictione alia 3o capitulo Sicut ad modum in instrumento musice et [illegible] parentes sunt sic in pueris visu motus manifestum facit sensum Similes conclusiones possunt de cristallino sic in hoc apparet ambiguitas propter plus resolvi spiritum ex forti irradiatione cristallinus magis [illegible] quam sine ut supra et in specularibus Possunt etiam similes conclusiones ex parte tunice cornee que quandoque est grossa et turbulenta aliquando quandoque grossa et clara et quandoque subtilis et clara Haec omnia colligi possunt contra de contradictione allegata capitulo Et non quod diversitas in bene vel male a longe vel prope videndo consequitur etiam situm oculi Eminens enim valde videt melius propinqua quam longinqua Profundus vero non multum bene videt utrumque ista tamen potest esse profundus ut ledatur visio ex parte irradiationis et tunc probabiliter melius videbit longinqua hec et alia colligenda ex hiis melius plenius tradit Avicenna 3a colliget et contra de contradictione alia allegans capitulo Ad argumenta principalia ad primum qualiter sit coloratus oculus determinandum quantum ad partem principaliter in qua fit visio patet ex primo articulo Et similiter ad confirmationem qualiter autem recipiens debeat esse denudatum a natura recepti debet

videri 2° et 3° de anima ¶ Ad 2^m quid
sit de antecedente visum est in quo-
pro eius tamen probatione neganda
est quia sicut non sequitur plus de ca-
lore effectiue vel dispositiue concurrere
ad restaurationem est in hac parte quam
in illo agitur perfecta restauratio ¶ Ad
confirmationem negatur quia sicut eius
aliquod obiectum sufficit apprehende-
re glaucus quam sufficit comprehen-
dere medius ista consequentia ¶ Et per idem
patet responsio ad secundam confirmationem
¶ Ad tertiam confirmationem conce-
ditur oculum glaucum de nocte et
loco obscuro melius videre oculo me-
dio non tamen ex hoc ipse est perfectioris
visiue virtutis ¶ Ad tertium principale
negatur assumptum simpliciter
intellectum et ad probationem eius
negatur quia ut patet ¶ Ad 2^m pro-
bationem negatur quia illa ab aristo-
telis splendido minus patitur flegmatico
quia sanguineus ergo fortior est virtus in
flegmatico quam in sanguineo et sic est finis

## Utrum cor in

genere membrorum sit calide
et sicce complexionis ¶ Et
arguitur quod non ¶ Primo cor in genere me-
mbrorum est calidius sive calide et humide
complexionis ergo questio falsa assumptum probatur
primo quia cor per eius naturale complexionem
est per se corporis calidi et humidi scilicet spiritus
vitalis productiuum nullum autem calidum
et humidum producitur nisi a calido
et humido per se ergo etc. ¶ 2° quia cor in
in genere membrorum est principium primum
vite in toto conservatiuum sed non conseruatur
vita nisi per calidum et humidum ut
colligitur in libro de longitudine causis
et breuitate vite et prima primi canonis
de complexionibus et capitulo de eta-
tibus et 2a primi capitulo primo igitur etc.
3° quia cor est omnium membrorum maxime
sanguineum igitur est calidum et
humidum ¶ Assumptum colligitur primo
complexionum ultimo capitulo satis ad
finem et 2° de partibus animalium ¶ 3° capitulo
¶ Quarto quod cor est ad modum car-
nosum ut colligitur primi 3a capitulo primo capitulo
¶ Caro autem est calida et humida
ut prima primi capitulo de complexionibus
membrorum officialium dum inquit
Avicenna videtur quod cor est declinans ad
humiditatem propter spiritum existentem
in eo ¶ 5° ad principale arguitur
cor est frigide et sicce complexionis
ergo etc. assumptum arguitur quia cor nutritur san-
guine melancolico eo quod nutritur san-
guine spisso qui est melancolicus ut
dicitur in de iuuamentis primo capitulo sed membrum
membri complexionalis assimilatur ei ex
quo nutritur prima primi capitulo de com-
plexionibus membrorum unde secundo de
iuuamentis 1° capitulo omne membrum nu-
tritur per illud quod ei conuenit igitur etc. ¶
¶ Tertio ad principale cor est frigide
et humide complexionis igitur assumptum probatur
primo quia circa ipsum multiplicatur
pinguedo que est frigide et humide com-
plexionis ut prima primi et primo de
complexionibus allegatis capitulis ¶ Cum
igitur huiusmodi pinguedinis causa
efficiens non sit nisi complexio cordis
sequitur complexionem cordis frigidam
esse et humidam ¶ 2° quia natura cor intra ha-
bundat aquositas que non videtur de-
cisa nisi ex nutrimento cordis igitur nu-
trimentum cordis est frigidum et humi-
dum et per consequens cor 3° cor est
fortibus motibus subiectum vehementer
excitare et inflammare potentibus
igitur illius complexionis debet esse cor quod
huiusmodi inflammationi et excitationi
melius possit resistere talis autem est
complexio frigida et humida igitur etc.
¶ Hoc argumento utitur aristoteles 3° 4 2°
capitulo ad probandum cerebrum oportuisse
esse complexionis frigide et humi-
de eo cum propter ad ipsum terminantur motus
vigilia sensationum et motionum quare
est vehementer excitare et inflammare
oportuit cerebrum frigidum esse ne fa-
cile inflammaretur humidum ne
exsiccaretur cum igitur fortioribus huius-
modi motibus subiciatur cor quam
cerebrum sequitur cor oportere esse
frigidum et humidum ¶ Ultimo ad
principale si cor esset calide complexio-
nis hoc potissime poneretur propter ~~spiritum~~
spiritum vitalem generari a corde sed

non est ponendum ab eo gradum spiritum
vitalem igitur etc. probatur minor quia
spiritus vitalis est calidior corde igitur
spiritui vitali non datur temperamentum
a corde et per quod ab eo non generatur et
quia tenet eo quod nihil agit ultra gradum
proprium et colligitur assumptum prima primi
capitulo de complexionibus membrorum quod
autem in corde est calidius est spiritus igitur etc.
Ad oppositum est Avicenna primi primi de complex-
ionibus membrorum et Galienus primo
complexionum ultimo capitulo de quadri-
parte omnis medicine auctoris In ista
questione erunt duo articuli in primo
videbitur de principali quesito In 2o
tractabitur difficultas tacta in ultimo
principali an scilicet sit ponendum spiritum
esse calidiorem corde aut econverso // Circa primum
ad primum sciendum quod cor reperitur ab
auctoribus vario modo descriptum
Secundum enim dixerunt cor esse membrum
principale in quo virtutes et operationes
eius sunt maiores potentes in corde.
Et sunt hec notificatio Zohar ut al-
legat conciliator differentia [illegible] Alter ibidem a con-
ciliatore describitur Cor est membrum
principale organicum corpore carneo durato
receptum in medio cordis velud formam
situatum duobus ventriculis pariete
et quatuor hostiis ut dicitur imitans
mo tamquam sol aut princeps in megra-
cosmo Alii autem temperantes clarius
describere dixerunt cor esse membrum
principale figure piramidalis corpore carneo
fortis [illegible] varietate compositionis
in medio pectoris situatum duobus ven-
triculis et quatuor hostiis ut dictum
spiritus caloris naturalis et vite tamquam basis
et fundamentum / et hec est descrip-
tio complexior Sed membrum est genus
[illegible] principale dicitur [illegible] princi-
palibus membris [illegible] autem partes po-
nuntur in descriptione tamen dicta ad
circumloquendum figuram cordis et
compositionem eius et partes quibus
integratur substantia cordis et princi-
palem eius operationem que est con-
servatio caloris et vitam tribuere que omnia
distincte colligi possunt [illegible] 3a primi can.

et aliqualiter primo de iuvamentis
membrorum 2o capitulo sextus de iuvamento
cordis Secundo sciendum est quod
in corde ponens descriptionem tamen
dictam plurima videntur contenta
primo partes quibus integrantur cuius
modi sunt membra simplicia quibus
componuntur ut caro dura nervi composita
propter varias cordis operationes
Integratur etiam ex substantia
et ligamentali ut sit solidum et forte
Distinguuntur etiam in eo lucus ve-
triculi scilicet dexter in quo magis quan-
titas sanguinis continetur et sinister
in quo plurimum generatur spiritus vitalis
Est enim sicut minera et aliamentum eius
eius ut in libro de viribus cordis primo
capitulo Et medium ventriculus qui
est sicut via sanguinis transitus a dextro
ventriculo in sinistrum Tamen forte
paucitatem alii vocaverunt 3o continue
in corde sanguis et spiritus tamen generis
est corpori appropriatus Ex quo potest
patens modum loquendi medicorum
satis [illegible] cor in sua complexione pos-
se graduari tam quantum ad complexiones
in partibus substantiam cordis in-
tegrantibus subiective consistentem
tam quantum ad actionem et complexionem spiritus
et sanguinis in suis ventriculis aut con-
tinentibus contentorum Et nota hoc sit
prima conclusio quod graduando cor primo
modo in sua naturali complexione ponen-
dum est ipsum esse complexionis calide
et sicce persuadetur hec prima conclusio
primo enim quod sit calide complexionis
patet quod sicut arguitur quia substantia cordis est
ad tactum dura durities autem non
provenit a frigide congelante ut
testatur siccitati Secundo quia in compositione
cordis duras videntur partes nervee
parvitulo se et ligamentales que sunt
sicce complexionis Tertio quia ad eius
siccitatem comprehendam in corde
sula plurima generatur aquositas et
in basim eius multa pinguedo que
arguit complexionem esse siccam
Pro ista conclusione est Galienus sicut
de complexionibus allegato capitulo et Avicenna
prima primi can. de complexionibus

membrorum. Ex quo sequitur primo
probabiliter non omnino tamen
esse complexionis humide. Caro enim cor-
dis est sicce complexionis. Sequitur
2o non quelibet neruus particularum
ut ligamentum esse complexionis
frigide ut sunt cordis componentes.
2a conclusio licet ita sit multe tamen
minus recedit cor a temperamento tan-
tum per siccum quam per calidum. Patet
quia fortiora sunt promouentia ca-
liditatem cordis quam siccitatem ergo
etc. Sanguis enim et spiritus in corde
contenti caliditatem promouent et
non siccitatem sed potius ipsam con-
temperant. Hec conclusio colligitur
primo complexionum allegato capitulo.
Tertia conclusio licet ita sit ut pre-
cedentes conclusiones asserunt pro-
babiliter tamen sustenibile est cor
quantum ad complexionem in partibus
integrantibus subiectiue consistente
consistere calide et humide complexi-
onis respectiue. Pro illo est auc-
toritas Auerroys allegato capitulo.
Item plura et potentiora sunt hu-
miditatis cordis quam siccitatis causas
promouentia ergo probabilius est
cor esse humide quam sicce complexionis.
Assumptum arguitur distinguendo
promouentia enim cordis humidita-
tes sunt carnositas cordis sanguis
spiritus aquositas capsule pinguedo
consistens circa basim eius et cerebrum
et opponitur sibi contra operantia.
Eius autem siccitatem promouent nerui
ligamenta et motus multo autem
potentiora sunt plurima igitur etc.
Hoc argumentum colorat posi-
tionem Auerroys allegato capitulo
signum autem sumptum a duritie
non est euidens si enim tangeretur
cor viuens non inueniretur in eo du-
rities tanta quanta in illo euidenter ar-
guitur ipsum esse siccum. Item com-
positione etiam cordis partes vbi est
ligamentales etc. non sunt parti car-
nose dominantes sed subdominantes
et consequenter hanc conclusionem
sustinendo tenendum est partem

hanc carnosam calidam esse et humidam.
Et consequenter naturam etiam cor aquosita-
tem ordinasse et pinguedinem ad
prohibendum lapsum cordis ad com-
plexionem siccam in quam propter motum
et inflammationem promptum est labi
quamuis in se sit complexionis humide.
Quarta conclusio est hec quod considerando
cor in naturali sua complexione modo 2o
scilicet quantum ad aggregatum ex [illegible] cor est calide
et humide complexionis. patet quia cor
primo modo in sua complexione gra-
duato parum per siccum recedit ergo
per secundam complexionem siue ipsum gra-
duato 2o magnus et notabilis hu-
miditatis excessus additur supra com-
plexionem primam igitur in sic 2o
graduato est cor humide complexionis.
Hanc conclusionem crediderunt quidam
intellexisse Auerroym 2o colliget allegato
capitulo ego autem puto Auerroym intel-
lexisse conclusionem tertiam supra positam
ut patet per si quis plene sua verba con-
sideret. Contra hanc quartam con-
clusionem arguitur primo quia per idem
cerebrum esset calide complexionis propter
multos esse spiritus in ventriculis cere-
bri contentos. 2o quia tunc vene et arte-
rie essent humide complexionis propter
multum sanguinem et spiritum in suis
concauitatibus contentum. Tertio quia
taliter graduando stomachus in sua
naturali complexione esset secundum complexio-
nis calide eo quod aggregatum ex naturali
sua caliditate stomachi et membrorum
circumstantium videtur gradualiter tempera-
mentum cuius excedit. Ad primum ratio-
nem? est solutio super questione de anima scilicet
conclusione quarta huius secundi. Ad
2m negatur similitudo quia cum hiis non
operatur vena ut arteria tamquam cum in-
strumentis operationes sibi debitas
licet contineat per consequens quod
addunt argumentum. Ad tertium
videbitur infra de signis distemperantie
stomachi. Quantum ad secundum
articulum sciendum est primo in corde
triplicem esse spiritum scilicet animalem naturalem
et vitalem qui qualiter contra seducere?

distinguendum declarabuntur infra in sequentibus. In articulo autem sexto est de utrum an sit calidior corde et contra. Secundo sciendum est hunc spiritum esse duplicem quidem eius est simplex a principali eius dispositione non notabiliter alteratus quidem vel contra. Exemplum primi sicut est spiritus vitalis corde distribuendus in sinistro corporis eius corde ventriculo contentus. Exemplum 2i sicut est spiritus vitalis iam membri delegatus appropriatus et invisceratus et in suo temperamento refractus secundum exigentiam membri cui est appropriatus primo etiam modum appropriatus membri a corde distantibus delegatus est a principali dispositione quam in corde contingit notabiliter alteratus. In articulo autem sexto est de spiritu quidem iam dicto scilicet non generato. Notandum enim est impossibilem esse spiritum appropriatum corde minus calidum. Tertio principaliter considerandum est in corde reperiri triplicem mensuram caloris. Prima est subiective existens in corde et partibus ipsius integralibus. 2a est aggregata ex hac et caliditate spiritus cordi appropriati in porositatibus eius interceptis contentum. 3a est aggregata ex hac et caliditate hiis duabus et caliditate sanguinis et spiritus qui et vaporis in corde cavitatibus continentur. Et notandum est / et notum est quod secunda mensura est maior et intensior prima et tertia quam secunda licet probabiliter quidam dicunt esse sustentabile spiritum cordi appropriatum non esse remissius calidum quam spiritus qui in cordis cavitate continetur licet enim substantia cordis in spiritum appropriatum magis impressit quam in eum multo tamen magis ab aere frigido ad cor attracto diminuitur calor spiritus eius quam appropriati eo quod adeo immediate convenit sed de hac plenius prima parte super capitulo de complexionibus membrorum. In proposito ergo cor esse calidius aut minus calidum spiritu intelligere possumus quantum ad primam secundam vel 3am caloris mensuram in eo repertam. Quarto

supponendum est quod omne totum calidum resultans ex pluribus partibus inequaliter calidis est remissius calidum denominandum quam pars eius intensius calida patet hec suppositio quia si quelibet pars huiusmodi esset equaliter calida sicut pars intensius calida totum illud esset intensius calidum quam iam est sed tunc illud esset prius eque calidum sicut pars eius intensius calida igitur etc. que cum antecedenti patent intuenti. Hiis premissis sit hec prima conclusio cum spiritus qui est cordi appropriatus est calidior corde quo ad primam mensuram caloris cordi attributam quod nota est intuenti. Secunda conclusio cum spiritus qui est spiritus cordi appropriatus est calidior corde quo ad secundam mensuram caloris cordi attributam prima pars patet quia spiritus qui aliquando videtur habere mensuram caloris supra caliditatem spiritus appropriati cordi alias eum per actionem cordis in spiritum quem inducit appropriato spiritui non remitteretur. 3a pars probatur sit aggregatum ex substantia cordis et spiritu appropriato est compositum ex pluribus partibus inequaliter calidis scilicet ex substantia cordis remissius calida et spiritu appropriato intensius calido ergo totum illud aggregatum est remissius calidum quam aliqua pars eius intensior quia tenet per suppositionem ultimo premissam. Cum igitur illa pars intensius calida sit spiritus cordi appropriatus sequitur 2a pars conclusionis. 3a conclusio licet caliditas spiritus qui ut appropriati non sit intensior quam caliditas cordis quo ad mensuram sibi tertio modo attributam spiritus tamen est calidior corde de eo intuendus. Prima pars arguitur quia quemcumque gradum caloris continet spiritus continet etiam cor quo ad hanc mensuram eo quod quemcumque gradum caloris habet pars habet et totum. 2a pars arguitur ut precedens conclusio quia omne totum aggregatum ex pluribus secundum aliquam denominationem in eque intensis est remissius quam pars intensior istius aggregati sed spiritus est pars intensius calida in toto aggregato ex partibus cordis secundum tertiam mensuram caloris graduati igitur etc. quia

precum antecedens. Et ex hiis patet responsio ad quesitum, scilicet quod secundum quandam mensuram caloris generativi cor spiritus vitalis generis est calidior corde. Et pro ista conclusione videtur intendere auctor consilia primum allegato capitulo. Ad argumenta principalia ad primum dicta est solutio supra questione decima huius. Nota tamen cor non solum per spiritum et aerem sed etiam per subiectum quendam generare spiritum ex sanguine quantum de hac credideruunt alii. Ad primam confirmationem negatur minor licet enim caliditas et humiditas generant ad vite conservationem et operationem vite secundum plurimum cordis dominia tamen non solum per calidum et humidum vita conservatur ut patet. Ad aliam confirmationem dicitur quod cor est magis sanguineum in sua quantitate maiorem continens sanguinis quantitatem aliis membris non tamen est magis sanguineum quod complexio nis maxime sanguinee quia calide et humide. Ad primum secundum procedunt auctoritates allegate. Alii autem exposuerunt maxime sanguineum effective effective quia maxime sanguinis productivum ut effectivum. Secundum autem de eius calorositate dicendum sic patet potest ex dictis in questione. Ad secundum principale quod cor nutritur sanguine grosso sive spisso quia a calido inspissatur sed non omnis talis sanguis est multe nutrimenti columnis. Ad tertium principale dicitur quod circa cor generatur pinguedo a complexione cordis facta ab agente mediante humidum viscosum pinguis in vaporem conducente sic complementum mediante a frigido non quidem complexionali cordis ut quidem dicunt sed capsule et contenti in ea et aeris frigidi hiis partibus occurrentibus. Ad hoc autem satis conducit naturalis aptitudo ipsius viscosi ut faciliter congeletur qualiter non sit intelligendum. Secundo autem ratione primum dicitur tertio capitulo de signis complexionum ponens non plus generari de pinguedine circa cor quam circa

capsulam nisi propter materiam infra declarabitur. Et per idem patet responsio ad id quod argutum est de aquositate capsule. Ad tertiam confirmationem dicta est responsio supra questione quarta huius secunde. Ad ultimum dicendo negando illam quando spiritus est calidior corde igitur per consequens spiritus non datur a corde licet enim spiritus sit denominative calidior corde non tamen remissior est caliditas quam agit generando spiritus quam caliditas spiritus quia cum complexione cordis concurrit etiam spiritus generans ad generandum spiritum. Alii autem dixerunt quod etsi remissiori caliditate agat cor in generando spiritum in forma tamen spiritus generata movet spiritum mediantibus qualitatibus virtualibus elementorum ad gradum caliditatis intensiorem forme spiritus magis conformem aut etiam mediantibus formis elementorum si elementa generantur in mixto permanere sicut videmus interius vaporem conversum in aquam quasi adhuc tepidam deinde movetur aqua a forma sua ad gradum frigiditatis intensiore. Etiam si aer quando generet ignem ut secundo de generatione colligitur esse possibile patet quod ille ignis productus sub calore remisso quod non nisi remissum calorem potest aer producere forma tamen ignis producta movet ignem ad gradum caloris intensiorem. Et sunt tamen difficultates magis ad philosophum quam ad medicum pertinentes.

# Utrum motus

dilatationis et constrictionis cordis et arteriarum effective proveniat ab aliqua virtute ut potentia anime. Arguitur primo quod non quia huiusmodi virtus aut est sensitiva appetitiva et intellectiva aut vegetativa non potest dici primum vel secundum vel tertium quia nullo predictorum actu sentiendi appetendi vel intelligendi proveniunt huiusmodi motus ut in patiente dormiente vel potest poni vel apparet quod tunc in parvis et in omnibus membris corporis vivunt esse motus pulsus cordis et

arteriarum eo quod in ipsa est virtus
et vegetativa. Confirmatur quia
attractio aeris in dilatatione arteriarum
non fit a virtute cordis ut arguebatur igitur
nec dilatatio illa provenit a virtute.
Assumptum probatur quia illa attractio fit
a vacuo sicut attractio aeris ad pulmo-
nem dum dilatatur pectus et pulmo.
Confirmatur idem sit cuiuslibet membri
virtus attrahit gratia membri cuius cibum
sed non attrahitur aer ad arterias gratia
arteriarum ad gratiam spiritus in ipsis existen-
tium ut inferius declarabitur //
Tertio ad principale si questio esset vera sequeretur
quod cor et arterie tempore dilatationis
simul dilatarentur et similiter tempore con-
strictionis constringerentur. Consequens quod quia
quando dilatatur cor in arteriis est sufficien-
tia dilatationis effectiva vel naturalis. Secundo
dum constringitur cor est in arteriis
sufficiens causa sufficiens causa constric-
tionis effectiva etiam vel naturalis puta virtus
pulsatilis vel spiritus huiusmodi ad motus
producendos necessario naturaliter concurrentes
igitur etc. Quarto sequitur quod stante duritie
arterie non contingeret pulsum esse for-
tem. Consequens quia quia durities arterie non
absolvitur a distemperantia complexio-
nis quam non consequitur virtutis
sicut temperantiam sequitur fortitudo.
Quinto sequitur quod debilitate virtute ne-
cessitate aucta non contingeret fieri pulsum
maiorem velociorem et frequentem sive
frequentiorem quam prius. Consequens quia quia
talis quarta virtus secundum unitatem cor-
dis et arteriarum dilatativa et constrictiva
ad aerem frigidum ab extra attrahendum
et aerem calidum et fumosos fumos
expellendum sicut attractiva et expul-
siva naturalis aliorum membrorum ad nutrimen-
tum conveniens ~~adtra~~ attrahendum
superfluum disconveniens expellendum
sed virtute membrorum naturali attractiva [illegible]
debilitata non contingit fieri
attractionem maiorem velociorem et
frequentiorem quam prius quia aliud
quod deficeret in magnitudine compensari
contingeret velocitate et spissitudine
attractionis nutrimenti debilitate virtute

et sic non fieret membrorum exterminatio
virtute attractiva nutrimenti debili-
tata. Sexto sequitur quod tempore in
statu febris esset pulsus minor quam in
principio aliis paribus. Consequens quia quod in sta-
tu virtus pulsatilis est debilior quam
in principio et utrobique necessario naturaliter
et secundum ultimum suum conatum movet
arteriam dilatando et constringendo
igitur etc. Septimo arguitur sequitur
motum dilatationis vel constrictionis
cordis et arteriarum quantumcumque naturaliter se ha-
bentium esse violentum. Consequens quia quod
vel motus dilatationis cordis et ar-
teriarum inest sibi violenter vel naturaliter si
primum sequitur conclusio si dicatur secundo igitur
motus constrictionis cordis vel arteriarum
inest violenter quia tenet quia si aliquis
motus alicui mobili inest naturaliter eius
oppositus inest violenter eidem primo
etc. Ultimo arguitur si questio esset
vera sequeretur quod in corpore quantumcumque
uniformiter sano non omnes arterie
tempore dilatationis simul dilatarentur
et tempore constrictionis simul constrin-
gerentur. Arguitur quod est et si
virtus pulsatilis sit causa efficiens
motus dilatationis et constrictionis
arteriarum non tamen movet nisi propter
necessitatem eventationis et infri-
gidationis et per consequens tardius insur-
gente necessitate eventationis et infri-
gidationis tardius proveniret ad
dictum motum. Cum igitur tardius
insurgat huiusmodi necessitas in
arteria a corde multum distante
quam eadem multum propinqua sequitur
et tardius movebitur hiis motibus
arteria distans quam arteria propinqua
cordi aliis paribus et per consequens etc. Ad
oppositum est quasi scola medicorum
unde prima primi doctrina sexta
quarto capitulo ipsa enim [illegible]
pulsatilis constringit et dilatat
simul movet eam duobus motibus
contrariis et 2a primi secunda de
pulsibus capitulo quinto. Contentive
vero cause pulsuum sunt tres scilicet
virtus vitalis que est in corde mo-
vens ipsum etc. Et galienus libro

De utilitate pulsus
virtus quedam que

de velocitate pulsus virtus quidem que
est in substantia cordis qua dilatantur
et constringuntur deveniunt ad omnes arte-
rias etc. et qualiter videtur hec sua
cum medicine auctores. Sunt ista que-
runtur duo articuli in primo tracta-
bitur quedam specialis positio de que-
sito 2o respondebitur ad questionem
secundum positionem que videbitur cau-
torem mentibus et veritati confor-
mior. Quantum ad primum
sciendum est quod plurimi [?] 2o huius in simpli-
cibus passibus continuationem [?] propria po-
nit motum pulsus cordis et arteriarum
effective non provenire ab aliqua vir-
tute vel potentia anime sed potius
ipsorum ebullitionem nutrimentalis
huiusmodi in arteriis et corde con-
tenti ad quam sequitur illius humidi
spumificatio et ventositatio et tume-
factio. Et consequenter pectus cordis
et arteriarum elevatio. Econtra vero
constrictionis eorundem possunt consequi
remissionem fervoris et ebullitionem
eiusdem huiusmodi ad quam sequitur
eius detumescentia et consequenter
parietum cordis et arteriarum prius
elevatorum depressio. Modus ergo quo
huiusmodi motus in animalibus accidit per
hanc positionem talis est quia cum in
in corde quam in arteriis est caliditas
vehemens propter spiritum multum vel
in ipsis contentorum et commiscetur cum
in eisdem humidum sanguineum
subtile facilis inflammationis et per con-
sequens faciliter ventosabile vel in vaporem
convertibile, sicut ergo calore in huiusmodi
humidum agente fervet et spumosa-
tur humidum ideo tumescit et ampliatur
propter quod parietes cordis et arteriarum
elevat et sic fit motus dilatationis
pulsus cuius magnitudo, paritas, ve-
locitas etc. consequitur magnitudinem
elevationis humidi contenti in corde
et arteriis similiter velocitatem
etc. Quia cum ad cordis et arteriarum
elevationem sequitur introitus aeris
frigidi ad concava cordis et arteriarum
aer vero frigidus fervorem contingit
ideo post dilatationem cum dictum
humidum sanguineum tumefactum
prius detumescit et consequenter cordis
et arteriarum parietes prius elevati

concidunt et deprimuntur unde fit
constrictionis motus ad quem se-
quitur expulsio per exalationem [?] aeris
et fumorum impurorum ad pulmonem
et transmissio spiritus et sanguinis arteria-
lis ad membra. Ex quibus sequitur
primo quod non ideo repletur cor vel ar-
teria tempore dilatationis quia dila-
tatur sed econtra ideo dilatatur quia
repletur. Causa enim dilatationis
est repletio et non econverso penes hanc
positionem. Sequitur secundo quod
non ideo mundatur contentum in
arteria vel corde quia constringitur sed
econtra ideo enim constringitur cor vel
arteria quia contentum in eis prius
mundatur ut patet ex dictis. Sequitur
3o quod causa dilatationis vel constrictio-
nis effectiva non est aliqua virtus
vel potentia anime sed calor sanguineum
spumificans vel in vaporem vel in ven-
tositatem quidem. Sequitur quarto
quod potissima causa constrictionis cordis
et arteriarum effectiva est fervoris re-
missio. Ex quibus sequitur quod causas
constrictionis et dilatationis cordis
et arteriarum non esse easdem. Se-
quitur septimo [?] quod in dilatatione tam cordis
quam arteriarum quinque reperibiles
esse motus consequenter se habentes.
Primum est sanguinis calefactio 2m eius-
dem in vaporem conversio. Tertium est eius-
dem in tumorem elevatio parietis cordis et
arteriarum dilatatio. Quintus aeris frigidi
attractio ne vel pectus cordis et arte-
riarum intraduat [?] vacuum. Econtra vero
in constrictione eorundem plures accidunt
motus. Primus est infrigidatio san-
guinis et spiritus ab aere frigido tempore
dilatationis attracto. 2m sanguinis
ingrossatio et exitus spiritus et vapo-
ris ab eo. 3m eiusdem detumefactio et
eiusdem in suis dimensionibus di-
minoratio. Minoratio parietis cordis et
arteriarum depressio. Quintus est aeris
calidi et et frigidi impuri expulsio
et spiritus et sanguinis ad membra dis-
tributio. Aliam etiam motum sub-
iungit plurimi [?] scilicet cordis refrigera-
tionem, corde enim a frigore passo ve-
lud aere nocente constringitur hanc
eius positionem ne quis incitur [?] ...

ut vaporem ex sanguine generatum
a calido causam esse causam motus scilicet
dilatationis cordis et arteriarum pluribus
declaratur signis. Primum quod in nobis
experimur a ventositate vehementi ex-
cessu provenire motus ut saltem et
tremorem etc. Secundum quod ventositas vel
subtilis exhalatio [illegible] subtilisata causat
[illegible] motum. Non ergo mirandum si
ventositas aut vapor in corde et ar-
teriis contentus sit causat pulsum.
Tertium signum de saltu castanee clause
retente sub igne propter humidum calido
igneo ventosatum. Quartum est
virilis membri erectio propter ventositatem
productam et eius contractio ventositate
exclusa ab eo. Quintum est tremor
post urinam ab subingressu aeris
frigidi. Sextum est de olla bulliente
in qua convertitur humidum calido ignis in
ventositatem frigida vero aqua aut aere
per insufflationem occurrente detu-
mescit et deprimitur etiam humidum.
Pro ista etiam positione videtur
sententia aristotelis in libro de morte et
vita cum inquit Pulsatio autem
cordis quam videtur facere continue
similis est apostemati nascentibus est quem faciunt mo-
tum cum dolore et infra Est autem
similis bullitioni hec passio bullitio enim
fit spumoso facto humido a calido elevatur
enim propter ampliorem fieri molem Et
infra in corde autem supercadente
humidi ex alimento per caliditatem in-
tumescentio facit pulsum elevata ad ul-
timam tunicam cordis Item infra
eodem in capitulo resultatio quidem
confectio est facta ob mutatione ad frigidi
constrictionem pulsatio autem id est dila-
tatio humidi calefacti communicatio
et plura alia adduci possunt que ex
dictis facile comprehendi possunt pro
ista positione. Quantum ad secundum
articulum premittende sunt primo
suppositiones quedam secundo conclusiones
de quesito. Sit igitur hec prima
suppositio quod motus dilatationis et
constrictionis cordis est tempore et
natura prior naturalibus motibus aliorum
membrorum persuadetur sic qualis est
habitudo membrorum inter se talis est
habitudo motuum et operationum eorum
inter se sed cor est membrum aliis tempore
et natura prius ut supra dictum est
quod ostendit per motum eius dilatatio-
nis et constrictionis aliis preparat et
transmittit influxum scilicet vitalem
spiritum quo consummantur necesse
et suas perficiunt operationes eo quod cor
est in humano corpore sicut sol in mun-
do qui per motum eius inmittit fluxum
quo cuncta gubernat. Et colligi potest
hec distinctio sive suppositio secundo de genera-
tione animalium. Ex hac suppositione
sequitur motum dilatationis et con-
strictionis cordis esse naturalem prout natura-
le distinguitur contra violentum. Patet primo
quia quibuscumque ceteros membrorum motus est
natura prior igitur principalius mo-
tus a natura. Secundum quod fit sine labore quod
autem violentum est et non naturale in
corpore sensibile est triste et laboriosum
5° ethicorum. Sequitur secundo motum pulsus
arteriarum esse naturalem pulsatis enim
arteriarum per se subordinatur mo-
tui cordis tamquam suo sive aut natura-
li consistente per se ad ipsum ordinata
sunt naturalia igitur etc. Secunda sup-
positio est quod fortitudo pulsus et eius
magnitudo comparate vel absolute
absolutum possunt stare cum pulsum in
fortitudine eius intensiue obtinere
temperatum esse tamen in magnitudine
et paritate ut pulsus temperatissimum
corporis. Colligitur hec suppositio 2a
primi sedema de pulsibus quarto et quinto
capitulo et in 3° capitulo de significatio-
nibus dispositionum cordis. Et videtur
hec suppositio generaliter de mente eius me-
dicine auctorum. 3a suppositio sanitate
obedientia instrumenti et virtutis
supra temperamentum augmentata
facit pulsum esse maiorem velociorem
et frequentiorem pulsu temperato patet
in pestilentialibus est etiam de mente
omnium medicine auctorum. Quarta sup-
positio est quod corpore uniformiter lapso
ut sano consistente deducto accidentali
impedimento cuilibet cordis constric-
tioni correspondet omnium arteriarum eius
corporis dilatatio. Et econtra dilata-
tioni constrictio hec suppositio infra

declarabitur in una principali questione. Quinta suppositio est quod possibile est mediis dispositionibus tam naturalis quam preter naturam cordis et arteriarum pulsus sistolem maiorem non maiorem dyastole et econtra et colligitur in tacta dyastole et econtra et infra in una principali questione declarabitur. Sexta suppositio per mutationem sive caliditatis detrimentum in corde et arteriis non minus prius deperditur magnitudo in pulsu quam velocitas aut spissitudo hec infra declarabitur et colligitur 2a primi summa de pulsibus quinto capitulo et a galieno in commento pulsuum plus. Ultima suppositio motum attractionis aeris ab extra ad cor et arterias et aeris calefacti et fumorum extra per nostra ad extra expulsio effective provenit a virtute persuadetur primo de attractione quia ut fit a calido ita a vacuo ita a virtute sed non a calido ut vacuo quod tunc non magis attraheretur aer frigidus quam calidus. Consimiliter arguitur de expulsione quia sicut attractio ita expulsio obiectum delectabilem convenientis provenit a virtute. Hiis suppositionibus stantibus annectitur hec distinctio quod motuum membrorum a virtute provenientium quidam est simpliciter naturalis distinguendo naturale contra violentum ut violentum animale quidam simpliciter voluntarius et quidam mixtus ex naturali et voluntario exemplum primi sicut est motus attractionis et expulsionis venarum mediantibus longitudinalibus et latitudinalibus villis proveniens. Exemplum 2m ut motus progressivus. Exemplum 3m ut motus anhelitus videtur enim mixtus ex naturali et voluntario nulla enim concurrente voluntate provenit sic motus in sompno sed tamen voluntate mediante velocitatur tardatur et continetur. Unde quidam usque ad defectionem continuerunt anhelitum ut galienus in libro de difficultate anhelitus. Colligitur hec distinctio in libro de motibus liquidis et virtualiter ex dictis aristotilis in libro de motibus animalium ultimo capitulo. Hiis positis sit hec prima conclusio motus pulsus cordis et arteriarum effective provenit a virtute probatur huiusmodi

motus est naturalis per primam suppositionem igitur per se effective provenit a principio intrinseco primo ipsius mobilis tale autem est anima suppono enim ad presens in nullo corpore animato esse formam substantialem aliam preter animam. Cum igitur anima non operetur nisi per aliquam suarum virtutum scilicet naturalem animalem et sequitur in sensu motum effective ab aliqua virtute cordis provenire. Secunda conclusio est motus dilatationis cordis et arteriarum non provenit effective a sanguinis ebullitione ut posuit pla[illegible] hec conclusio sequitur ex precedenti et persuadetur primo quod huiusmodi dilatatio esset motus violentus contra primam suppositionem ex quo proveniret ab extra non conferente vim passo. 2o quia dato opposito conclusionis sequitur fortitudinem pulsus non posse absolvi a magnitudine contra 2am suppositionem arguitur quod quia non fit pulsus magnus nisi magna fuit ebullitio in corde et arteriis sed quandocumque magna fuit ebullitio fit pulsus magnus si instrumentum fuerit obediens ut patet ex quod multum in tumorem elevatur humiditatem sanguineum in eis contentum et per consequens cordis et arteriarum parietes ideo etc. Et similiter arguitur contra quod quandocumque pulsus est magnus fortis est ebullitio que est causa adequata dilatationis in pulsu et pulsus est fortis et per consequens etc. 3o dato conclusionis opposito sequitur quod augmentata caliditate et instrumento obediente non contingeret fieri pulsum parvum contra experimentum et contra 3am suppositionem arguitur quod quia si instrumentum est obediens et augmentata est caliditas ebullitio est magna quia magna consistente magna est dilatatio et pulsus. Quarto sequitur quod non cuilibet dilatationi cordis cor respondet eiusdem arteriarum constrictio et econtra tempore uniformi sano etc. contra quintam suppositionem arguitur quod sic non maior est excessus caloris cordis supra calorem arteriarum ut arterie cordi vicinum

propinque quam eiusdem arterie ad ca-
lorem alterius arterie a corde mul-
tum distantis stante ebullitione in
arteria cordi multum propinqua stat
bullitio in arteriis a corde multum
remotis igitur stante ebullitione in
corde stabit in arteriis cordi propinquis
et per consequens simul diastolante dya-
stolabunt. Item semper corde consistente
in constrictione esse maior est calor et fervor
quam in aliqua arteria actualiter dya-
stolante et humidum in eo contentum non
est minus prompte tumositati dispositum, ergo
protinus magis prompte tumositatur spumo-
sa fit humidum in corde quam in aliqua ar-
teria et per consequens dilatatur cor et per idem
arguitur inter dyastolem et sistolem
cordis non esse cadere quietem me-
diam temporis quia quanto completa
est cordis constrictio tanto cito incipit
humidum tumefieri ita incipit cordis
partes elevari vel probatur maior quia tunc
est calidum forte humido disposito ad
tumefactionem convenienter approxima-
tum cum circumstantiis requisitis ad ac-
tionem igitur tunc agit humidum spu-
mosando et per consequens igitur etc. Contra
ad principalem conclusionem arguitur
ut quidam quia dato opposito sequitur
in qualibet diminutione caloris (?) minuatur pulsus
deperdi magnitudinem vel saltem tanto
tardius aliis differentiis. Contra quintam
suppositionem arguitur quod quia aeque
cito sicut caloris minoratur sit ebullitio
minor quanto fit ebullitio minor
sit pulsus minor si positio est vera igitur
non valeat ergo hoc argumentum quantum
valere potest quia infra de quarta sup-
positione super qua fundatur argumentum
videbitur in uno paragrapho argumento.

Contra ad tertiam arguitur sit motus
attractionis aeris frigidi ad cor effecti-
ve proveniens a virtute igitur et motus
dilatationis assumptum deductum
est in suppositione. Pro isto forte di-
citur quod hec aeris attractio sit ne detur
vacuum ut dicit philosophus et quod natura
hanc attractionem limitat magis
ad aerem frigidum quam ad calidum.

Contra sicut cor vel arteria dilatatur
ita spiritu et sanguine intumescente
repletur igitur ad evitandum vacuum
tempore dilatationis vel tumens cor
et arteria non capiet aliud corpus
sub ingredi assumptum arguitur igitur
quia precessit ideo dilatatur cor vel
arteria quia a contentis in eis intu-
mescentibus propelluntur ut ponit pro
exemplum si in follo ponatur aer qui
continue rarescit et intumescit propter
quod latera follis ad invicem elongantur
non oportet condere aerem subingredi
follem. Pro isto forte dicitur quod in
impulsione et intumescentia velocius
dilatatur cor vel arteria quam sanguis
intumescens sit aptus replere. Contra
constringens est magis aptum esse replere
sanguinem intumescentem quam sit arteria
apta dilatari quo in esse posito conve-
niet pulsus sine attractione aeris
frigidi ad cor vel arterias assumptum
patet in [illegible] consistente valde duro et
inobediente et necessitate vehementer
maiorata ut in ethico ad marasmum
producto et in febribus arsuris et
plura alia ad istam conclusionem
adduci possunt.

3a conclusio est
hec motus constrictionis cordis et
arteriarum effective proveniens ab
aliqua virtute anime et non consequitur
detumescentia ut ponit philosophus.

Persuadetur hec primo quia dato sup-
posito sequitur quod stante caliditate eius (?)
rationis equali non contingeret ma-
iorari sistolem non maiorata dyastole.

Contra quintam suppositionem arguitur
quod non maioratur sistole nisi
quia humidum magis detumescit sed
non magis detumescit humidum humi-
ditate existente equali nisi magis refri-
geretur et per consequens nisi maior
quantitas aeris nisi magis dilatetur
arteria ut ponit positio igitur
sequitur quod in febre putrida presente
pulsu propter diminutionem virtutis vitalis
maior esset caliditas ita minor et tardior
esset sistole in pulsu quod est contra sensum.
Secundo arguitur quia quod minorata
dyastole minus de aere frigido attrahitur
et sicut maior est caliditas in arteriis
ita humidum fervens minus refrigeratur
et per consequens minus et tardius detumescit
sed perfecte (?) calidum et ita velocius sistolat

arteria sicut hirudinum in ea tetenua
dentinesit iuxta positionem igitur et
cum non appareat cum in constrictione
magis aer calidus et fumus quam aer
frigidus expellatur si enim in sit expul
sio huius sit expulsio illius aliis pluribus
videtur hanc pulsionem provenire
a virtute Item quandocumque ad aliquam
actionem plurima concurrunt agen
tia quorum unum est altero perfectius
prius attribuitur illa actio digniori
sed ad motum constrictionis concurrit
dentinestenua huiusmodi et virtus
constringentes cor propter passionem
cordis a frigore ut ponit plus quam g.
igitur per prius est hec actio virtuti at
tribuenda animandum est autem
posuisse plus quam g. ad motum con
strictionis cordis virtutem concurrere
et non dilatationis Non enim minus
naturale est cordis remotionem nocivum
quod ei acquiritur post constrictionem
quam cor constringere propter frigus
Item frigiditas impressa cordi ab
aere frigido conveniens attractio
est sibi conveniens igitur per illam non
debet sequi fuga et tristitia et plura
alia adduci possunt pro ista conclu
sione Ex quibus sequitur primo quod
ideo tempore dilatationis replentur
cor et arterie quia dilatantur a
virtute et non econtra ut ponitur
monachus prius enim natura est
arteriam ab anima dilatari quam
ipsam repleri Sequitur 2o quod ideo
evacuantur cor et arteria tempore con
strictionis quia constringuntur et non ec
o quod per prius natura est cor vel ar
teriam a virtute constringi quam in eo
contentum evacuari Tertia conclusio
quod motus pulsus cordis et arteriarum
non est simpliciter voluntarius patet
quia quilibet motus impetus vel imme
diate variari per sedum voluntatem
impetus ut patet in motu anhelitus
et palpebrarum quod non contingit de
motu pulsus ut patet intuenti Quarta
conclusio sequitur quod motus pulsus
est motus pure naturalis patet quia non

est violentus ut supra deductum est
nec est simpliciter voluntarius ut patet
nec mixtus ex naturali et voluntario per
precedentes conclusiones igitur est
pure naturalis quia naturale distinguitur
contra violentum et mixtum ex naturali
et voluntario Ex hac conclusione
sequitur primo quod virtus vegetativa
est causa effectiva motus pulsus
sequitur 2o quod virtus pulsatilis sive
vitalis est virtus vegetativa 3o
quod genus virtutis vitalis non est ge
nus distinctum a genere naturali virtutis
sed est pars species sub ea contenta et per
hoc ultimum correlarium persuadentia
liter per nullam operationem virtutis
vitalis distinguitur naturalis a vitali
Assumptum arguitur quia operationes
virtutis vitalis sunt cor et arterias
moveri motu pulsus aerem frigidum
attrahere calefactum vero et fumos
expellere vitalem spiritum generare
sanguinem subtiliare et purificare
spiritum vitalem et sanguinem ar
terialem membris transmittere sed per
nullam istarum operationum concludi
potest distinctio huius virtutis a naturali primo
in motu probatur distinguendo per sin
gulas operationes enumeratas non
enim per primam vel per secundam distin
guitur quia sicut movetur cor mo
tu dilatationis ut aerem frigidum
attrahat et calorem temperet et motu
constrictionis ut fumos calidos et
aerem calefactum expellat distantie distonem
eorum expellit causa vena ut intesti
num per villos longitudinales se dilatat
ut nutrimentum conveniens attrahat per
latitudinales vero se constringit ut super
fluum in eo contentum expellat ad
tamen hii motus sunt pure naturales
Per tertiam per quartam satis generare spiritum
vitalem distinguitur quia generatio
spiritus vitalis ex sanguine et sanguinis
subtiliatio et purificatio fit per veram
digestionem que est operatio pure
naturalis Et per idem patet quod per trans
missionem spiritus et sanguinis ad membra
non differt a naturali quia naturale enim
operatur sanguinem et spiritum naturalem

quem pro toto in eo productum ad
alia membra transmittere tam naturale
convenienter apparet cordi spiritum vitalem
quem et sanguinem arterialem aliis
membris distribuere ad quod rationale
apparet quod sicut in multis aliis membris
reperitur virtus naturalis per naturaliter
movens villos longitudinales ad
nutrimentum attrahendum latitu
dinales vero ad expellendum superflua
et transversales a debito tempore re
tinendum, ita in corde et arteriis re
peritur virtus naturalis quam vitalem nomi
nant mere naturaliter movens eo motu
dilatationis cum fuerit necessitas attra
hendi aerem frigidum deinde motu
constrictionis insurgente necessitate ae
rem calidum et fumos expellendi spiritum
et sanguinem naturalem membris distribuendi
propter quod probabile apparet hanc virtutem
esse ad genus virtutis naturalis reducendam.
Et si arguitur contra hoc primo quod
hinc male ab auctoribus dividitur
virtus in animalem naturalem et vitalem
eo quod sub naturali comprehenditur vitalis. 2o
quia virtus vitalis servit naturali sed
ipsa non servit sibi ipsi ergo ipsa non
est naturalis maior colligitur prima
primi doctrina sexta capitulo quarto. 3o
eadem habitudo virtutis vitalis ad
animalem et naturalem ergo non est magis
naturalis quam animalis denominanda et
per consequens est virtus media inter
has. Assumptum arguitur quia ita servit
animali sicut naturali. Item per allegato capitulo
hanc virtutem nominant aut animalem
et non naturalem dum inquiunt virtutes
aut animales intelligi possunt per illas
virtutem illam que cum in membris re
cepta fuerit preparabit ea ad recipien
dum virtutem sensus et motus et
omnes operationes vite. Ad primum istorum
dicitur a quibusdam quod secundum verita
tem dividenda est virtus prius in
duo genera scilicet naturalem et animalem. Natura
lem autem dicitur dividi in minis
trantem et ministratam puta nutritivam
augmentativam et generativam quia
tamen in genere virtutum ministrantium
duplex reperitur virtus eo quia quedam
est principaliter ministrans aliquid natura
liter concurrens ad operationes virtutum
administratarum ut sanguificatio operatur quod
aut principaliter instrumentum efficitur concur
rens ad easdem ut spirituum sanctificatio cordis
ideo virtutem hanc in duo genera dis
tinxerunt primum dicitur virtus naturalis
2m vitalis cum tamen tamquam species sub
naturali virtute generaliter sumpta
comprehendantur. Alii autem divi
serunt aliter in virtutem ministrantem
generale instrumentum omnium vir
tutum et ministrantem instrumentum
non generale prima est vitalis mi
nistrans vitalem ad omnes operationes
[?] tamquam generale instrumentum
conveniens ut supra 2a vero est que
prout naturalis dicitur ministrans
spiritum naturalem non convenientem ut
generale instrumentum etc. Auctores enim
non distinxerunt virtutem vitalem
contra naturalem generaliter sumptam sed
contra naturalem particulariter ministrantem
ministrantem. Aliter etiam dici
potest quod auctores dividentes virtutes in
tria genera virtutem naturalem intel
lexerunt virtutem non mediante
cognitione operativam nec virtuti operati
ve cognitione immediate servientem
qualis est virtus naturalis etc. Contra
quam distinguitur vitalis ut patet
eo quod immediate servit virtuti animali.
Aliter dici potest quod per naturalem intellex
erunt virtutem sine cognitione ope
rativam a virtute animali separatam absolute
ut nutritiva etc. Non enim separa
bilis est nutritiva sine animali virtute sed
per vitalem intellexerunt virtutem
naturalem que in nullo subiecto separa
ri potest a virtute animali absolute et
propter hoc hanc virtutem animalem no
minaverunt tamquam in solo animali
repertam quamvis in veritate
sit naturalis. Ad secundum dicitur
quod virtus vitalis servit naturali primo
modo dicto sed cum hoc stat ipsam esse
naturalem ideo negatur quia licet
enim servit alteri virtuti naturali
non tamen cuilibet. Ad 3m negatur
assumptum magis enim convenit cum
naturali eo quod est virtus sine cognitione
operativa et cum arguitur quia

sicut apparat naturali etc negatur quia
ex predictis etiam patet quam per anti
ceniam virtutem vitalem animalem
appellat. ¶ Ad argumentum principalia
ad primum quod dicitur patet virtutem a qua
provenit motus pulsus esse vegeta
tivam et tunc arguitur quod non quia re
peritur in plantis negatur quia sicut
licet generativa virtus sit vegetativa
non tamen ubicumque est vegetativa
est generativa. Ad primam confir
mationem dicitur quod potest concedi illa
actionem fieri a virtute quadam tamen
concurrat virtus varie ad bonum
sensum. Ad aliam dicitur quod attrac
tiva cordis et arteriarum attrahit
gratia cordis licet etiam gratia spiritus
tamquam instrumentum cordis subor
dinati. Ad 2am principalem dicitur quod si
cut prius attrahitur aer frigidus ad
arterias quam ad cor ita prius satis
fit necessitati arteriarum sed hoc ma
gis infra declarabitur. Ad 3m dicitur
quod licet absolute non sic pulsus satis
fortis sunt tamen ipsum esse fortem re
spectu pulsus provenientis a virtute
non sufficienter instrumentum dila
tari ad debitas dimensiones. Ad quar
tum conceditur quod virtus quamvis attractiva
minuatur quod in magnitudine de
ficit quantum potest tamen frequentia
et velocitate compensat licet hoc
non sit sensatum sicut in motu pulsus
licet enim compenset quantum potest
non tamen sufficienter propter hoc quod sequi
tur extenuatio. ¶ Ad quintum negatur
quia ad probationem negatur etiam
quia licet cum sit absolute debilis non
tamen debilitate concludente potentiam
dilatandi arteriam ad tantas ma
iores dimensiones sed de hoc infra di
cetur. ¶ Ad septimum negatur quia et
conceditur cor quod cor et arterie motu
dilatationis moventur naturaliter et
negatur illa quia 2o in motu constric
tionis moventur violenter. Auctoritas
autem allegata tenet in motibus loca
libus corporum in natura sunt secundum
exigentiam qualitatum elementalium localium
motivarum in aliis autem non oportet. Ad ultimum
patebit infra responsio etc.

Utrum ex corde
calido respectu temperati
provenient pulsus magis
velores et frequentes respectu temperati
pulsus arguitur quod non primo per
unitatem auctoritatem supra temperamentum
stante fortitudine virtutis et obedientia
instrumenti prima dicitur quod arguitur
in pulsum est magnitudo igitur ques
tio falsa. Assumptum colligitur 2a per
sidua de pulsibus secundo capitulo satis
patet quod hiis que provenient contrarie
contentivus pulsuum et quarto colligitur
capitulo de causis pulsuum et a galieno
in libro de utilitate pulsuum in quin
to pulsuum. 2o in corde calido respectu
temperati est virtus pulsativa debilis
respectu eiusdem sed a debili virtute
provenit pulsus parvus igitur etc patet
maior quia fortitudo virtutis numquam
insequitur temperamentum et colligitur
minor 2a primum et post colliget allegatum
capitulo. Confirmatur virtus movens
arteriam motu pulsus non naturaliter
movet ex precedenti questione igitur
continue movet secundum suam potentiam voluntariam
conatum et per consequens ipsa debi
litata instrumento equaliter obediente
minorabitur aut tardabitur motus
instrumenti tunc igitur per augmentum
caliditatis supra temperamentum debilitetur
virtus pulsativa in corde et arteriis
sequitur quod ea pulsum minorem vel
tardiorem provenire. 3o minorata
potentia secundum suum ultimum agente ad
aliis paribus minoratur proportio moventis
ad mobile sed decrescente huiusmodi
proportione ad aliis paribus tardatur mo
tus igitur quod eo provenient saltem per se
pulsus tardiores. Pro isto fortius nega
bitur minor eo quod in calidiore diminutata
vitalis virtus secundum illius exigentiam
plus de spiritu movendum transmit
tit qui est instrumentum illius motus.
Contra data hac ratione sequitur
eundem pulsum alio maiorem esse for
tiorem eundem eo quod omnis talis pulsus
provenit a simili forma mediante plu

et potentiori instrumento igitur ut
est sequitur quod omnis pulsus alio ma
ior esse velocior eodem quia quilibet
talis provenit a maiori proportione
potentie moventis ad arteriam mo
vendam posita paritate et obedientia
instrumenti utrobique nunquam tamen op
positum experimur Item non apparet
quare virtus agens sine cognitione
necessitate crescente pulsum augme
tat ac decrescente minuat secundum quod
ingeniari noverit hoc enim videtur
proprium virtuti cognitive Tertio
difficilius est virtuti pulsus magnum
quam velocem aut frequentem facere
igitur necessitate crescente tardius
magnificat pulsum quam velocem aut
frequentem facit quod tenet eo quod
tardius producit agens in esse naturale
operationem maioris quam minoris
difficultatis Assumptum probatum sit
per virtutem immoderatam quando deficit
virtus posse pulsum magnum quam ve
locem aut frequentem facere igitur
difficilius est ei pulsum magnum facere
quia tenet eo quod per potentie
decrementum cum deficit potentia
actionem maioris quam minoris difficul
tatis posse producere et colligitur
assumptum 2a primi et quarto col
liget capitulo allegato Quarto in
quecumque aliquam contrariantur esse motus
utrumque extremorum est compossibile
eidem compossibile est medium inter illa
Sed magno pulsui compossibilis
est velocitas et spissitudo ut in febri
ente et simpliciter tarditas et rari
tas ut in pulsu invenis sibi simul igitur
eidem compossibile est temperamentum
medium in velocitate et spissitudine
Item quecumque duo pulsus prius simul
acquiri possunt et simul consumari
sed magnitudo tarditas et raritas
possunt simul acquiri et possunt sit
consumari ut in puero ad iuventutem
naturaliter tendente patet in quo
fit pulsus continue maior tardior et
rarior ut colligitur prime 2 primi capitulo
de pulsibus etatum Quinto arguitur
aliquantulum iuvaletis supra temperamentum

addita removeri potest sine tolli per
solam pulsus magnitudinem igitur
non oportet per quodcumque nature
augmentum fieri pulsum maiorem
velociorem et frequentiorem Assumptum
arguitur sit aliquando plus frigidior
cor et prius magnificato pulsu quam ipso
non magnificato aliis paribus sed qua
tumcumque modicum plus refrigetur pre
minus cor in calore temperamentum
excedet igitur etc. Item calefiat cor
temperatum a gradu supra temperamen
tum propter quem in aere temperato necesse
esset fieri pulsum maiorem velociorem
et frequentiorem et ponatur hic in aere
tanto frigidiori quod per vicinam aeris
attractionem removeatur a lapsu et
patet quod perfecta prima dilatatione
maior removebitur excessus caloris
supra temperamentum igitur non
oportebit pulsum velociorem et frequentio
rem fieri temperato Ultimo ad idem
arguitur sic videtur Galienus in libro
potentis excedente calidiori temperato
provenire pulsus veloces et frequentes
de magnitudine pulsus nullam
faciens mentionem Ad oppositum
arguitur sic ex corde calido proveniunt
veniunt anhelitus magnus et pulsus
veloces et frequentes ergo quod ex corde pro
veniunt pulsus magni veloces et fre
quentes quod tenet eo quod anhelitus imitat
cursu pulsus ut vult 2° capitulo de signis
complexionum naturalium cordis In ista
in questione primo ponentur tres de
scriptiones distinctiones et suppositio
nes quedam 2° conclusiones de quesito
Quantum ad primum est sciendum
primo quod penes autores inveniuntur
isti termini pulsus dyastole systole
anhelitus respiratio inspiratio et
expiratio Est autem pulsus ut de
scribitur primo theorice motus localis
quo movetur cor et vene pulsatiles
dilatatione et reductione ad caloris
vitalis custodiam in temperantia et in
talis caloris prius augmentum et
generationem et ideo pulsus est
medius et precio qui circulta refert et
variat motibus contrariis mani
festus Magistraliter autem quomodo sit

distribuitur. Pulsus est motus cordis
et arteriarum secundum dyastolem et sistole
ad caloris ignati refrigerium et fumo-
sarum superfluitatum expulsionem
perfectior autem descriptio traditur 2a primi
sidina de pulsibus est motus receptacu-
lorum spiritus ex dyastole et systole composi-
tus ad regendum spiritum per aerem attractum
Sumitur autem motus in hac descrip-
tione improprie eo quod quilibet motus proprie
dictus est unus et continuus cuiusmodi
non est pulsus sumitur ergo communiter
pro aggregato ex pluribus motibus loca-
libus cum quiete ut quietibus intercepti
ad unum tamen finem attributionem ha-
bentes qualiter per gradationem qua
fortes vadit romam dicitur durare ex
mensem omnis eius motus fortis ad hunc
finem ordinati simul cum quietibus
interceptis compleantur in tanto tempore
et taliter intellexerunt auctores pul-
sum esse motum quia ex pluribus quie-
tibus et motibus aggregatum ad unum fine-
tendentibus per receptacula autem spiritus
intelligit cor et arterias est autem dias-
tole in pulsu cordis et arteriarum dilatatio
sistole vero constrictio eorundem Similiter
aliter autem dyastole est unctionis
corporis quod dilatatur secundum omnem dimensionem
expansio Sistole vero constrictio eiusdem
aut spiritus multis modis perficitur primo
inflammationem ipsius prohibendo cum
enim spiritus caloris et subtilitate substantie
sit finaliter inflammabilis nisi aliquo tem-
pore ex frigidius eidem frequenter in-
curreret eius inflammationem pro-
hibens inflammaretur et resolveretur
Tale determinans est aer ut patet 2o per-
nitur eius regimen per generationem
eius quia cum in eo plurima fiat continua
resolutionem si eius continua fiat generatio
non potest vita notabili tempore
servari ad eius autem generationem
propter causas supra tactas confert aer
frigidus ad cor tempore dilatationis
attractus caloris eius debite temperando
cordis ergo dyastole deservit generationi
spiritus non solum quia hic temperatur
materia generationis spiritus sed etiam quod
frigidus aer attrahitur Ex quo patet
systolem arterie temperamento cordis spiritus
regimini deservire eo quod arteria per co-

strictionem aerem frigidum prius
receptum pellit in cor Tertio perficitur
regimen spiritus per mundificationem
et depurationem eius oportet enim spiritum
in corde generatum a duobus sibi contrariis
depurari scilicet aere in corde calefacto
qui propter moram in corde factus est
impotens refrigerio Secundum est fumus simul
multiplicatus in corde per actionem caloris
in humidum ex quo generatur spiritus qui
est sicut superfluitas adusta superfluens
generationi spiritus nisi enim expelle-
retur hic fumus esset causa inflamma-
tionis spiritus ipsum ab eventatione pro-
hibendo transiens etiam secum quamquam
per membra ipsum ineptum ad operatio-
nes redderet horum autem expul-
sionem deservit sistole dum enim co-
stringitur cor pellit in arterias fumum
et aerem calefactum propter necessita-
tem iam dictam et ut recipiant novo
aeri frigido attrahendo Quarto
perficitur spiritus regimen per debita
eius transmissionem ad membra cum
enim in toto continue fiat magna spiritus
resolutio necesse est ipsum continue con-
distribui quod etiam constrictione per-
ficitur quia dum constringitur cor
pellit in arterias et non solum fumum
capnosum et aerem calefactum sed
etiam spiritum et sanguinem arteria-
lem qui deinceps per arteriarum constric-
tionem omnibus aliis membris transmit-
titur Ex quibus patet in sidina per
aerem attractum regi spiritum quia re-
frigerari generari multiplicari membris
debite transmitti et a fumositatibus cap-
nosis depurari Nam nisi tempore
constrictionis esset aer contemptus spiritus
et fumus capnosi non debite educere
tur hec omnia diligentius colligi possunt
in libro de utilitate pulsus a de utili-
tate anhelitus et 2a primi doctrina 2a
capitulo secundo Ex quibus patet in dif-
finitione pulsus convenienter positum
fuisse illam particulam ad regendum
spiritum per aerem attractum per ergo
intelligi sive colligi ex pluribus talis
diffinitio pulsus Pulsus est motus
cordis a contentarum ex dyastole et
systole compositus a virtute vitali

provenientis ad regendum spiritum per
aerem attractum hic motus ponitur
loco generum cordis et arteriarum
ad differentiam motus anhelitus et aliorum
membrorum sed per hoc compositus ex dya
stole et sistole differt a prioribus pulsuum in
terminatoribus quarum nulla dicitur
pulsus sed per hoc a virtute vitali ex
plicatur causa efficiens pulsuum sive
per virtutem vitalem intelligitur
temperamentum quo anima est huius
operationis productiva vel intelligatur
anima simul cum hoc temperamento aut
anima ipsa secundum quod cum hoc temperamento
eo operativa est ponitur aut ad rege
dum spiritum et ad complendum
finem generativa ymaginativa ventris
est pulsus et hec est completa pulsus
diffinitio causalem complectitur enim
materialem causam finalem efficien
tem et formalem licet improprie scripta
ut patet intuenti ¶ Est autem anhelitus
motus pectoris et pulmonis ex in
spiratione et exspiratione ex compo
situs ad aerem frigidum ab extra
attrahendum et calefactum et fumos
exterius expellendum ad cordis et
spiritus temperiem finaliter ordinatus
¶ Aliter in gn<sup>o</sup>r in anthropo dicitur 99<sup>c</sup> Anhe
litus est motus pectoris ex elevatione
et inddisitatione in cordis refrige
rium ordinatus ¶ Et ex hoc apparet dicta
et convenientia pulsus et anhelitus
¶ Conveniunt enim primo quia uterque
ex contrariis motibus est compositus
secundo quia ad eundem finem pura cor
dis et spiritus temperiem ordinatur
licet per prius et immediatius pulsus
differunt autem primo ex parte mo
bilis quia in pulsu est cor et arterie
in anhelitu pectus et pulmo secundo ex parte mo
ventis quia movens motu pulsus est
virtus vitalis que est prima naturalis
movens autem motu anhelitus non
est mere naturalis ut infra patebit Yn
spiratio vero est motus pectoris et pul
monis dilatativus ad aerem frigidum
ab extra attrahendum ¶ Exspiratio
vero constrictiva ad fumos et aerem
calefactum expellendum sed tamen aut

respiratio quandoque generaliter prout in
differenter se ad inspirationem et ex
spirationem extendit qualiter omne ex
spirans et inspirans dicimus respira
re quandoque vero per exspirationem
ut galienus inde utilitate anhelitus
quod non pro affatu ex hys ¶ Secundo
principaliter est sciendum quod in pulsu ut
in proposito pertinet septem distinguendum dicitur
ad tres tamen contrarietates reducibiles
prima est magnitudo secunda est parvitas
sibi opposita tertia velocitas quarta tarditas
sibi opposita ¶ Quinta spissitudo sive
frequentia ¶ Sexta est raritas eius
opposita ¶ Sumitur autem magni
tudo pulsus sicut in aliis quantitas per
quantitatem trium dymencionum scilicet
longitudinis latitudinis et profundi
tatis ut ille pulsus denominetur mag
nus absolute magnus respectu quanti
tatis arteria secundum omnem dymencionem
amplius dilatatur quam arteria
temperati ¶ Econtra vero dicitur
parvus si vero aliquis pulsus secundum
unam vel duas dimensiones tantum
excederet temperatum ut ab eo exce
deretur esset denominandus magnus
vel parvus non absolute sed secundum quid
ut colligi potest secundo primum capitulo de
finitione universali pulsus ¶ Sumitur autem
velocitas et tarditas in pulsu apud
diversos diversimode dicunt enim quidam
pulsus velocitatem absolute attendi
penes parvitatem temporis mensu
rantis motum totalem dilatationis
et constrictionis / tarditatem vero penes
magnitudinem eiusdem temporis
et sic quilibet pulsus cuius dyastole et
sistole in minori tempore completur
dyastole et sistole alterius est deno
minandus esse velocior econtra vero
tardior Iuxta hoc concedendum est
in casu alicuius arterie pulsum esse
velociorem pulsu alterius quamvis
arteria cuius pulsus est velocior con
tinue tardius moveatur quam arteria
cuius pulsus est tardior ut si arteria
fortis per totalem eius dilatationem
et constrictionem immediate hore de
scribat spatium pedale et arteria plonis

per totalem eius dilatationem et con
strictionem describat spatium quia
drupedale notum est arteriam pla
tonis continue velocius moveri arte
ria fortis pulsus tamen fortis est
velocior iuxta hanc viam quia in
minori tempore perficit arteria fortis
totalem dyastolem. Alii vero dixe
runt pulsus velocitatem et tardita
tem attendi absolute penes spatium
ab arteria descriptum in tanto vel in
tanto tempore qualiter sexto phisicorum
describitur velocius quia in equali
tempore maius pertransit spatium et
penes hunc modum in casu posito
non esset concedendum pulsum fortem
esse velociorem pulsu platonis sed quo
frequentia etiam et raritas in pulsu apud
diversos diversimode sumitur apud non
percipientes eius quantitatem sistoles
raritas attenditur penes magnitudi
nem temporum mensurantium quie
tem inter antecedentem dyastolem
et consequentem frequentia vero
penes parvitatem eiusdem ut pulsus
ille sit denominandus rarus res
pectu temporum inter duas dyastolem
antecedentem et subsequentem ca
dit quies media longiori tempore
mensurata quam in temperato. Econtra
vero denominatur spissus sive fre
quens apud non comprehendentes
quantitatem sistoles qualis fuit Galienus.
Attenditur frequentia penes parvita
tem temporum mensurantium quietem
inter dilatationem et constrictionem
ut pulsus ille denominetur alio fre
quentior inter cuius dyastolem et sis
tolem minor mediat quies. Contra
rio rarior et colligitur utrumque istorum
modorum raritatis et frequentie
in quarto pulsuum et secundo primi al
legato capitulo. Rationabilior autem
apparet secundus modus in precludendo
frequentiam et raritatem. Secundo
est tertio quod istarum specierum differentiarum
pulsus tres scilicet virtus instrumentum
et utilitas ab auctoribus ponuntur
principales cause quas quidem appellat
essentiales quedam vocat vel contentivas

Communes autem vel necessarie
dicuntur quia ab ipsis indeficienter
pendent omnes pulsus dicte/ et propter
idem essentiales etiam et contentive
possunt denominari quia ab ipsis
nullus motus pulsus potest absolvi
ab aliis etiam dicuntur necessarie ut
essentiales quia pulsus diffinitionem
ingredientes. Alie vero dicuntur sic
contentive propter oppositas causas ut
sunt regio etas et complexio etc. Cause
igitur contentive sunt virtutes vita
les et necessitas refrigerii scilicet ventila
tionis etc. et instrumentum scilicet
arteria. Licet autem hec omnes tres
esse denominentur contentive non
tamen in eodem genere cause ad pul
sum concurrunt. Nam virtus concur
rit in genere cause efficientis ut in pre
cedenti questione ostensum est. In
strumentum autem est materia
vel subiectum eiusdem et ipsius instru
menti dispositio ut mollities et du
rities est causa dispositiva quam
Averoys appellat ordinationem ordina
bilis etiam ad genus cause materialis
reducenda primi secunda de pulsibus
septimo capitulo. Et primum quidem
rei unde provenit magnitudo est
virtus sed utilitas est appetens et instrumentum
est adiuvans. Necessitas autem
ventilandi et mundificandi concur
rit in genere cause finalis ut enim
his necessitatibus sufficiat sit dyastole
et sistole in pulsu. Ex quo patet
primo causam secundum varietatem virtutis
in fortitudine et debilitate quam instrumenti
secundum obedientiam et inobe
dientiam puta duritiem et lenita
tem et alias causas et alias dispositiones
obedientiam et inobedientiam in
strumenti provenire potentes quam
secundum necessitatem necessitatis et eius
rationis variantur etiam pulsus
dicte differentie variatur enim effectus
secundum exigentiam finis ad quem es
sentialiter ordinatur variatur etiam
varietate agentis et materie ad ipsum
essentialiter ordinate. Ex quo patet

2º quod forti consistente virtute et in
strumento obediente disponitur
pulsus in magnitudine et paruitate
velocitate et tarditate ipso secundum
congruentiam indigentie semper enim ad
finem essentialiter ordinatum dis
ponitur secundum congruentiam finis nisi
aliunde proveniat impedimentum
Premissis iterum horum descrip
tionibus sit hec prima distinctio //
Dupliciter potest aliquod corpus
temperato esse calidius scilicet naturaliter et
preter naturam licet autem galienus in libro de
lapsu naturali cordis ad calidum princi
paliter intelligeret de utroque tamen
sermo esse potest in questione 2ª dis
tinctio corde per calidum a temperato
labente quandoque stat in aliis membris
lapsus huiusmodi proportionalis et quandoque
non immo disproportionalis exemplum
primi ut si corde calido in primo re
spectu temperati cordis essent omnia
alia membra proportionabiliter calida
respectu temperamenti proprie speciei Ex
emplum secundi ut si corde consistente
calido in primo essent alia membra
ad frigidum declinantia hec distinctio
virtualiter colligitur in 3º capitulo
de signis naturalium complexionum cordis
et quarto allegetur in quarto de uti
litate pulsus Tertia distinctio est
quod lapsus cordis ad calidum quandoque
quandoque fortitudo virtutis et obedi
entia instrumenti quandoque autem de
bilitas virtutis et instrumenti inobe
dientia intelligo autem per virtutis
fortitudinem potentiam eiusdem
respectu huius debiti effectus produc
endi in pulsu scilicet magnitudinis velo
citatis et frequentie quamvis non
sit fortis virtus respectu virtutis tem
perati cordis Quarta distinctio est
est hec quod caliditas aucta supra tempe
ramentum in corde quandoque est per se
veniens et quandoque exemplum 2i ut
imaginemur tempore quo quiescit
cor in constrictione esse acquiri gradum
caliditatis levem supra temperamentum
aptum per viciniam aeris frigidioris im
pressionem inspissationem removeri

et quod dum dilatabitur idem cor per
constrictionem attrahit aerem
multo frigidiorem quam requirat
sua naturalis dispositio quia scilicet pote
rem facere cor labi ad lapsum frigi
dum et per intuitum primum membrorum
distinctionis His positis sit hec
prima suppositio stante fortitudine
virtutis ad sensum datum et obedien
tia instrumenti spissitudo pulsus exce
dens temperamentum non absolute
a velocitate et magnitudine tempe
ramentum excedentibus Colligitur
hec suppositio 2ª primum summa de pul
sibus secundo capitulo et aliqualiter
nono in de pulsibus magistri ...
et in quinto pulsuum et de inte
ntione fere omnium auctorum Secunda
suppositio fortiter et maior fit in
...cuatio per magnitudinem pul
sus quam per aliquam aliam de aliis
pulsus aliis paribus patet quia per
magnitudinem cordi et spiritui
magna quantitas infrigidantis aeris
simul occurrit per velocitatem vero
et spissitudinem sine magnitudine
parva scilicet quantitate aeris licet frequenter
et velociter sed maior provenit infri
gidatio ex magno infrigidante si
mul occurrente quam parvo velociter
et frequenter aliis paribus igitur etc
Exemplum plus infrigidaret mag
na aque quantitas simul sumpta quam
parva velociter et frequenter appul
sa eius quantitas statim infrigidaret
in quarto propter quod secunda est alterata
in quarto propter quod secundum est alteratio
ta approximata paulatim et freque
ter quam simul in quantitate multa
et raro Tertia suppositio si virtus
fortis et instrumentum obediens
fuerit quanto insurgit necessitas e
ventandi et immediate ... efficacius
tanto provenit motus dilatatio
nis vel constrictionis cordis vel ar
teriarum quod patet quod positis causis
sufficientibus ad effectum producen
dum naturaliter convenientibus ponitur
effectus sed posita fortitudine virtutis
et obedientia instrumenti cum necessitate
insurgente posite sunt cause insur
gentes et sufficientes igitur

Quarta suppositio inter ceteras differentias pulsus superius enumeratas faciliter a nobis perceptibilis est magnitudo et paruitas. Patet quia magnitudinem pulsus solo tactu proprium vel saltem paruo vtitur in tenere aut velocitatem aut et frequentiam non nisi per distinctionem notabilem. Non enim percipitur velocitas vel tarditas nisi per comparationem motus ad spacium et temporis et sic comprehensio velocitatis et tarditatis presupponit comprehensionem magnitudinis pulsus et cum hec comparationem eius ad tempus tactum vel tactum. Ideo vel non comprehenditur etiam spissitudo nisi comprehensa quiete cadente inter dyastolem et sistolem et comparata ad tempus. Notandum est autem hec ambo difficilius comprehendi magnitudine igitur etc. Et pro ista suppositione videtur experimentum. Ex quibus sequitur quod magnitudine velocitate et spissitudine pulsus seuerias equaliter vel aliquo temporis notabiliter super temperamentum crescentibus prius perceptibile erit pulsum maiorem esse temperato quam velociorem vel frequentiorem et per consequens non repugnabit esse pulsum notabiliter vel sensibiliter maiorem quamvis non sit notabiliter velocior aut frequentior temperato. Sequitur tertio quod hiis differentiis econtra equaliter decrescentibus donec ad temperamentum pulsum redeant prius desinet pulsus apparere velocior et spissior quam desinat apparere maior aliis paribus. Tunc sit prima conclusio quod stantibus in corde et arteriis dispositionibus lapsibus quantumcumque virtus fortis et instrumentum obediens fuerit non tamen necessario ex corde calido proueniet pulsus magnus. Colligitur hec conclusio in libro de differentia pulsuum et in quarto super illa parte flexionis vero quibus commouet vniuersum corpus. Et 2a primi sidonia de pulsibus secundo capitulo scilicet de pulsu complexionum. Persuadetur quarto sic quia stante fortitudine virtutis et obedientia instrumenti motus dilatationis et constrictionis arteriarum sit secundum exvinarum exigentiam necessitatem refrigerii et mundificationis sed stante lapsu calido in corde et frigido in arteriis et virtute forti igitur necessitas euentationis et mundificationis in arteriis est diminuta igitur etc. Ex ista conclusione et eius probatione sequitur primo quod non necessario dum dilatatur cor omnes eiusdem corporis arterie constringuntur nec econtra. Ex ista conclusione et eius probatione sequitur primo quod non necessario dum dilatatur cor omnes eiusdem corporis arterie constringuntur nec econtra. Sequitur secundo quod contingens est sistolante vna arteria alteram dilatari et econuerso. Sequitur tertio motum dilatationis et constrictionis arteriarum in magnitudine velocitate et frequentia non esse necessario necessitate euentationis et mundificationis cordis proportionalem eisdem stante fortitudine virtutis. Sequitur quarto arterias non solum gratia refrigerii et mundificationis cordis dilatari et constringi sed etiam vt proprie necessitati subueniat et hec omnia videtur auicenna sensisse 2a primi allegato capitulo dicens. Est preterea cum omnibus hominibus accidit vt duorum laterum ipsius diuersificetur complexio erit ergo vnum ipsorum frigidum et alterum calidum et accidit vt diuersitate que prouenit ex caliditate et frigiditate horum duorum laterum pulsus diuersificatur et erit pulsus ~~caliditatis pulsus~~ lateris pulsus complexionis calide. Et ex hoc quidem sequitur quod pulsus in dyastole sua et sistole sua non est secundum motum attractionis et constrictionis cordis ymmo secundum motum dyastoles et sistoles corporis arterie etc. Ra

rel'

conclusio est stante in corde calido
et arteriis lapsu proportionali stat
per virtutis imbecillitatem vel
instrumenti inobedientiam pul
sum tardum et parvum provenire
Colligitur hec conclusio a galieno
in comento pulsuum et in libro de
differentiis pulsuum et 2° primi tractatus
de hiis que proveniunt ex causis con
tinentis pulsuum Ex hoc correlarie se
quitur primo quod contingens est ne
cessitatem euentationis per aliquod
tempus continue minorando proced
ere idem tamen tempus pulsus mag
nitudinem et velocitatem augere
ut in ethico curando propter imbecil
litatem virtutis vel duritiem in instru
menti fit pulsus cordis et parvus
respectu eius quod erat tempore sani
tatis et removeatur ethica ita ut
redeat ad sanitatem pristinam patet
quod continue crescet magnitudo et ve
locitas et eo quod continue accedet ad
magnitudinem et velocitatem pul
sus naturalis quod tamen continue mino
rabitur necessitas euentationis patet
pater ex casu Sequitur 2° quod contingens
est in pulsu simul magnitudinem
tarditatem et raritatem crescendo
procedere ut si propter inobedientiam
instrumenti vel inobedientiam imbe
cillitatem virtutis proveniat pulsus
parvus velox et frequens et redeat
instrumentum ad lenitatem naturalem
per continuam alterationem vel virtus
ad naturalem gradum fortitudinis et
sequitur correlarium nam in casu
posito pulsus dispositio continue
magis et magis accedit ad dispo
sitionem pulsus naturalis precedentis
sed pulsus precedens erat minor
tardior et rarior quam pulsus qui
nunc est ergo continue fit pulsus tardior
maior et rarior et per consequens 2m
Item pulsus iuvenum sunt maiores
tardiores et rariores pulsibus puero
rum ceteris paribus ut 2° primi capitulo
de pulsibus etatum et in libro de
differentiis pulsuum igitur puero
transeunte per etatum decursum
a puericia ad iuventutem fiet continue
pulsus maior tardior et rarior eo quod
secundum omnem differentiam fiet continue
pulsus iuvenum propinquior et per consequens
etc Tercia conclusio probabiliter po
nitur contra quem solam impossi
bile est per necessitatem aucta supra
temperamentum naturalem vel preternaturalem
tem permanentem cum fortitudine vir
tutis et obedientia instrumenti in pul
su solam magnitudinem acquiri sit
sed quod fiat pulsus maior non tamen ve
locior vel frequentior Persuadetur
sic per quantamque ignitatem augmenta
tam supra temperamentum acquiratur
magnitudo in pulsu per eandem ac
quiritur spissitudo stante fortitudine
virtutis etc igitur conclusio vera quod patet
per primam suppositionem Assumptum
arguitur sic ignitas aucta supra temperamen
tum permanente cor vel arteria ex
istentis in constrictione esse calidius est quam
fuerit ante ignitatem augmentatam
ergo inflammabilius et si sit ceteris
paribus citius insurget ignitas super
euentationis Cum igitur virtus sit
fortis et instrumentum obediens tam
succedet dyastole systole quam minor
erit quies media et per consequens
pulsus frequentior Plurima adduci
possunt pro ista conclusione que
inferius tangentur Nota tamen
quod non apparet evidens argumentum
adduci potest ad probandum quietem
sequentem dyastolem minorem esse
quam fuerit quies sequens dyasto
lem ante necessitatem augmentatam
quia potest adversarius dicere quod licet
caliditas in corde et arteriis tunc sit
maior fortius et tamen magis est
prohibens adventum necessitatis
sequentis constrictionis scilicet maior
quantitas aeris attracti Rationa
bile tamen apparet quod sicut videatur
quies sequens systolem contra sequens
dyastolem eo quod causa necessitatis ad
systolandum maioratur scilicet ignitas
fumositatum vaporosorum et humorum
multitudo que que est potissima
causa constrictionis spiritus etc

calidiore sunt minor autem calidi
tas spiritus et fumior in et malig
nitas eorundem necessitat ad artiorem
constrictionem. Ex ista conclusione
primo sequitur conclusio responsiva
ad quesitum scilicet quod stante fortitudine
virtutis et obediencia instrumenti cum
necessitate proporcionali etc. Ex quo
libet corde calido respectu temperati
proveniunt pulsus magni velores
et frequentes respectu eiusdem. Se
quitur 2o quod quantitasque in dictum
minuatur necessitas eventationis re
spectu temperati cordis stante fortitu
dine ita proveniunt primi pulsus mi
nores tardiores et rariores sed de hoc
videbitur in sequenti questione. Contra
hanc autem posicionem plurime insur
gunt difficultates de quibus vide
bitur infra. Ad argumenta principa
lia. Ad primum dicitur negando assumptum in
pro auctoritatibus tamen illud sona
ntibus dicendum est quod per necessita
tem auctam stante fortitudine respecta
differencia que manifeste ut sensibiliter
acquiritur in pulsu est magnitudo
prius enim fit pulsus notabiliter ma
ior quam velocior et prius notabiliter
velocior quam notabiliter spissior hoc
intellexerunt auctores. Cum quo
tamen stat per qualibet unitatem
auctam stante fortitudine ut ita ve
locitatem et spissitudinem etc. quam mag
nitudinem maiorari ut declaratum
fuit in primo articulo. Ad 2m dicitur
quod licet in corde calido respectu temperati
sit virtus debilis respectu eiusdem
non tamen est debilis per privacio
nem potencie elevandi arteriam
ad dimensiones maiores quam in temperato
cum necessitas provenientis fuerit effi
cacior quod si ad tantam debilitatem
proveniret fuerit minorem sed plus
velociorem et frequenciorem ut
videbitur infra. Ad primam confir
macionem dicitur quod quelibet virtus
naturalis agens agit secundum ultimum
sui conatum etc. Cum tali applica
cione que alia est aucta necessitate
et alia non aucta necessitate. Et per
idem ad secundam confirmacionem
dicitur quod non sunt alia paria ideo non
oporteret quod immoderata illa potencia mi
noretur effectus. Dicitur eciam quod non
semper immoderata proporcione retarda
tur motus nisi ponantur alia paria
quia non insequitur proporcionem ab
solute sed cum circumstanciis paribus
ut alibi investigari debet. Ad aliam
confirmacionem concesso quod licet a
pluri spiritu proveniret huiusmodi
magnitudo non tamen sequitur
pulsum esse fortem quia dispositas est
in temperamento ut quo operatur spiritus
et membrum vel dicitur quod spiritus
movens arteriam pulsu magno
non necessario est amplior quam
movens mediocri vel parvo licet
secundum aliam applicacionem mo
veat. Et per idem respondetur ad
aliam confirmacionem cum arguitur
quod omnis pulsus alio pulsu maior est
eodem velocior eo quod proveniret a
proporcione maiori dicitur enim quod non
sunt in casu virtus voluntaria ele
vans brachium maiori motu elevat
quam alia tardiori tamen et debiliori
sunt enim tanto motu elevat quia
fortis et voluntarie inclinatur ad
tantum elevandum quamvis forte de
bilius moveat virtute voluntaria
minus elevante ita in arteriis et in
corde calido a virtute vitali tantum
dilatatur arteria quod cum ipsa eciam sta
tim naturaliter inclinatur ad tantum
elevandum et potens est tantam ele
vare cum quo tamen stat virtutem
aliam mediam dilatacione forcius
tamen et velocius arteriam dilatare.
Alii vero ut grece posuerunt virtutem
vitalem esse aliam modo per participa
cionem mediam inter virtutem pure
naturalem et voluntarie motivam.
Convenit enim cum naturali pro
quanto movet sine cognicione cum
voluntarie vero motiva pro quanto
secundum convenientem necessitatem quando
plus quandoque minus conari potest
ad multum vel parvum velocius vel
tarde dilatando arterias ideo forte
negare ut quod semper operatur secundum
ultimum etc. Et potest hec responsio

habere sanum intellectum Ad 3m
negatur quia ad probationem nec
semper agens naturale tardius pro
ducere effectum maioris quam minoris
difficultatis difficilius enim est vinci
informative producere cor quam cerebrum
aut pinguedinem prius tamen producit
cor Ad quartum conceditur quod mag
ni pulsus compossibile est temperamentum
in velocitate et frequentia ut probat
argumentum verumtamen taliter tamen ubi
nisi quod sint virtus fortis nimietate caloris
acquiritur magnitudo sine velocitate
etc. Pulsus autem iuvenis denominatur
tardus magnus et rarus respectu pul
sus puerorum in quibus propter imbe
cillitatem virtutis vel incompleti in
strumenti inobedientiae est parvus velox
et frequens respectu iuvenis pulsus
pulsus tamen iuvenis calidum complexione
virtute ut est respectu pulsus temperati
iuvenis non solum magnus sed etiam
velox et frequens Ad quintam et
eius confirmationem dicitur quod si ex
cessus caloris supra temperamentum
esset talis quod virtus aeris attractione
maiori indigeret non posset necessario et
lapsus nec sic oportet pulsum fieri ma
iorem velociorem etc. nec hoc repug
nat dicto Ad sextam dicitur quod galie
nus dedit intelligere magnitudinem pul
sus per magnitudinem anhelitus eo
quod anhelitus movit sicut pulsus ut al
legatum est etc. per bravarium dilectum in

# Utrum ex corde

frigidiori temperato prove
niant pulsus parvi non
tamen de necessitate tardi aut rari Et
arguitur primo quod non per magnitu
dinem pulsus melius satisfacit uti
necessitati quam per aliquam aliam
differentiam pulsus ergo ipsa quam
tenti forti et instrumento obediente
tardius dimittitur magnitudinem
quam aliquam aliam pulsus differentia
quia patet eo quod natura semper de pos
sibilibus operatur melius et patet assumptum
quia melius fit refrigerium per mag
nitudinem quam per aliquam aliam dif
ferentiam pulsus ut in praecedenti
questione est deductum Secundo

si questio esset vera sequeretur quod ad
parvitatem pulsus staret temperies cum
in velocitate eius et frequentia eo quod
si pulsus cordis frigidi est parvus et
non de necessitate tardus et rarus
cum etiam non de necessitate sit velox
et frequens sequitur consequens illatum
cum falsitas arguitur ponendo a pul
sum sortis esse minorem b pulsu plonis
temperati eque tamen velocem et freq
uentem eidem et arguitur sic eque fre
quens est pulsatio in pulsu a sicut in
pulsu b igitur quotienscumque pulsat ar
teria a pulsus totiens pulsabit arte
ria b et econverso Cum igitur in qualibet
pulsatione describat arteria a minus
spatium quam arteria b ut patet ex casu
sequitur quod pulsus a est tardior cuius
oppositum ponebatur et per simile ar
gumentum videtur posse deduci
et quilibet pulsus alio minor et eque
frequens eidem est tardior eodem
et econverso velocior 3o per auctoritatem
nimietatem prima differentia que acquiritur
in pulsu est magnitudo secunda ve
locitas et 3a spissitudo 3o per nimieta
tem econtrario diminuitur prima
differentia que acquiritur est raritas secunda
per tarditas et ultima parvitas quod
tenet eo quod primum in acquisitione
debet esse ultimum in deperditione
et colligitur assumptum 2a primi tertio
de hiis que proveniunt ex causis con
tentivis pulsuum et ut clarius appareat
deductio argumenti sit cor sortis fri
gidum propter quod ex eo proveniunt
naturaliter pulsus minores rariores
et tardiores pulsibus temperati cordis
et crescat in eo caliditas donec pro
veniant ex eo pulsus condicionis illius
temperato Et patet quod primo acqui
retur magnitudo tanta sicut est
in temperato pulsu iuxta quemcumque sicut
2o velocitas 3o spissitudo sit cuius gra
dus caliditatis ad quem sequitur mag
nitudo a et gradus ad quem con
sequitur velocitas b et gradus ad
quem sequitur spissitudo c et decres
cat necessitas in corde signato donec
redeat ad priorem lapsum et patet
quod in tali decremento prius deperditur

c gradus caliditatis quam b et primus b
quam a sed ad c sequitur spissitudo et
ad b velocitas et ad a magnitudo
igitur primus fiat pulsus rarior et tar
dior quam minor temperato et per consequens
proveniet aliquando quod corde frigi
diori temperato pulsus in magnitudine
temperati tardi tamen et rari quod est
oppositum questionis ¶ Confirmatur
idem sic sit a cor fortis calidum in primo
et b temperatum sit c frigidum in primo
d vero cor sit frigidum in secundo ex
quo proveniant pulsus minores tar
diores et rariores pulsibus temperati
cordis et sit in omnibus fortitudo vir
tutis et instrumenti obedientia et ar
guitur sic sicut ita se habet a ad b sicut
c ad d caloribus eius est excessus per
unum gradum caloris sed quod a pro
veniet pulsus maior pulsu b non
tamen velocior nec frequentior at
pone ergo quod c proveniet pulsus ma
ior pulsu d non tamen velocior nec
frequentior d et si sic plus recedit ve
locitas et frequentia pulsus c a ve
locitate et si sic plus recedit velo
citas et frequentia pulsus b temperati
quam magnitudo recedat a magni
tudine eiusdem et per consequens
tardius in pulsu pulsu per diminutam
necessitatem deperditur magnitudo
¶ Quarto necessario per necessitatem
decrescentem circa temperamentum
sit pulsus rarior temperato stante for
titudine virtutis igitur questio falsa assumitur
arguitur quia sic unius arteria vel
cor frigidius temperato in constricto
esse et arguitur sic hoc cor est temperato
corde frigidius igitur minus et tar
dius inflammatur corde temperato aliis
paribus et si sit tardius insurget cum
tus provocans dilatationem post
constrictionem tunc ergo non primus
sit dilatatio quam insurgat necessitas illa
promovens sequitur quod longiori tempore
durabit quies media inter sistolem
et diastolem huius cordis quam in corde
temperato et per consequens pulsus
erit rario et non solum minor ¶ Ad
similiter per omnia argui potest de

quiete sequente diastolem quia ex
quo illud cor diu est in dilatato esse
est frigidius temperato in contrarium
aliis paribus elevabuntur et multipli
cabuntur fumi necessitantes ad con
strictionem sed tunc et non primus fit
constrictio longiori ergo tempore dura
bitur etiam quies sequens dya
stolem et per consequens erit pulsus
quomodolibet rarior ¶ Item contra si questio
esset vera hoc ideo esset quia per di
minutionem necessitatis stante fortitudine
virtutis prima differentia que perditur in pulsu
est magnitudo consequenter veloci
tas et ut nonnulli dixerunt consequenter
concesserunt sed arguitur quod non
quia ex illo sequitur quod causis con
tentivis pulsuum omnino similibus ex
istentibus dissimiles proveniant
pulsus differentie quod est irrationabile quia
omnis dissimilitudo in causatis fit de
ex dissimilitudine causarum ut
septimo methaphysice arguitur consequentia
ponendo a cor esse temperatum
b vero frigidum in secundo et in
cipiat diminui necessitas in b ita
quod per aliquod tempus fiat in eo pulsus
minor non tamen tardior aut rarior
decrescit eius necessitas in a per al
terationem continuam donec erit
in a necessitas precise talis sicut nunc
est in b tunc aliis paribus et ultra
procedat diminutio et patet usque
nunc pulsum in a frigido esse minore
et tardiorem deinceps vero fieri ra
riorem quia pono infrigidationem
primum gradum facere parvitatem
secundum tarditatem etc. et patet quod
quod pulsus a continue post hoc erit
rarior et tardior pulsus vero b
solum minor in a tamen et b erunt
continue cause contentive pulsuum similes
cum fortitudine virtutis ut pono
¶ Septo sequitur a cor calidius
temperato ex quo proveniunt
pulsus maiores velociores et fre
quentiores pulsibus temperati et
patet quod sic se habet et sit b cor tanto
frigidius temperato quanto est a.

calidius ergo quia proveniunt pulsus minores tardiores et rariores pulsibus temperati ad temperatum cor sicut sicut temperatum se habet ad b sed decrescente caliditate a usque ad temperamentum primus deperditur spissitudo deinde velocitas et ultimo magnitudo ergo caliditate temperati cordis usque ad b decrescente primus deperditur spissitudo temperata

2o velocitas et tercio magnitudo et per consequens aliquando erit cor frigidum quando ergo proveniunt pulsus rari non tamen parvi. Ultimo ad idem videtur intencio avicenne 2a primi capitulo de pulsibus complexionum dicit inquit. Complexione vero frigida declinat pulsus ad parvitatem diminucionis sicut proprie est parvitas et raritas et tarditas et in 3a capitulo de signis egritudinum cordis. Signa autem malicie complexionis frigide sunt declinacio pulsus ad parvitatem tarditatem et raritatem et capitulo de signis complexionum naturalium cordis ibidem. Complexionem vero frigidam naturalem significat constrictio pectoris et parvitas pulsus naturalis et declinacio eius ad tarditatem aut raritatem. Et averroys 3o colliget. Pulsus vero naturalis calide complexionis maior est ac velocior est temperato et frigide est contrarius //

Ad oppositum est galienus in libro de frigidiori corde pulsus minores competentibus non tamen tardiores ex necessitate aut rariores. In ista questione primo premittentur quedam preambula

2o tangentur quedam modus respondendi ad quesitum etiam interpretandi galienum 3o tangetur alius modus respondendi movendo difficultates quasdam // Quantum ad primum premittendum est primo ex precedenti questione quod tres sunt cause pulsum continentes virtus scilicet necessitas et instrumentum secundum quarum varietatem variantur in pulsu omnes dicte differentie. Dicuntur autem continentes quia in ipsis omnes pulsus ut causatum in causis continentur vel quia omnes cause causantes pulsus continent. Omnes

enim cause sunt aliquomodo pulsum immutantes et pro tanto mutant pulsum pro quanto in causis continentibus varietatem faciunt omnem enim aliarum causarum operacio in pulsu reducitur ad causas continentes verbi gracia consuetudo motus quies pulsus aliter et aliter disponunt non nisi pro quanto in virtute necessitatem vel instrumento varietatem inducunt. Secundo sciendum quod ex parte instrumenti provenit varietas in diversis pulsus propter obedienciam et inobedienciam eius in motu dyastoles et systoles eius autem inobediencia immediate consequitur duriciem et ... et compressionem eius a causa exteriori comprimente ut pinguedo econtra vero obediencia consequitur lenitatem eius distinguendo lenitatem contra multum superhabundantem humiditatem potest enim nimia humiditas instrumenti esse causa inobediencie pro quanto partes instrumenti relapsantur coincidunt et non tunc ... faciliter elevantur. Mediate vero cause inobedienciam provenientes plures sunt ut frigiditas superfluens induracionis et siccitas et caliditas resolvens econtra vero obediencie. Tercium est tercio quod inter ceteras differencias pulsus superius enumeratas virtuti difficilior est magnitudo primo quia in magna dilatacione et constrictione maior est resistencia quam veloci vel frequenti aliis paribus eo quod multum resistat instrumentum magne dilatacioni cum oporteat ipsum extendi multum et quasi ultra dimensiones naturales rarefieri / unde experimento patet quod difficile est vesicam aere intro replere parve tamen dilatacioni non notabiliter resistit. 2o quod in pulsu magno tam in dilatacione quam in constrictione totum attrahendum vel expellendum est multum ut aer frigidus et aera lefactus et fumus et spiritus et sanguis arterialis difficilius est autem attrahere multum tarde quam attrahere paucum et velociter et frequenter aliis paribus hec enim attractio supra ostensum est principaliter provenit a virtute. Tercio quarto provenit virtuti difficilius esse pulsum velocem

quam frequentem fuerit ad velo-
citatem enim requiritur instrumentum
et mobile per dyastolem attrahendum
et systolem expellendum a virtute
velociter moveri attrahi et expelli
hoc autem virtuti debili non est possibile
mobile vel instrumentum frequenter
et tarde moveri attrahere et expellere
quia ad hanc velocitatem requiritur
virtutem huius mobilibus durari [illegible]
Ad frequentiam vero non requiritur
moveri ad mobile magnus cursus
sufficit enim inter hos motus breve
quietem interponi. Ex quibus sequitur
primo quod per debilitatem virtutis ad-
venientem donec pulsus omnino iam
dicte differentie varientur prius de-
perditur magnitudo quam velocitas
et spissitudo. Et iterum prius veloci-
tas et ultimo spissitudo quod si virtuti
debilibus est pulsum magnum quam
velocem et velocem quam frequentem
fieri prius per diminutionem sue po-
tentie reddetur impotens ad produ-
cendum magnitudinem quam velo-
citatem et prius velocitatem quam spis-
situdinem. Prima ergo differentia que per
debilitatem virtutis acquiritur est par-
vitas 2a tarditas et ultima raritas.
Ex quo ulterius patet quod cum parvitate
pulsus consequente debilitatem virtutis
stat eius velocitas et spissitudo et
iterum cum tarditate pulsus debili-
tatem consequente stat eius spissitudo
non tamen cum raritate consequen-
te debilitatem virtutis stat velocitas
aut magnitudo nec cum tarditate
magnitudo. Ex quibus patet hanc
consequentiam valere hic pulsus est ra-
rus propter debilitatem virtutis ergo
hic pulsus est tardus et parvus //
Et similiter sequitur hic pulsus est
tardus propter debilitatem virtutis ergo
est parvus. Conversa tamen non sequitur
hic est parvus igitur tardus vel rarus
nec sequitur est tardus igitur rarus.
Ex quibus ulterius sequitur quod cres-
cente instrumenti inobedientia ita ut
varientur iam dicte differentie in pulsu primo
deperditur magnitudo communiter
velocitas et 3o spissitudo et per conse-
quens primo acquiritur parvitas 2o
tarditas et ultimo raritas. Primus

enim fit virtus impotens in-
strumentum multum quam velociter dilatare
aliis paribus eo quod prius resistit instrumentum
dilatationi quam velociter ut supra tactum
est // Similiter proportionabiliter debet
fieri varietas in pulsu ex instrumento re-
sistente et detinente potentie. Ex
quo patet quod cum parvitate pulsus
inobedientiam instrumenti consequente
stat eiusdem velocitas et spissitudo
non tamen cum raritate eiusdem
stat velocitas vel magnitudo propter
quod non valet hec quia hic pulsus est
parvus propter inobedientiam instrumenti
ergo est tardus vel rarus. Contra
tamen sequitur est rarus ergo tardus
et tardus similiter est tardus ergo
parvus // Tertio quidem supponitur
quod cum iste tres differentie pulsus
melius satisfaciant virtutis necessitati per
magnitudinem quam per aliquam
aliam differentiam. Et iterum melius per
velocitatem quam per spissitudinem per
necessitatem advenientem virtute forti
et obedienti instrumento prima
differentia que acquiritur in pulsu
est magnitudo 2a velocitas et 3a
spissitudo et per consequens econverso
in deperditione necessitatis iam acqui-
sita prima que deperditur est differentia
frequentia 2a velocitas et 3a mag-
nitudo et in hoc casu prima que ac-
quiritur est raritas 2a tarditas et
ultima parvitas. Ex quo patet hanc
quam non valere hic pulsus est mag-
nus propter augmentum necessitatis igitur
velox et frequens. Conversa tamen
sequitur est frequens propter necessitatis
augmentum et virtus est fortis ergo
est velox et magnus. Similiter sequitur
est velox ergo magnus. Patet 2o
hanc consequentiam valere hic est parvus
propter diminutionem necessitatis et
virtus est fortis ergo est tardus et
rarus sed econtra non sequitur eo
quod diminuta necessitate virtute forti
primus acquiritur raritas 2o tarditas
et ultimo parvitas. Sexto precipue
tenendum est quod virtus inquantum po-
test attendens necessitati satisfacere et
non potest per magnitudinem tempe-
rat eidem satisfacere cum frequentia

et velocitate maiori Ex quibus patet
quod decrescente necessitate propter virtutis
debilitatem vel instrumenti inobedi
entiam et plus parvificato pulsu
quam sit diminute necessitati proveni
ens procedit augmentum in velo
citate et spissitudine si virtus fortis
ad hoc sufficeret hec omnia virtualiter
colligi possunt ex dictis auctoris Ex
pressius autem 2a primi capitulo de
signis vel de hiis que proveniunt
ex causis contentivis pulsuum et ga
lieni in commento pulsuum Ultimo
considerandum est quod licet cum parvo
lapsu ad frigidum cordis et arteriarum
stet fortitudo virtutis et obediencia
instrumenti magno lapsu tamen et
notabili secundum plurimum quidquid
virtutis debilitas et instrumenti ino
bediencia frigiditas enim virtutem ex
cellens virtutem multum deicit et
instrumentum indurat et inspissat
Hiis premissis ponitur primus modus
respondendi ad questionem aliquas
conclusiones deducendo Prima est quod
per diminutionem necessitatis in corde
temperato prima que acquiritur in
pulsu est raritas secunda tarditas et
ultima parvitas stante fortitudine
ut potest persuaderi per plura ad
ducta ante oppositum Item quia
magnitudo est differencia nature
proporcionabilior ad satisfaciendum
necessitati quam aliqua alia ergo
virtute forti consistente ultimo tardius ad
diminuit et perdidit tardius velo
citatem quam spissitudinem Ex quo patet
primo quod ex aliquo corde frigidiori
temperato a temperamento tamen parum
lapso debent modico lapsus pulsus
esse rari in magnitudine tamen et
velocitate temperati patet secundo quod
in aliquo tali corde adhuc non nimis
multum lapso debent merito lapso
provenire pulsus tardi et rari in
magnitudine tamen temperati Patet
tercio quod ex corde a temperamento per
frigidum multum lapso debent
merito lapsus provenire pulsus par(vi)
tardi et rari Secunda conclusio est
licet ita sit merito tamen debilitatis
virtutis et inobediencie instrumenti

consequentur cordis et arteriarum
frigiditatem excessivam in corde multum
frigido respectu temperati apti sunt pro
venire pulsus parvi velociores tamen et
frequentes aut in velocitate et frequencia
temperati patet quia concurrentibus dimi
nucione necessitatis debilitate virtutis
et inobediencia instrumenti pulsus
parvificatur pulsus quam requirat sic di
minuta necessitas igitur virtus cum ve
locitate et spissitudine compensabit
tum ad has duas compulsiones tan
sandas non repugnat ipsam esse for
tem assumptum probatur sic si solum
decresceret necessitas parvificaretur
pulsus parvitate tante necessitati pro
porcionata sed nunc multo plus mino
ratur pulsus quam nunc igitur nunc mi
noratur parvitate huic necessitati
non proporcionata sed maiori quam exi
git hec necessitas et per consequens [illegible]
Ex isto sequitur quod ex corde multo
frigidiori temperato proveniunt pul
sus minores competentibus temperato
non tamen tardiores concessitate
aut rariores quia stante lapsu tanto
ut reddatur virtus impotens et in
strumentum inobediens ad mag
nificandum pulsum magnitudine
tanta quanta requirit illa diminuta
necessitas proveniet pulsus parvus
et non tardus aut rarus sed in velo
citate potius aut frequencia augmen
tatus Et hanc conclusionem asserit
intellexisse galienus in libro de [illegible] inquit
quod in frigidiori vero corde satis multum
lapso sunt pulsus minores compete
ntibus non tamen tardiores immo ex quo
instrumento facto inobediente et
debilitata virtute contingens est
pulsum provenire minorem velo
ciorem tamen et frequenciorem //
Secundus modus respondendi
ad questionem ponit hanc conclusionem
quod sicut per necessitatem auctam supra
temperamentum prima differencia
que acquiritur in pulsu est magnitudo
secunda velocitas et stante fortitu
dine virtutis et obediencia instru
menti ita per necessitatem citra
temperamentum diminutam prima

differentia que acquiritur est par
uitas 2a tarditas et tertia raritas
Et pro hac conclusione adducuntur
hec posito quedam probabilia pri
mo frigiditas ultra temperamentum
augmentata contrariatur calidi
tate aucta supra temperamentum
contrarios ergo effectus debent
inducere sed ad caliditatem sequitur
magnitudo ergo ad frigiditatem
paruitas Et consimiles de velo
citate tarditate et spissitudine et rari
tate argui potest Secundo quia augmentum
necessitatis supra temperamentum et
diminutio eius citra temperamentum
sunt motus oppositi ergo de pulsibus
hos motus consequentes sunt oppo
site sed ad augmentationem primo sequi
tur magnitudo igitur ad diminu
tionem primo consequitur paruitas
Et sic videtur habere multus aer
ad necessitatem auctam sicut prius
ad diminutam aliis paribus sed neces
sitati augmentate supra temperamen
tum optime proportionatur et satisfa
cit aer multus aer attractus igitur
et diminute paucus et per consequens
diminuta necessitate primo fiet pul
sus paruus Et secundum hoc expo
nenda est littera galieni ut verba
sonant in frigidiori corde fiunt pul
sus parui scilicet ex necessitate siue eadem
necessitas fuerit nimium augmen
tata siue parum paruificatur pul
sus non tamen ex necessitate tardi
aut rari quia parum diminuta ne
cessitate citra temperamentum fiunt
pulsus minores non tamen tardiores
aut rariores nisi ulterius procedat
diminutio fiunt igitur aliquando parui
non tamen tardi uel rari Quan
tum ad secundum articulum con
formiter loquendo positum posi
tionum in precedenti questione ultra
te supponendum est primo quod sicut
magnitudo pulsus respectu temperati
lapsum calido proportionatur ita lapsum
frigido proportionatur paruitas eius
sicut enim cor calidum aere multo
indiget ad sui refrigerium respectu
temperati ita frigidum pauco et per
consequens etc Supponendum 2o
quod virtute existente fortiori etc et

intendente naturaliter necessitati
subueniunt variantur differentie proportio
natis dispositionum naturalis cordis et
arteriarum conseruande et preter
naturaliter remouende et prohibende
hoc patet ex dictis Tunc sit secunda
conclusio impossibile est per virtutem
naturaliter uel preternaturam in corde tempera
to diminutam cum fortitudine virtu
tis Et huiusmodi necessitatis minora
tione perseuerante in pulsu solam par
uitatem aut solam raritatem argui
prima pars repugnat secundo modo
respondendi ad quesitum quo sic per
suadetur si necessitas est in corde et
arteriis minus quam prius tardius aliis
paribus post completam sistolem in
surget necessitas sequentis euentationis
eo quod tardius inflammatur cor et spiritus
inflammatione promouente ad seque
tem dilatationem sed tardius insur
gente huiusmodi necessitate longior
est quies media inter sistolem et
dyastolem ergo si raritas est in arte
riis et corde minor pulsus erit rarior
quod patet cum antecedente Secunda
pars repugnat prime responsioni ad
quesitum que sic persuadetur tam
proportionalis est paruitas pulsus di
minute necessitati quam magnitudo
necessitati aucte per primam suppo
sitionem sed crescente necessitate
auget virtus magnitudinem si fuerit
fortis ergo ipsa decrescente producet
paruitatem argumentum probabile
est etiam suppono quod crescente causa
pulsus stante fortitudine et continue
fiet pulsus minor Et ponatur quod
corde fortis calido proueniret pulsus
magnum velocem et frequentem et
quod per viam permutationis infrigi
datur cor fortis donec fuerit frigidum
in primo et sic in quo est necessitas
precise tanta in corde forti sicut in
temperato Et patet quod per aliquod tempus
ad hoc inclusiuum augmentata est ne
cessitas paruitas pulsus fortis per
augmentum frigiditatis cordis que
per tempus hoc continue intenditur
ergo per tempus continue post hoc
cresceret paruitas in pulsu fortis Et
sic sequitur quod stante fortitudine etc

non prius acquireatur raritas in
pulsu respectu temperati quam paruitas quam
in casu posito ponatur in hoc eodem
in platone temperati cordis incipere
aliquam necessitatem oriri equaliter si-
cut in sorte et queratur an sit incipiet
necessitas in platone aliquam ita incipi-
et pulsus paruificari ut rarificari
Si primum sequitur oppositum posi-
tionis Si secundum sequitur hec conclusio
quod stantibus causis pulsum contentiuis
omnino similibus dissimiles prove-
nient pulsus differentie quod non est
bene ymaginabile tota deductio ar-
gumenti patet intelligenti Secunda conclusio
sequitur si virtus fortis et instrumentum
inobediens fuerit diminuta utilitate
non solum minorem oportet fieri pulsum
sed etiam tardiorem et rariorem
patet quia oportet ipsum esse ratio-
rem et minorem per precedentem con-
clusionem sed paruitas in raritate
non absoluitur a tarditate sicut
nec magnitudo cum frequentia ab-
soluitur a velocitate ut in precedenti
questione ostensum est igitur Item
quamquam necesse est moderata necessita-
te attrahi aerem modicis quantitatibus
et rarius tamen necesse est ipsum attrahi
tardius sic enim in similibus est
ut patet intuenti. Item sic se videtur
habere velocitas ad necessitatem auc-
tam sicut tarditas ad diminutam sed
aucta utilitate crescit velocitas stante
fortitudine ergo ipsa diminuta crescet
tarditas Tertia conclusio licet ita
sit ut ponit conclusio precedens non
tamen decrescente necessitate stante
fortitudine in equalitate perceptibiliter ut
sensibiliter acquiruntur hec dicta Hec
conclusio patet per contrarium ex hiis que
in precedenti questione de augmen-
to magnitudinis velocitatis et fre-
quentie dicta sunt sicut enim crescente
necessitate magnitudo fit sensibiliter
maior prius quam velocitas sensibiliter
maior et prius velocitas quam spis-
situdo propter magnitudinem aliis
principiis esse facilius perceptibilem velo-
citate et velocitatem spissitudine ut
probabiliter deductum est Ita quod
in diminutione necessitatis prius

notabiliter crescet paruitas quam velo-
citas et prius velocitas quam spissitudo
Et quod hoc probabiliter concludi potest
conclusio respondens ad quesitum quod
quod corde frigidiori temperato prius
apti sunt provenire pulsus sensibiliter
minores competentibus quam tardiores
aut rariores stante virtute fortitudi-
ne Hanc conclusionem galienus
videtur intellexisse in textu et penes
hoc et alia tacta in precedenti conclusio-
ne concludi possunt plura correlaria
circa hanc materiam consyderata sus-
tinenda Primum est quod quocumque gra-
dum necessitatis similiter tempera-
mentum additum augetur magni-
tudo per eundem augetur vel
apta est augeri velocitas et spissi-
tudo stante fortitudine et econtra vel
Secundum per quodcumque gradus
necessitatis diminute citra tempera-
mentum deperditur frequentia per
eundem deperditur vel apta est de-
perdi velocitas et magnitudo et
econuerso Tertium correlarium ad
cuiuscumque gradus necessitatis acquisi-
tionem vel deperditionem vltra vel
citra temperamentum consequitur
sensibilis varietas in differentiis
pulsuum iam dictis plus aliis paribus
Sequitur sensibile augmentum vel
detrimentum magnitudinis quam ve-
locitatis et prius velocitatis quam spissitu-
dinis Quartum correlarium con-
tingens est quod corde frigidiori temperato
provenire pulsum sensibiliter mino-
rem non tamen sensibiliter tardio-
rem aut rariorem temperato Secundum
per augmentum necessitatis in corde
multum frigidiori temperato acquirit
magnitudo velocitas et spissitudo
pulsus tanta quanta in temperato prius
desinet pulsus esse temperatus sensibi-
liter rarior quam tardior et prius tar-
dior sensibiliter quam minor Sequitur
licet ita sit non tamen prius post
huiusmodi necessitatis augmentum
acquiretur temperies in magnitudine
quam in velocitate et spissitudine vel
spissitudine vel econuerso sed eque
De primo hec omnia correlaria

sequitur ex positione ut patet in
inveniendo fundamentum eius suppo
sito tamen semper aliis paribus scilicet
constantia virtutis et obedientia
instrumenti ¶ Contra tamen hanc
positionem plures et non parve dif
ficultates insurgunt ¶ Prima est quia
hec positio contraria in precedenti ques
tione expresse videtur contra sententiam
omnium auctorum ponentium quod per
augmentum necessitatis prima dif
ferentia que acquiritur in pulsu est
magnitudo secunda velocitas 3a
spissitudo et econverso per eius de
crementum prima que deperditur
est frequentia secunda velocitas et
3a magnitudo et per consequens
prima que per diminutionem
necessitatis acquiritur est raritas
2a tarditas ultima parvitas quod
expresse adversatur positioni ¶ Item
pro ista videtur auctoritas avicenne
2a primi capitulo de hiis que pro
veniunt ex causis continentibus pul
sum dum inquit virtus namque cum
permutatione necessitatis non in
minuit ex equali quoniam ad diasto
lem prohibentem
non habet etc. ¶ ubi videtur velle quod
stante virtute et diminuta neces
sitate modicum minoratur primo
pulsus propter quod indiget oportet
ipsum tardari et rariorem fieri et
per consequens per diminutionem
necessitatis maior acquiritur tardi
tas et raritas quam parvitas in
pulsu cuius oppositum dicit positio
Et pro isto videtur sententia galieni
in libro de dispnea capitulo de propor
tione motus anhelitus ad motum
pulsus et eorum diversis causis dum
inquit ¶ Similiter autem et si mino
rata fuerit que secundum naturam
caliditatis aliis causis permutatis
ad hunc parvam tardam et raram
mutationem necessarium est fieri inspi
rationem sed parvam quidem ei quia
secundum naturam minorem tan
tum vero tardiorem plurimum vero
rariorem ubi galienus videtur ex
presse innuere per minorationem

necessitatis aliis causis continentibus non
permutatis fieri pulsum parvum minorem
naturali preexistente et multum tar
diorem et maxime rariorem et per
consequens per decrementum neces
sitatis maior et acquiritur parvitas
notabilior tarditas quam parvitas et
etiam maior raritas quam velocitas et
hec clarius confirmat sequens litera
dum subiungit ¶ Robusta enim existente
fortitudine non contingit multo mi
norem fieri diastolem ¶ Item stante for
titudine virtutis crescit simul in
aliquo pulsu magnitudo tarditas et
raritas ergo etc. ¶ Assumptum colligitur
2a primi capitulo de pulsu balneatorum
ubi innuitur quod ex balneatione in aqua
frigida si frigiditas non penetraverit
coadunatur calor et crescit magni
tudo in pulsu et minuitur velocitas et
spissitudo inquit enim et si non pene
traverit primo calorem adunaverit
augmentatur fortitudo et crescit parum et
minuitur velocitas et spissitudo ¶ Con
firmatur idem quoniam cum virtus fue
rit fortis et obediens instrumentum
ex levitate superveniente crescit in pulsu
magnitudo tarditas et raritas igitur etc.
¶ Assumptum colligitur prima primi
capitulo de iudiciis pulsuum accidentium
animi ubi innuitur pulsum le
ticie esse magnum in leticia et ta
men aptiorem raritati et tarditati ¶ Et
galienus in libro de differentiis pul
suum idem asserit dum inquit Le
ticie vero pulsus est magnus et tardus
et rarus ¶ Secunda difficultas est
quia in precedenti positione ponebatur
quod crescente inobedientia instrumenti
stante fortitudine et necessitate fit
pulsus minor velocior et spissior
¶ Contra minorata proportione mo
ventis ad resistentiam cum aliis
paribus provenit motus tardior
sed crescente inobedientia instru
menti potentia et necessitate ma
nentibus minoratur proportio mo
ventis ad resistentiam igitur etc. ¶ Ad
similiter potest argui de debilitate
virtutis hec enim crescente cum
aliis paribus decresceret proportio
virtutis moventis ad resistentiam

igitur etc. Consimiliter potest argui
de debilitate virtutis. Licet enim cres
cente in aliis partibus decresceret propor
tio virtutis moventis ad instrumen
tum movendum, ergo tardior fie
ret motus et per consequens non
fit pulsus velocior. Tercia diffi
cultas est: sit pulsus fortis tempati
subtiliter maior velocior et frequentior
pulsu platonis, tunc cor sit frigidum
in secundo et sit utrobique virtus fortis
et instrumentum obediens et pariter
dispositio fortis ad dispositionem omino
similem platonis, et patet quod aliquando
erit pulsus fortis maior sensibiliter pul
su platonis, tamen non erit eodem sub
tiliter velocior et frequentior sequitur
tunc igitur prius fuerit eodem sensi
biliter velocior et frequentior sequitur
quod in eo magis sensibiliter mutabitur
velocitas et spissitudo quam magni
tudo cuius oppositum ponit positio. Item
in casu posito prius apparebit pulsus
fortis equalis pulsui platonis in rari
tate et tarditate quam magnitudine,
ergo manifestius apparebit varietas
velocitatis et frequentie quam magni
tudinis. Item crescente necessitate
usque ad temperamentum in corde calido
ex quo proveniunt pulsus maiores fre
quentiores et velociores pulsus tempati
prius acquiretur subtiliter raritas quam
tarditas et prius tarditas quam par
vitas, sed sic permutabitur per omnes
dictas differentias pulsus fortis in can
dido sicut cordis calidi iam signati,
ergo prius acquiretur sibi sensibilis
raritas quam tarditas et iterum tarditas
quam parvitas, quod est oppositum posi
tionis. Ad primum istorum dicitur quod
auctores ponentes per augmentum neces
sitatis primo acquiri magnitudinem
etc. non plus voluerunt nisi quod prius
perceptibiliter crescit magnitudo conse
quenter velocitas et ultimo spissitudo.
Hee differentie sensibiliter variantur per
augmentum necessitatis, cum quo tamen
stat has duas simul et eque proportiona
biliter variari. E contra vero diminuta
necessitate prius acquiritur raritas i.
prius desinit spissitudo esse sensibiliter
maior quam velocitas et prius velocitas
quam magnitudo. Exempli gratia sit
magnitudo pulsus tempati quam sexta ve
locitas per quinque spissitudo ut quatuor.
Licet enim hee differentie non sint
comparatione proprie dicta proportionales
secundum magnitudinem et parvitatem
earum proportionales tamen sunt in
hoc quod est esse facilius aut difficilius
perceptibile crescunt. Igitur per aug
mentum necessitatis magnitudo ve
locitas et spissitudo ad duplum, ut sit
magnitudo ut 12, velocitas ut 10, spis
situdo ut 8, et patet quod in tali augmento
necessitatis et pulsus prius sensibiliter
maiorabitur magnitudo quam velocitas
eo quod maior et perceptibilior excessus
acquiritur, et similiter velocitas quam
spissitudo. E contra facta istarum trium
deperditione prius etiam sensibiliter
mutabitur magnitudo quam velocitas
et velocitas quam spissitudo, eo quod in equali
tempore maior et notabilior magni
tudinis quam velocitatis excessus et ve
locitatis quam spissitudinis deperditur, cum
quo tamen stat quod prius desinet spissi
tudo subtiliter excedere spissitudinem
tempatam quam velocitas velocitatem, et iterum
prius desinet sensibiliter excedere ve
locitatem tempatam quam magnitudo mag
nitudinem. Remanebit enim pulsus
ultimo per tempus sensibiliter mag
nus et non sensibiliter velox aut fre
quens respectu tempati. Hoc intellexerunt
auctores dicentes per decrementum
necessitatis prius acquiri raritatem et
deperdi spissitudinem, secundo tarditatem
et deperdi velocitatem, ultimo parvitatem
et deperdi magnitudinem. Ad con
firmationem primam dicitur quod vir
tus cum diminutione necessitatis non
multum minuit ex equali i. non causat
pulsum minorem tempato per compa
rationem ad duritiem sive inobedientiam
instrumenti a quo ceteris paribus pro
venit maior mutatio pulsus quam di
minutione necessitatis stante fortitudine
virtutis etc. ut declaratum est 2° primi
preallegata capitulo ubi ostendit tes
tium confirmans hanc positionem. Ad
secundam confirmationem dicitur quod
ille textus Galieni quantum ad primam
partem sonat pro illa positione dum
dicit quod mutata que secundum naturam
causa necesse est tardam parvam et ra
ram fieri inspirationem. Hoc enim clare

minuit per augmentum
frigiditatis putatem

fiunt per augmentum frigiditatis
parvitatem, tarditatem et raritatem
simul acquiri sequens autem tempus
apud me est taliter exponendus sed parum
quidem scilicet moderata necessitate ei
i ab expulsu vel necessitate pulsus
qui secundum naturam minorem fi-
nat pulsum et supposito in mobili
virtutem moderata facit tum hoc ve-
lociorem scilicet sensibiliter plurimum
vero scilicet immoderata facit pulsum
sensibiliter rariorem hic ergo tempus
non repugnat positioni quod autem sub-
iungitur quod robusta existente virtute
non contingit multo minorem fi-
eri verum est respectu eius quod prove-
niret a virtute non robusta sed debili
ut fiunt hic comparationem parvita-
tis consequentis debilitatem virtutis
ad parvitatem consequentem decre-
mentum necessitatis ¶ Tempus ergo
iste de quo plures faciunt magnum
festum non obviat positioni ¶ Ad
aliam confirmationem dicitur quod illa
littera est sic exponenda et si non pene-
traverit scilicet frigiditas augmentabitur fortitudo
et restat parum scilicet fortitudo pulsus
et minuetur velocitas spissitudo quia
aliqualiter videtur diminuta virtus
propter frigiditatem balnei hec responsio
non satisfacit ideo aliter dicitur quia
¶ Si non penetraverit tunc cum virtus ad-
iuvato et confortato calore augebitur
fortitudo et restat scilicet magnitudo
pulsus restat etiam velocitas et spissitudo
et maiorabitur respectu precedentis
velocitatis et spissitudinis minuetur
tamen velocitas et spissitudo id est dimi-
nute augebitur respectu magnitudinis
quoniam contingit fieri pulsum sensibi-
liter maiorem non tamen velociorem
aut frequentiorem et hoc non repugnat
positioni ut patet et confirmat hec re-
sponsio sive galienus in compendio pul-
suum in capitulo de lapsu balneatorum
¶ Consequenter per omnia respondere
potest ad aliam confirmationem
¶ Ad 2am difficultatem quando quod aliter
[illegible] conceditur quod immoderata pro-
portione movens ad mobile in aliis
paribus provenit motus tardior

In proposito autem non sunt cetera pa-
ria propter aliam esse instrumenti applica-
tionem ad movendum arteriam ipsa
facta inobediente ad motum provenit
tardiorem sed potest esse velocior ¶ Ad
2am difficultatem admisso casu con-
ceditur quod aliquando erit pulsus fortis
subtiliter maior pulsu platonis qua-
ius procedit non sit eadem sensibiliter
velocior aut frequentior sed negatur
quia in conclusione quod magis sensibiliter
minorabitur velocitas et frequentia
quam magnitudo licet enim [illegible] de-
sinet pulsus fortis esse sensibiliter velocior
et frequentior pulsu platonis quam
desinit esse eadem sensibiliter maior sunt
tamen continue magnitudine magis sub-
tiliter minorari propter continue nobi-
liorem eius expressum deperdi ut decla-
ratum est supra ¶ Ex quo sequitur hanc con-
sequentiam non valere quod pulsus est
sensibiliter maior velocior et frequentior
pulsu b et per continuam istarum dura-
tionum deperditionem prius desinet
esse sensibiliter spissior et velocior quam
maior eius oppositum sensibiliter deperditur
eidem frequentia et velocitas quam magn-
itudo ¶ Et per idem respondetur ad
questionem confirmationem primam
negando consequentiam ut patet dictis
¶ Ad aliam confirmationem dicitur quod dein-
de illa necessitate non prius sensibi-
liter acquiretur raritas et tarditas quam
parvitas nisi ad sensum datum in respo-
sione ad primam difficultatem ¶ Ad
argumenta principalia ad primum dici-
tur quod per magnitudinem pulsus me-
lius satisfacit virtus necessitati augmen-
tate supra temperamentum quam per aliquam
aliam differentiam necessitati tamen
diminute melius per parvitatem
¶ Et dicitur ulterius quod licet per magni-
tudinem fortius et [illegible] fiat re-
frigerium cum aliis paribus non tamen
[illegible] necessario melius necessitate eius
diminuta refrigerium factum per mag-
nitudinem potest esse deterius ut per-
[illegible] ex dictis ¶ Ad 2m argumentum quando
consequens illud licet apud me stante
fortitudine virtutis et obedientia in-
strumenti non sit concedendum ¶ Ad
[illegible] ergo casus et negatur illa

quod in qualibet pulsatione descri
bit a arteria minus spatium quam b igitur
pulsus a est tardior. Cum aliis addit
in argumento et hoc per penes proportionem
velocitatem pulsus esse attendendam
penes brevitatem temporis totalem con
strictionem vel dilatationem arterie con
mensurantur tunc enim sive spatium magis
sive minus descripserit dum tamen
illud fuerit in equali tempore pulsus
denominabitur eque velox apud ante
positionem tenentem velocitatem pul
sus attendi penes magnitudinem spa
cii in comparatione ad tempus admissio
casu negando est illa consequentia eque
frequens est pulsus arterie a sicut b
et econtra igitur quotiens pulsat b
arteria et econverso non enim mensurabitur
frequentia pulsus penes numerum
pulsationum sed penes brevitatem temporis
cadentis inter dyastolem et systolem
ut patet. ¶ Ad 3m negatur assumptum
nisi ad sensum declaratum in questione.
Et consimiliter dicitur ad probationem
eius admisso enim casu dicitur quod
per deperditionem talis gradus
caliditatis deperditur sola spissitudo
etc. primo per augmentum illorum graduum
deperditionem partialiter deperditur magni
tudo velocitas et frequentia sicut
per quolibet illorum acquisitionem acquire
batur et per idem patet responsio ad
confirmationem. ¶ Ad quartum conceditur
quod illud ad quod deducit argumentum
et ex hiis patet responsio ad quintum
septimum et septimum quale autem sit
galienus littera interpretanda patuit in po
sitione. Ex quibus patet ulterius sup
positionem premissam in primo articulo
sit communis non esse ut in verba sonat con
cedendam ad sensum datum in tertia
positione. Patet ulterius secundam
suppositionem premissam in primo
articulo licet sit communis non esse in verba
sonat et fallax esse medium prime po
sitionis assumptum ad probandum
primam conclusionem eius scilicet quod magni
tudo est differentia proportionabilior etc. si
enim per magnitudinem intelligatur
magnitudo distincta contra mediocri
tatem magnitudinis pulsus scilicet

excedens temperamentum in magnitu
dine patet assumptum non esse verum.
Si autem intelligatur indifferenter
quelibet pulsus magnitudo contra
alias differentias distincta ponens
concludit oppositum. Ex hoc enim quod
magnitudo est differentia virtuti
proportionabilior ad satisfaciendum
necessitati ~~probabilius proportiona~~
~~bilior~~ probabiliter apud me concluditur
quod secundum excessum et varie
tatem necessitatis stante virtute etc.
variatur magnitudo et per consequens
crescit crescente necessitate et minoratur
ipsa decrescente. Et si sit non tardius
diminuit vel variat virtus magnitu
dinem variata necessitate sed eque
primo tunc oppositum probant omnes
illa positio. Ex hiis ulterius patet
insufficientia articulorum modi secundi
respondendi ad quesitum non enim
plus arguunt nisi quod quando necessitas
minoratur aut temperamentum sit pulsus
minor non tamen concludunt propter
non acquiri tarditatem et raritatem
in pulsu simul cum parvitate stante
fortitudine etc.

# Utrum dum

dilatatur cor omnes arterie
eius corporis constringantur.

Et arguitur primo quod non quia tunc
eiusdem corporis omnes arterie tempore
dilatationis simul dilatarentur et
tempore constrictionis simul constrin
gerentur consequens falsum eo quod
non in omnibus arteriis eiusdem cor
poris in equali tempore insurgit neccessi
tas dilatandi vel constringendi sed
non dilatantur nisi huiusmodi ne
cessitate insurgente ergo non in eodem
temporis dilatantur vel constringuntur
omnes probatur maior quam arte
riis cordi propinquis est multo maior
necessitas quam in distantibus a corde
ergo etc. Confirmatur necessitas e
ventandi arterie ad extra in loco cordi
propinquo non minus excedit necessita
tem arterie pedis quam necessitas cordis
calidi in primo necessitatem cordis
temperati etc. sed necessitas cordis

calidi in primo causat pulsum maiorem velociorem et frequentiorem pulsu temporali ex precedenti questione igitur ex necessitate arterie adorti provenit pulsus maior velocior et frequentior pulsu arterie pedis et per consequens tempore dilatationis non dilatarentur simul iste arterie et tempore constrictionis simul constringerentur. Item suppono suppositionem com. quod in uniformi spacio pulsus arterie ad cor est maior pulsu arterie pedis vel membri alterius frigidioris sed non frequentior nec velocior et sit spacium quo elevatur arteria adorti duplum ad spacium quo elevatur arteria pedis. Et sequitur tunc cum ambe arterie equevelociter precise dilatantur in duplo tunc perficitur dilatatio arterie pedis quam adorti et per consequens in duplo citius incipit quiescere post dyastolem. Sit ergo in eodem instanti precise incipient constringi aut citius incipiet constringi arteria pedis vel econtra. Si primo sequitur quod longior erit quies inter dyastolem et sistolem arterie pedis quam adorti et per consequens erit pulsus eius rarior quod est contra suppositum. Si dicatur 2m vel tertium sequitur per tempus constringi arteriam pedis ad arteria adorti quiescente vel econtra quod repugnant questioni.

Secundo arguitur sic dum arteria constringitur aer frigidus in ea contentus evacuatur ipsum pellendo versus cor ergo non subito nec simul totus aer in arteria contentus extra arteriam pellatur ymo sed tunc in parte distanciori a corde ad partem propinquiorem cordi successive moveatur sequitur quod dum pars arterie a corde distancior aere frigido evacuatur pars cordi propinquior eiusdem recipit et ea repletur sed quia dondo arteria repletur ipsa dilatatur quando vero constringitur evacuatur igitur tempore quo pars una constringitur altera dilatatur et econtra.

Tertio autem sophistice si questio esset vera sequitur arteriam aliquam tempore dilatationis secundum omnes eius partes equaliter elevari quod si concedatur ex illo sequitur dabile esse vacuum vel motum localem subito fieri arguitur quia ponendo a arteriam tunc incipere secundum quamlibet eius partem equaliter elevari et patet quod vel immediate post hoc esset quelibet pars arterie repleta aere vel non si primum tunc quilibet aer distat a centro arterie per pedalem distanciam gratia exempli sequitur pedalem distanciam immediate post hoc esse pertransitum sic totam fore pertransitam et per consequens subito si dicitur secundum tunc quelibet eius pars immediate post hoc erit dilatata sequitur quod aliqua pars immediate post hoc erit dilatata que non immediate post hoc erit repleta et per consequens vacua.

Quarto sequitur quod in febribus putridis esset dyastole arteriarum velocior sistole earundem et equeveloces in effimeris sistole scilicet velocior sit dyastole quod est contra sententiam omnium auctorum. Arguitur sic quia est si questio esset vera sistole cordis et dyastole arterie et eque dyastole cordis et sistole arterie fierent simul sic quod eodem tempore adequate tunc succedunt et si sit eque velox est sistole cordis sicut dyastole arterie et dyastole sicut sistole sed velocior est in putrida sistole cordis quam dyastole eiusdem ergo velocior est in eisdem dyastole arterie quam sistole eiusdem consimiliter vice versa arguitur in effimeris eque velox est dyastole cordis in effimeris sicut in sistole arterie ad sensum dictum et eque velox est sistole cordis sicut dyastole arterie sed in effimeris velocior est dyastole cordis quam sistole cordis ergo velocior est dyastole sistole arterie quam dyastole eiusdem.

Quinto stante tempore in corde et arteriis dilatationi cordis correspondet constrictio arteriarum et econtra ergo corde ad frigidum lapso existente et arteria ad calidum dilatationi cordis non correspondet arterie constrictio nec econtra quod tenet quia corde lapso ad frigidum est eius dyastole minor tardior et rarior arteria vero ad calidum lapsa maior velocior et frequentior.

Sexto quidem arguitur quia ultimo motibus cordis est constrictio cui non correspondet dilatatio arteriarum ut contingit in arteriis non est virtus pulsatilis quod in passione colligitur in libro de morte et vita

Ultimo opponitur movetur circa. Ultimo
ad idem videtur auctoritas aristotelis
in libro de morte et vita dum inquit
Et pulsant vene omnes simul invicem
propter ipsas ortas esse a corde omnes mo
vet autem semper quamvis et ille semper
et simul invicem quando movet Et
galienus in libro pulsuum ad tyrones omnes
quidem arterie pulsant eodem tempore
et alternatim sibi invicem et cordi/ ut
ex una earum posset de omnibus sy
logizari et argumentari et in libro
de utilitate pulsus ad instar cordis
movetur arterie unde hababus 1o
theorice Cor et vene pulsatiles uno
momento moti unoque modo uno tempore
et eorum motus alter alteri equalis
nec alius motibus alium precedit in ci
bus habundantibus vitam ut extre
mum requirant procellationem sicarum(?)
Idem haly expressius scripsit dum inquit
in libro secundo Quando dilatatur
cor dilatantur omnes arterie cordis
corporis primo simul et quando con
stringitur constringuntur omnes ipse simul
Et pro isto videtur experimentum si quis
cum manu lateri sinistro inferiori cordi
ponat simul propter percussionem cor
dis et arteriarum Ad oppositum
videtur quis cum medicorum scola unde
prima primi doctrina sexta quarto
capitulo virtus vitalis simul constringit
dilatat et movet ergo simul duobus
motibus contrariis Notum est autem
quod non movent cor simul duobus mo
tibus contrariis quia scilicet unum di
latando reliquum constringendo et
idem sensit galienus 3o viribus nature
13o capitulo illa parte omnibus quedam
particulis trahentur quod congruum et quod
amicum est In hac questione primo
premittentur quedam notabilia pre
ambula/ 2o conclusiones de questio
Quantum ad primum sciendum penes
auctores venam et arteriam multi
pliciter ab invicem differre primo quia
in arteria est motus pulsatilis non in vena/
in vena autem contra arteriam non
2o quia arteria componitur ex dua
bus tunicis vena ex una excepta ve
na arteriali et arteria venali Habet
enim vena arterialis duas tunicas
arteria vero venalis habet unam
Differunt 3o quia in arteria plurimus
spiritus continetur sanguis et in ea
contentus est subtilissimus et purissi
mus Sed in vena autem parum de spiritu
continetur et sanguis in eo contentus
est impurior Fuit autem necessarium
arteriam duas habere tunicas primo
quia motu pulsus continue subiacet
ne forte ex hoc facile frangeretur 2o quia
eius est continere et deferre substantiam
subtilissimam scilicet spiritum ne ergo fa
cile evanesceret ordinavit ei natura
duplicem tunicam in vena autem huiusmodi
necessitas ex parte huius non invenitur
Ex quibus differentia quarta sumpta
est ex parte finis et operationibus quia ve
na ordinata est finaliter ad sangui
nem et spiritum naturalem substantie
grossioris deferendum Arteria vero ad
deferendum sanguinem purum et
spiritum vitalem membris et ad aerem
frigidum ab extra et a pulmone re
cipiendi et aerem calidum et fumos
caprinosos(?) expellendum propter quod galienus
2o de accidenti arteriam taliter descripsit
Arteria est membrum nervosum ex a
sinistro cordis ventriculo ortum et
in eius subsidium motu contrario
ordinatum in longum et rotundum
protensum duplici tunica velatum vi
te mediante sanguine et spiritu in
aliud reliquum corporis delativum/ per
quam descriptionem patet arteriam
venalem in ea proprie arteria non esse
proprie arteria denominandam vena
vero differentia quarta sic definitur
vena est corpus panniculare oblon
gum rotundum unica tunica vestitum
tum sanguinis et spiritus naturalis preter
nutrimentum contentivum/ penes quam descrip
tionem patet venam arterialem non esse
proprie venam denominandam Secun
do sciendum quando in corde et in
arteriis necessitatem evenitandi(?) et neces
sitatem indigendi et per consequens
dilatandi et constringendi esse uniformes
sive proportionales quandoque vero
non exemplum primi sicut in corpore
humano taliter temperato ut lapsu a tpa
mento Exemplum 2i sicut si alicuius
corporis esset cor calidum et aliorum
membra frigida vel econverso tunc eius
necessitas eventandi et indigendi
cordis et aliorum membrorum non pro
portionarentur ad invicem ut patet
intuenti Tertio premittendum

quia licet motus pulsus et arteriarum
sit naturaliter cordi et operationibus
cordis naturaliter subordinatus tamen
tamen percepit secundum expositionem
necessitatem eventandi et inddisfrandi
cordis disponuntur arteriae per motus
non enim solum oportet calorem cordis
per aerem attractum ab arteriis eventa-
ri sed etiam oportet calorem eventari
de ipsarum met arteriarum et aliorum
membrorum ut per experimentum patet
in partibus nostri corporis flegmonem
et pustulam calidam patientibus in
quibus pro tunc experimur pulsum ma-
iorem velociorem et frequentiorem
quam in partibus et colligitur hec
notanda in quarto pulsuum pluries et
2a primi expressius capitulo de pul-
sibus complexionum in fine. Pronunci-
andum est quarto quod motus dila-
tationis cordis et arteriarum est ad
attractionem finaliter ordinatus con-
strictionis vero ad expulsionem cor enim
dilatatur recipit ab arteriis aerem fri-
gidum arteriae vero per motum dilata-
tionis earum recipiunt aerem calefactum
et fumum et spiritum et sanguinem di-
latandum ab extra vero et a pulmone
aerem frigidum ad rectransmittendum
cor vero per eius constrictionem expellit
in arterias iam dicta corpora arteriae vero
per motum constrictionis expellit illud
quod per dyastolem receperunt scilicet aerem
frigidum ad cor spiritum et sanguinem
ad membra ad extra vero et ad pulmo-
nem aerem calefactum et fumos cap-
nosos. Premittendum est quinto quod
quandoque etiam unum membrum ab altero naturaliter
recipit et attrahit et reliquum in aliud
naturaliter expellit melius perficitur
attractio attrahentis concurrente simul
expulsione membri a quo attrahit quam
illa non concurrente aliis paribus. Et
econtra melius perficitur actus expulsio-
nis concurrente attractione eius ad quod
fit expulsio. Et colligitur hec nota 3o
virtutum naturalium allegato capitulo et 2o
pluries. Et modo quidam intelligendum
est in attractionibus et expulsionibus
mere naturalibus. Premittendum
ultimo quod tam in corde quam in arteriis
necessitas inddisfrandi et constringendi
est quandoque equalis necessitati even-
tandi et dilatandi. Et quia ex premissis

sit quod necessitas eventandi superat ne-
cessitatem constringendi et econverso
de quo plus videbimus in sequentibus.
Quantum ad 2um sit prima conclusio non
necessario dum dilatatur cor oportet eo-
dem corpore arterie constringi vel
econtra. Colligitur hec conclusio 2a primi
capitulo de pulsibus complexionum et pro-
batur sic contingens est insurgente neces-
sitate cordis dyastolem eius premente
insurgere necessitatem dilatandi in ar-
teriis sed hoc posito simul movebuntur
cor et arterie motu dilatationis stante
fortitudine virtutis igitur assumptum arguitur
quia stante in corde et arteriis necessi-
tate proportionabili insurgente necessitate
dilatandi cor insurgit necessitas insur-
gendi constringendi arterias quod ipsis
opposito modo se habentibus contrario
modo insurgit huiusmodi necessitas et
contrario modo movebuntur hec me-
bra igitur etc. Potest etiam hec conclusio
virtualiter colligi secunda primi capitulo
de pulsibus contra expositum in quarto
pulsuum eodem capitulo. Ex illa conclu-
sione sequitur quod contingens est systo-
lante una arteria alteram dilatari et
econverso. Ex quo sequitur non omnes
arterias tempore dilatationis simul
dilatari nec constrictionis constringi
et colligitur hec eadem locis preallegatis.
Secunda conclusio non semper in corde
et arteriis necessitate proportionata ex-
istente aut corpori vivificaliter sanioribus
lapso dum cor movetur motu dilata-
tionis arterie movetur motu constric-
tionis probatur sic stat cor moveri
motu dilatationis arterie movetur
motu constrictionis probatur sic stat
cor moveri motu dilatationis quiescen-
tibus arteriis ergo etc. Assumptum proba-
tur quia in corde quam in arteriis maiorem
esse necessitatem inddisfrandi quam even-
tandi propter quod utriusque ipsorum multo
sit velocior systole quam dyastole et
patet quod tardius complebitur dyastole
ut systole arteriarum ymo per aliquod
tempus tardius quo tempore dilata-
bitur cor quiescentibus arteriis 3o
probatur assumptum quia si necessitas
eventandi et inddisfrandi erit equa-
les et uniformes in eodem tempore
adequate perficietur dyastole cordis

et systole arteriarum sed nunc tardius
complebitur dyastole cordis quam nunc com
plentur systole arteriarum ceteris aliis
paribus igitur etc. Et per simile argumentum
deduci potest aliquando quiescere cor in
dilatatione arteriis se actualiter con
stringentibus ubi foret utrobique maior
necessitas euentandi quam indistandi
propter quod proueniret dyastole uelo
cior et frequentior systole ut patet intel
ligenti et si arguitur contra quia si arte
rie constringerentur pellerent in cor aerem
frigidum quo repletur cor sed quando
cumque cor incipit ut repletur tunc dilata
tur igitur semper se constringentibus arte
riis cor dilatatur. Quia licet econtrario si cor
constringitur aerem calidum fumosum ex
pellet in arterias ergo arterie replentur et
quandocumque replentur tunc dilatantur
ergo etc. Pro hiis dicitur negando illam
quam cor incipit aliquo corpus ut aliquo
corpore repletur ergo dilatatur. Contin
git enim non variatis dimensionibus
corporis recipientis idem quandoque magis
et quandoque minus repleri ut infra di
cetur. Tercia conclusio licet ita sit
ut ponit precedens conclusio in casu ta
men eiusdem cuiuslibet cordis dilata
tioni totali correspondet arteriarum
constrictio et constrictioni dilatatio patet
quia licet in casu illo motus cordis et
arteriarum non equali tempore mensu
rentur nulla tamen totalis cordis dila
tatio penitus absoluitur a constrictione
arteriarum nec constrictio a dilatatione
ut patet intuenti. Quarta conclusio gene
raliter ponitur quod necessario dum cor dila
tatur arteria ad cor nata mouetur
motu dilatationis secundum partem
cordi propinquam et dum constringitur mo
uetur motu constrictionis patet quia
secundum partem illam mouetur ad
motum cordis. Quinta conclusio stante
in corde et arteriis ad sensum dato ne
cessitate uniformi et necessitate in
distationis et euentationis utrobique
existente equali ceteris aliis paribus motus
dilatationis cordis et constrictionis
arteriarum et econtra sibi inuicem ade
quate correspondent. Persuadetur hec
conclusio sic melius perficitur actus expul
sionis cordis dum ipsum constringitur
arteriis eodem tempore dilatantibus
ad actus attractionis eiusdem dum
dilatatur arteriis toto illo tempore con
strictis quam ambobus simul dilatatis ut
simul constringentibus ergo etc. quia tenet
eo quod semper natura operatur de possi
bilibus melius et patet assumptum quia
tunc simul correspondent actus expul
sionis membri expellentis et attractionis
membri attrahentis igitur etc. Et hanc
conclusionem et terciam precedentes
puto intellexisse auctores dicentes
dilatato corde constringi arterias et
econuerso penes secundam conclusionem
et eius probationem tenenda sunt ista
correlaria primum licet necessitatem in
distandi et euentandi in equalibus
existentes in corde et arteriis cum dis
positione cordis uniformiter spacia di
latationis cordis et arteriarum constrictionis
non equali tempore mensurentur nec
eodem quod terminentur simul tamen tempore
hii motus inchoantur patet quia dum
incipit cor constringi incipit impellere
in arterias cum ergo in toto sit unif
ormitas uniformis et non sit impediens
dilatationem arteriarum sequitur quod
tunc incipiunt dilatari. Secundum cor
relarium quies sequens dilatationem
arteriarum in putrida minor est quiete
sequente systolem cordis in eisdem patet
quia citius terminatur cordis constrictio
quam arteriarum dilatatio et pro eodem
instanti incipit cor dilatari post con
strictionem eiusdem et arteria constringi
peresit post dilatationem ergo correla
rio procedenti igitur etc. Tercium
correlarium quies arterie sequens
constrictionem eiusdem in putrida lon
gior est quiete cordis sequente dila
tationem cordis in eisdem patet quia
tardius perficitur dilatatio cordis in putrida
quam constrictio arteriarum. Et pro
eodem quod post simul incipiunt cor et ar
terie moueri igitur etc. Quartum
correlarium quod econtra contingit in exi
tiis quies enim cordis sequens con
strictionem est breuior quiete arterie
sequente dyastolem. Econtra uero quies
arterie sequens constrictionem breuior

est quiete cordis sequente dyastole eiusdem Ex quibus sequitur in putridis breviorem esse quietem arterie sequentem dilatationem quiete eiusdem sequente constrictionem E contra vero in effimeris stat quietem sequentem constrictionem breviorem esse quiete sequente dilatationem Consimiliter per omnia de dyastole et systole cordis est dicendum Ad argumenta principalia ad primum negatur quia in arteriis propinquis cordi est maior necessitas quam in distantibus a corde ergo non eadem cum in equali tempore insurgit necessitas dilatandi ut patet potest ex dictis in precedenti questione Aliter etiam dici potest ut patebit ex solutione 3e confirmationis ad quam dici potest probabiliter quod pulsus arterie adorti in loco cordi propinquo est maior velocior et frequentior pulsu arterie pedis et hoc apud ponentem velocitatem pulsus esse mensurandam penes magnitudinem spatii in comparatione ad tempus nec ymaginando spatium totale quod una pulsatione describitur ab arteria adorti esse triplum et totale ad totale spatium descriptum ab arteria pedis in una pulsatione et quod in tempore quo complet arteria pedis totalem eius dyastolem describi ab arteria adorti spatium precise 2um ad illud et quod postea quo quiescat arteria pedis perficit arteria adorti dilatationem et cum hoc quietem sequentem illam ita quod simul tempore ambe constringi incipiant tunc enim pulsus arterie adorti est maior ut patet Similiter velocior eo quod in equali tempore maius spatium describit et sequitur in casu et eodem modo frequentior quia inter dyastolem et systolem cadit quies brevior ut etiam ex casu sequitur ideo etc. Et penes hoc patet solutio ad aliam confirmationem Patet 2o hanc consequentiam non valere frequentior est pulsus arterie a quam b ergo pluries pulsat arteria a quam arteria b ymo penes hanc ymaginationem non repugnat esse aliquem pulsum alio frequentiorem cum tamen arteria in equali tempore paucioribus movetur motibus vel pulsibus et plura alia super hanc ymaginationem concludi possunt Posset etiam aliter dici et responderi ut colligitur ex predictis

Ad secundum principale dicitur quod licet aer de parte ad partem successive pellatur et dum una pars evacuatur reliqua repleatur eodem non tamen sequitur dum una pars constringitur alteram dilatari quia cum hoc altera evacuatur ex quo patet aerem quo tempore constrictionis expellitur non per totam arteriam uniformiter expelli et si motus arterie fuerit uniformis Ad 3um conceditur fore possibile aliquod spatium locale subito secundum se totum esse pertransitum postquam nulla eius pars fuerit pertransita et quod aliquod spatium secundum se totum pertranseundi non prius pertransita erit medietas quam totum Ex quo tamen non sequitur aliquem motum localem esse subito pertransitum sed hec consideratio pertinet ad sophistas

Ad quartum ex dictis patet quod licet in putrido dyastole arterie correspondeat systole cordis non tamen adequate correspondet eidem ideo negatur in putrido esse eque velocem dyastolem arterie sicut est dyastole cordis Ad quintum satis patet ex dictis Ad septimum patet quod quiescente corde non quiescente vita in arteriis non reperitur in arteriis et corde proportionalis vel uniformis necessitas nec alie cause concernentes sunt utrobique proportionales ut requiritur Ad auctoritatem aristotelis dicitur quod non voluit nisi quod omnes arterie tempore dilatationis simul dilatantur cum e distantiis tamen tactis in questione quo tempore cor constringatur ideo pulsant simul cum corde pulsante propter quod arterias extra a corde quo tamen systolante et ipsis dyastolantibus et econtra movet dicit eas cor quando constringitur spiritum et sanguinem ad ipsas pellendo Consimiliter dicitur ad auctoritatem galieni Omnes arterie simul pulsant invicem et alligate cordi quia constrictioni earum correspondet dilatatio cordis et econtra et est glosa gentilis secundum superius allegata per idem patet ad aliam auctoritatem alicubi

dicitur quod simul moventur et simi
libus motibus annoventur quia di
latatio dilatationi similis est et con
strictio constrictioni non tamen simul
dilatantur et constringuntur ut dicitur
quod auctoritas aly charf non est in hac
acceptanda sicut nec auctoritas alia in
commento Ad experimentum vero solvitur
quod dum cor constringitur tunc respide
primit ad pectus exterius quia tunc usque
pectus elongatur dum vero dilatatur ab
breviatur secundum longitudinem
propter quod elongatur a pectore et con
stringit ad ipsum unde dum primit
pectus constringitur quia ergo pro
tunc percipitur arterie pressio quod dum
primit dilatatur sequitur quod dum con
stringitur cor arteria dilatatur et sic
experimentum adductum contra que
situm arguit veritatem quesiti et col
ligitur hec responsio a galieno in comme
to pulsuum ergo etc. etc.

# Utrum ex ab

qua dispositione cordis vel
arteriarum naturali vel
preter naturam proveniat in pulsu
dyastoles maior et frequentior systole
vel econtra Arguitur ad partes utrasque
huius questionis et arguitur primo
quod non est saltem maior primo quia
systole et dyastole eiusdem pulsus sunt
equales ergo etc. Assumptum arguitur
quia semper eiusdem pulsus systole
et dyastole sunt motus oppositi et con
trarii super eodem spacio precise descripti
quorum terminus a quo unius est alterius
terminus ad quem alterius et econverso eo
quod ubi terminatur systole incipit dyastole
et econtra ergo etc. Confirmatur sic in
qualibet dispositione cordis vel ar
teriarum tantum oportet per systolem
expelli quantum per dyastolem fuit at
tractum ergo tantum oportet esse sys
tole quantum est dyastole et per conse
quens saltem non est dyastole maior
systole quod tenet quia secundum magni
tudinem et paruitatem attrahendi
et expellendi oportet dyastole aut sys
tolem maiorem vel minorem fieri Con

firmatur sic sic se habet dyastole ad
attractum per dyastolem sicut systole ad
expulsum per systolem ergo permutatim per
dyastolem ad systolem ita attractum
per dyastolem ad expulsum per systo
lem sed huiusmodi attractum et expul
sum sunt equalia ergo etc. Secundo ad
principale arguitur sic impossibile esse systo
lem maiorem dyastole sed contra sic
maior est quantitas eius quo repletur
arteria dum diastolat quam quo eva
cuatur dum systolat ergo maior est
dyastoles quam systoles quod tenet ut
supra et probatur assumptum quia spi
ritu sanguine aere calido aere frigido
et fumis repletur arteria dum dyas
tolat sed non hiis omnibus evacuatur
dum systolat ut patet ergo Et confirmatur
quia si in aliqua dispositione excresceret
systoles respectu dyastoles hoc maxime
esset in putridis ut ponit conciliator in
commento Sed arguitur quod quod non sic po
nendo arteriam tempore sanitatis di
latari ab a termino ad b terminum natura
lem qua consistente in constrictio esse
et supponendo febre putrida dilatari
ab a termino ad c terminum altiorem et patet
quod dum econtra constringendo perve
nerit arteria ab b termino precise tantum
erit contentum in arteria et expellendum
quantum tempore naturalis constrictionis
sed ad illud expellendum non oportet
arteriam constringi infra a terminum
ergo vel supponendo putrida et per con
sequens non maioratur systole 3o
arguitur in nulla dispositione velocio
rem esse systolem dyastole hec enim po
tissime esset in putridis in quibus ma
ior est necessitas constringendi et
expellendi quam dilatandi sed arguitur
quod non quia eque velox est systole cordis
in putridis sicut systole arterie Et
eque velox est dyastole cordis sicut
dyastole arterie in eisdem sed ita velox
est systole cordis sicut dyastole arterie
et econtra dyastole cordis sicut systole
arterie ergo ita velox est systole ar
terie sicut dyastole eiusdem prima
pars minoris probatur quia ita velociter
precise systolat cor sicut ipsum evacuatur

et ita velociter precise dyastolat ar-
teria sicut precise repletur sed ita ve-
lociter precise evacuatur cor sicut arteria
repletur eo quod eodem repletur arteria
precise quo evacuatur ergo etc. Secunda
pars arguitur sic similiter quia ita ve-
lociter precise dilatatur cor sicut quando
repletur et ita velociter precise constrin-
gitur arteria sicut quando evacuatur
sed eque velociter precise evacuatur
arteria sicut cor repletur ergo etc. Et
per simile argumentum vicevsa de-
duci potest dyastolem et systolem
arteriarum esse et similiter cordis
esse eque velocies ut patet intuenti.
Confirmatur quia tunc stante in
toto dispositione penitus unifor-
mi non semper dilatationi cordis
correspondet constrictio arteriarum
et econverso constrictioni dilatatio si-
cud potest dyastole cordis esse velo-
cior systole arterie ergo possibile est
systolem arteriarum tardius terminari dya-
stole cordis quo posito in esse aliquando
systolabit arteria et non systolante
dyastolante corde et hoc dispositione
in toto uniformi existente. Quarto
ad principale arguitur quod impossibile
est systolem frequentiorem esse dya-
stole hoc enim possime esset ubi ve-
hementior esset necessitas expellendi
quam eventandi sed arguitur quod non
quia tantum precise crescit necessitas
expellendi aliis paribus quantum auge-
tur quantitas fumorum quos opor-
tet expelli per systolem sed quanto
augetur quantitas fumorum aliis pa-
ribus tantum augetur dyastole eo
quod oportet instrumentum ad illos fu-
mos continendum tanto amplius
dilatari ergo a primo quantum
augetur necessitas constringendi
et per consequens etc. Et confirmatur
quia hec potissime videtur in putrida
ut innuit commentator in commento sed
arguitur quod non quia possibile est
in putrida maiorem esse necessitatem
eventandi quam mundificandi ergo etc.
Assumptum probatur quia possibile
est ab aliqua putrida plus ledi cor
per inflammationem quam fumo-

multiplicationem ut patet in putrida
pendente a materia parum colerica
vehementissime intermittente. Ad opposi-
tum est galienus in litera et commentator in
commento. Solutio huius questionis pen-
det ex dictis in precedentibus questio-
nibus ideo primo resumenda sunt
quedam investigata in precedentibus
questionibus. 2o respondendum est
ad quesitum. Quantum ad primum
supponendum est primo motum pul-
sus quemlibet tam cordis quam arteriarum
effective provenire a virtute vitali
que proprie sub genere virtutis naturalis
continetur ut supra declaratum est
et consequenter causam effectivam
dyastoles in pulsu non esse reple-
tionem evacuationem esse causam systo-
les effectivam. Secundo supponendum
est huiusmodi motus ad satisfaciendum
necessitati eventationis et expulsionis
cordis et arteriarum esse a natura
finaliter ordinatos. Tertio supponendum
est quod stante fortitudine virtutis cor-
magnitudo parvitas velocitas tardi-
tas etc. variantur secundum necessitatis
varietatem in sunt finaliter ordina-
te ad satisfaciendum et hoc supra de-
claratum est. Quarto supponendum
est quod tam magnitudinis quam parvitatis
systoles et dyastoles signabiles sunt
naturales termini ultra et citra quos
non dilatatur et constringitur arteria
corpore naturaliter se habente circa
tantam necessitatem eventandi et expellendi
ultra terminos naturales si virtus sit
fortis et instrumentum obediens
extra iam dictos non dilatatur aut con-
stringitur arteria et sicut de magni-
tudine et parvitate dictum est ita
de velocitate frequentia et tarditate
spissitudine et raritate similiter dicendum.
Signabiles sunt enim gradus velo-
citatis tarditatis frequentie et raritatis
pulsus quos non transcendit velo-
citas aut tarditas frequentia aut
raritas pulsus cordis naturaliter
se habentis augmentata tamen aut dimi-
nuta necessitate extra naturale termi-
num has potest transcendere. Quinto
premittendum necessitatem expellendi
in corde et arteriis quandoque excedere

necessitatem attrahendi quandoque vero
contra. Exemplum primi sicut si cordis
calore non multum gradualiter augmentato
vel diminuto fumus multus aut vapor
venenosus ad cor et arterias perveni
at tunc erit necessitas expellendi ve
hemens et necessitas attrahendi ae
rem frigidum parva. Exemplum secundi
sicut si non multum aucta quantitate
vel malitia fumorum a corde et arteriis
per constrictionem expellendorum ad
veniat cordi et arteriis vehemens
inflammatio. Hoc premittendum
est quod alicuius pulsus dyastolem maio
rem esse systole vel contra secundum
duplicem sensum potest intelligi primo
absolute maiori existente spacio de
scripto absolute per dyastolem quam per
systolem aut contra ut si arteriam
totius constringitur primo a c puncto
ad b punctum deinde dilatetur a b
puncto ad d punctum altiorem c tunc
enim absolute maius spacium descri
bitur per dyastolem quam ad systolem
propter quod absolute est maior denomi
nanda. Secundo potest dici dyastole
maior systole vel contra respective
in comparatione scilicet ad naturales ter
minos ad quos dyastoles et systoles
moventur qualiter dicimus systolem
maiorem esse dyastole dum arteria
constringendo transit naturalem ter
minum ad quem systole non tamen extra
sit naturalem terminum ad quem dya
stolis aut non transit tamen naturalem
terminum dilatando sicut constringendo
vel si quilibet istorum motuum fuerit
parvus respectu motus naturalis erit
systoles maior quando arteria systo
lando plus appropinquabit termino
naturali systoles quam dilatando
termino naturali dyastoles exempli
gratia sit dilatatio pulsus naturalis ab
termino ad c terminum et contra
constrictio. Dico ergo quod si arteria
dilatetur a b termino ad d terminum al
tiorem c constringendo aut non transiet
b vel saltem non tantum transiet b sicut
dilatando transit c erit dyastole ma
ior systole in comparatione ad termi
nos naturales ad quos istorum mo
tuum si aut contra contingeret esset
systole maior dyastole. Nota tamen
hanc denominationem quandoque sumi

[margin: dilatando]

in comparatione ad terminos natu
rales eiusdem corporis sibi sani quando-
que vero ad terminos naturales pulsus
temperati cum dicimus in corde
naturaliter humido tantum esse
systolem maiorem dyastole et contra
in calido tamen intelligimus enim hac
respectu pulsus temperati quam
habet cor naturaliter humidum
tamen arteria per constrictionem pulsus
plus pertransit terminum correspondentem
termino ad quem constrictionis tem
perati pulsus quam dilatando pre
stat pulsum correspondentem terminum
ad quem dilatationis eius vel ipsum
dilatando non pertransit vel non at
tingit. Contra vero dicitur dyasto
lem in corde calido tantum maiorem
esse systole et secundum utrumque istorum
sensuum respondebitur ad quesitum.
Quantum ad secundum articulum
sit hec prima conclusio possibile est
eiusdem pulsus dyastolem absolute
maiorem esse systole. Similiter eo
verso ad hunc sensum quod possibile
est totale spacium ab arteria per dy
astolem descriptum esse maius spa
tio totali ab eadem descripto per
systolem et contra. Hec conclusio pro
posito arteriam naturaliter constri
ctam esse a c puncto ad b punctum
et dum quiescat in b puncto constri
ctionis stat necessitas eventationis scilicet
re. Virtute ipsius et patet quod per dyasto
lem sequentem necessitate augmentandi
movebitur a b puncto ad d punctum
altiorem c ut necessitati ante subve
niat igitur per dyastolem absolute
maius describitur spacium quam prius
fuerit descriptum per systolem et
si cum hoc ponatur quod arteria existe
nte in dilatato esse decrescat necessitas
ipsa vero existente in constricto esse
augeatur et continue hec variatio
per notabile tempus stabit per tempus
notabile fiet continue absolute ma
iorem dyastolem systole. Contrario
posito casu fiat systole absolute maior
dyastole potest etiam probari conclu
sio ponendo per aliquod totum tem
pus continue decrescere necessitatem
eventandi et expellendi plus tamen
continue decrescere necessitatem expel
lendi quam eventandi et sequitur

continue maiorem fieri absolute
dyastolem sistole. Et si ponatur contra
sic continue sistole maior ut patet
intuenti semper posita forti virtute etc.
Secunda conclusio est hec possibile
est in pulsu esse dyastolem absolute
velociorem sistole et econtra probatur
sicut precedens / et penes hanc sequitur
Tercia conclusio quod possibile est pul
sum aliquem velociorem esse secundum
dyastolem quam secundum systolem et econverso
patet quia est possibile quietem supra
systolem minorem esse quiete sequente dy
astolem igitur etc. assumptum patet ut in
effimera tardiori existente systole in
longiori tempore perficitur quam dyastole
tunc enim insurgit necessitas euentan
di quam expellendi ergo minor est quies
sequens systolem quam dyastolem. Econtra
vero in putridis ut patet intuenti //
Quarta conclusio sequitur stante
uniformi vel proporcionali disposi
cione in causis pulsus continentibus spacia
eiusdem pulsus systole et dyastole sunt
absolute equales patet quia semper
inspiciendo spacium per dyastolem ab
arteria descriptum est idem vel equale
spacio descripto per systolem igitur
etc. assumptum patet quia semper utriusque
istorum motuum terminus a quo est terminus
ad quem alterius et econverso. Ex hac
conclusione sequitur aliqualiter in
velocitate et spissitudine dyastoles
et systoles varietatem contingere qua
liter in magnitudine et paruitate non
contingit qualitercumque enim conseruetur
proporcionalis dispositio causarum causarum
continentiarum pulsus stat tamen dya
stolem absolute velociorem aut fre
quenciorem fieri sistole absencium da
tum non tamen pro tunc contingit
ipsam absolute fieri maiorem aut
minorem ut patet ex conclusione quarta
Quinta conclusio licet insit causis
pulsuum continentibus cum uniformi
dispositione servatis possibile est eun
dem pulsus dyastolem esse maiorem
sistole in comparacione ad terminos ad
quos illorum motuum naturales et econverso
Et continet hec conclusio varietatem
tam in dispositione sana naturali quam
preter naturam persuadetur sic hic si enim causis
uniformiter se habentibus in fortitudine

virtutis et obiectiua instrumenti etc.
possibile est maiorem esse necessitatem
quam expellendi euentandi igitur etc. quod si
expulsio hoc quo quia hoc posito in esse plus
per transibit arteria terminum natu
ralem dilatando vel terminum cor
respondentem termino ad quem
dilatacionis tempori quam constringen
do transibat terminum ad quem con
strictionis tempori igitur etc. assumptum
patet in dispositione cuiusdam naturali
cordis calida tamen plus elevatur
arteria supra punctum correspondent
tem termino ad quem dyastoles tempo
ri quam constringendo transeat pun
ctum correspondentem termino ad quem
constrictionis eiusdem ut patet simpli
citer in statu effimere plus tempore
dilatacionis transit arteria terminum
ad quem dyastoles naturalis quam
constringendo transeat terminum ad quem
systoles naturalis maior enim est neces
sitas attrahendi quam expellendi
Econtra vero in dispositione naturaliter
humida tamen aut febre putrida
penes hanc conclusionem est concedendum
in casu in aliquo pulsu systolem ma
iorem esse dyastole totale tamen spa
cium per dyastolem descriptum maius
esse spacio descripto per systolem ut
si in pulsu fortis sit multum dimi
nuta necessitas euentandi et neces
sitas expellendi multum adaucta
propter quod non elevatur arteria semper
in dyastolem ultra terminum naturale
tempore vero constrictionis transeat
naturalem terminum ad quem constri
ctionis et per aliquod tempus totum
cresset necessitas euentandi donec
erit equalis necessitati naturali non
facta varietate in necessitate expelle
di in comparacione ad terminos naturales
et sequitur conclusio quia continue
per diastolem maius absolute descri
betur spacium quam per sistolem et
tamen continue maior erit sistole quam
diastole eo quod continue per systolem
transibit arteria terminum ad quem
naturalem systoles per dyastolem vero
precise elevabitur ultra terminum ad
quem naturalem dyastoles igitur etc. Si
ponatur in forte necessitate euentandi

esse multum moratam expellendi
vero parum anctam/ et sic in plato
ne necessitatis euentandi naturalis aut
equalis necessitate temperate/ constringen
di vero sit aliqualiter diminuta/ et
patet per systolem sortis maiorem
esse dyastole platonis/ eo quod per sys
tolem sortis transit terminus natura
lis ad quem systolis/ per dyastolem
vero platonis non transit arteria
terminum naturalem distolis/ et tamen magis
describit spatium dyastole platonis
quam sistole sortis/ arguitur quia si tantum
excederet systole sortis systolem pla
tonis sicut dyastole platonis excedit
dyastolem sortis hii motus fierent super
equali spatio sed multo minus spatium
describit arteria sortis quam tunc describeret
ut sequitur experatu ergo etc ¶ Ex quo
sequitur quod contingens est systolem
esse absolute minorem dyastole quamvis
eadem sit maior in comparatione
ad terminos naturales ad sensum
datum ¶ Ex quo ulterius sequitur non
universaliter cuiuslibet motus pulsus
magnitudinem esse mensurandam
penes magnitudinem spatii descripti
aut amplitudinem dimensionum terminorum
ad quos dilatatur aut constringitur
arteria patet ulterius in dispositione
cordis calida tantum esse dyastolem
maiorem systole ¶ Contra vero in frigi
da tantum stante proportionali necessi
tate et virtute forti et obediente instro
¶ Ex quibus ulterius patet in dispositio
ne calida et sicca in marciali naturaliter
propter naturam esse dyastolem maio
rem systole nisi ex parte virtutis vel instru
menti proveniat impedimentum/ patet
ulterius ex lapsu cordis et arteriarum
ad calidum et humidum provenire pos
se systolem maiorem dyastole et con
sequenter patet quod huiusmodi lapsu
posse hos motus provenire equales
/ potest etiam lapsus ad humidum esse
tanto maior humido ad lapsum lap
su ad calidum quod multo maior erit
necessitas [illegible] quam a expellendi
¶ Similiter patet extremis et consequen
ter patet quod iste necessitates possunt
esse equales ¶ Ad argumenta principalia
ad primum patet ex deductione premisse
conclusionis qualiter sit respondendum
¶ Ad confirmationem primam negari potest

assumptum non enim repugnat
non tantum expelli per systolem sicut per
sicut attrahi quia contingens est san
guinem et spissum spiritum a corde
expelli ad arterias minus tamen paucam
quantitatis membrorum distribuatur
potest etiam negari consequentia quia
attractum per dyastolem erit idem
vel equale expulso vel expellendo
per systolem/ stat tamen attrahendum
per sequentem dyastolem esse multo
amplius expulso per systolem propter
quod maior erit dyastole ut declaratum
est in questione etc Vel aliter dicitur
quod licet ista essent equalia staret ta
men dyastolem maiorem esse systole
in comparatione ad terminos naturales
¶ Et per idem ad secundam confirmatio
nem respondetur quod non est necessarium
attractum per dyastolem esse equale
expulso per systolem nec econverso potest
etiam negari ista consequentia a con
tinuata proportione quantitatis etiam
concluderet argumentum dyastolem
et systolem esse absolute equales staret
tamen esse inequales in comparatione
ad terminos naturales ad quos //
¶ Ad secundum principale negatur quamvis
licet enim maior sit quantitas quam re
pletur arteria dum dyastolat ut non
tamen necessario maior est quantitas
eius quod de novo per dilatationem re
cipitur quam eius quod per motum contrarium
novis expellitur ¶ Similiter quamvis
maior sit distantia que tunc arte
rie distantium sunt abducentem ele
vate dilatatione completa quam
sunt distantia pertransita per constri
ctionem non tamen maior est distantia
adequate pertransita per systolem
ut patet intuenti ¶ Ad confirmationem
admisso casu negatur quod dum constrin
gendo perveniet arteria ad b punctum
precise tantum erit in ea contentum
et ab ea expellendum quantum pro
naturalis constrictionis licet enim
precise tantum erit tamen ab ea ex
pellendum eo quod sunt putridi expellendi
[illegible] distonomenmores
sunt quam non putridi propter quod oportet
arteriam ab eis magis depurari et
per consequens magis constringi ¶ Ad
tertium principale dicitur negando illam
minorem sed ita velox est systole cordis

in putridis etc. et negatur consequentia
in probatione illius quod ita velociter pre
nisi dyastolat arteria sicut ipse movet re
pleretur tardius enim dyastolat quam repleatur
tur eo quod prius recipit totalem quantita
tem eius quod debet a corde recipere qua
sit perfecte dylatata et preter hoc conce
dendum est totum a corde ad arteriam
pulsum postquam fuerit in arteria recep
tum per tempus rarefieri prius enim
hoc in arteria recipitur quam sit eius perfecta
dyastole ergo per tempus post dilata
tionem et consequenter illud rarefiet Et
similiter per omnia potest dici ad proba
tionem secunde partis illius minoris ne
gando cor in putridis ita velociter pre
nisi dilatari sicut ipsum repleri velocius
enim repletur et postquam totum impossibi
le impellendum ab arteriis recipere nisi
per tempus ad hoc dilatatur Et ergo
consequenter rarefit receptum in eo ut
supra Aliter respondetur probabiliter
ad argumentum negando minorem
ut supra et consequenter negando quod
eque velociter arteria repletur sicut eva
cuatur cor immo tardius non enim solum
a corde recipit arteria aerem tale
factum fumos et huiusmodi sed etiam
a pulmone et arteria recipit aerem
frigidum et conceditur consequenter
quod corde complete constricto arteria
per tempus aerem frigidum ab extra
et a pulmone recipit et consimiliter
econtra negatur quod ita velociter tempore
dilatationis in putridorum repletur
cor sicut evacuatur arteria non enim
solum sic repletur cor sicut evacuatur
arteria non enim solum repletur cor
eo quod recipit ab arteria sed etiam san
guinem et spiritu qui in corde febriente
crescunt continue et amplificantur unde
per tempus potest durare cordis dila
tatio postquam complete constricta fuerit
arteria etiam si nichil ab ea reciperet
Et similiter respondere potest ad argumenta
soluta ad probationem in effimera quod
velocem esse systolem etc. Sicut enim in
putrida prius tempore perficitur cordis
constrictio quam arterie dilatatio et econverso
ita in effimera prius tempore completur
cordis dilatatio quam arteriarum constrictio
et econverso arteriarum dilatatio quam
cordis constrictio Ad confirmationem

dicitur concedendo consequens illud
saltem quod non semper stante in toto dispo
sitione uniformi etc. ut probat argu
mentum verum tamen stante in toto
dispositione uniformi cum necessitatibus
equalibus expellendi et eventandi
esset hoc simpliciter impossibile tunc
enim necessario constrictioni cordis
correspondere(t) adequate dilatationi
arterie et dilatationi constrictio et
hoc senserunt auctores Ad quartum
conceditur probabiliter quod quantum
crescit necessitas constringendi aliis
paribus tantum augetur necessitas
dilatandi secundum proportionem aut
non sunt alia paria immo aliquando contingit
maiorem esse necessitatem constringendi
quam dilatandi et consequenter ali
quando fieri pulsum spissiorem quo ad
systolem quam quo ad dyastolem Ad
confirmationem dicitur quod in putridis
crescit systole respectu aliarum febrium
magis quam dyastole ceteris paribus
et hoc intellexerunt auctores non tamen
repugnat in aliqua febre putrida dyas
tolem magis augeri quam systolem in com
paratione ad terminos naturales et
probat argumentum

## Utrum motus
pulsus et motus anhelitus
sint invicem proportionales

Et arguitur quod non primo motus pulsus
est motus naturalis et motus anhelitus
est voluntarius ergo etc. quia tenet eo quod
actio pure voluntaria et actio pure na
turalis non necessario sibi invicem propor
tionantur variatur enim actio volun
taria secundum voluntatis imperium
naturalis autem non et probatur minor
quia motus anhelitus provenit a vir
tute animali et electione ut colligitur
in 3° capitulo de sermone universali an
helitus et in libro de utilitate pulsus et
de utilitate respirationis et in libro de
disnia 3° capitulo Secundo in motu anhe
litus plures correspondent pulsus fre
quentiores quam anhelitus et per con
sequens non proportionaliter et assumptum
docet experimentum et colligitur in libro
de utilitate respirationis Tertio cause con
tentive pulsus et cause contentive anhe
litus non necessario sibi invicem proportionantur

ergo nec hic motus quod tenet quia quem
admodum variatur pulsus secundum varie
tatem causarum continentium ita et
anhelitus ut colligitur 10° 3° et in libro
de dispnea capitulis allegatis et probatur
assumptum quia stat pulmone esse fri
gidum respectu temperati cordis et cetera
2° ut s. Item corde calido existente cum
fortitudine virtutis et obedientia instru
menti provenit pulsus magnus velox
et frequens ut supra pulmone vero
frigido existente provenit anhelitus
parvus ut decimo tertii 2° capitulo
Cum ergo corde calido existente non
repugnat esse pulmonem frigidum sequitur
ut s. Item causis continentibus pulsus et
anhelitus proportionabilibus existentibus
pulsus et anhelitus sunt proportiona
les sed ipsis proportionabilibus existentibus op
posito modo se habent quod pulsus et
anhelitus tunc sunt proportionales patet.
Si questio esset vera hoc maxime vide
retur quia aerem frigidum quem
pulmo recipit tempore dilatationis
tempore constrictionis eiusdem pellit
in cor unde oportet tunc cor dilatari
sed arguitur quod non quia tunc constric
tioni pulmonis corresponderet dila
tatio cordis et dilatationi constrictio
quod si concederetur contra constrictio pul
monis arterie dilatantur eo quod tunc a
pulmone recipiunt sed dilatantibus
se arteriis constringitur cor. Consequens
arguitur econtra quia quandocumque con
stringitur cor dilatantur arterie sed
quandocumque dilatantur arterie constringitur
pulmo ideo forte concederetur quod quando
cumque constringitur pulmo constringitur
et cor et econverso. Contra quia tunc non
appareret via per quam aer frigidus
pelleretur a pulmone in cor et econtra
calidus in pulmonem quia quando con
stringitur cor pellit in arteriam spiri
tum sanguinem fumum et aerem tale
factum si ergo tunc constringitur pulmo
pellendo in arteriam aerem frigidum
non poterit simul per eandem arteriam
moveri aer frigidus ad cor et calidus
ad pulmonem quoniam ut eque pote
ter movebuntur et tunc utrumque impe
diet alterum ut neque poterunt et cum
aer fortius motus impediet debilius

motum aerem sicut ventus fortius
flans impedit motum debilius flantis
2° methaurorum. Item arteria venalis est
secundum plurimum eius ramificata
et dispersa per pulmonem ergo secundum
plurimum eius movetur ad motum
pulmonis et per consequens constricto
eo constringitur et dilatato dilata
tur sed ipsa dilatata constringitur cor
et econverso ergo. Oppositum aliqualiter
colligitur in textu et 10° 3° capitulo de
sermone universali anhelitus dicit inquit
Et tu quidem sensisti per illud quod narravi
ubi quod anhelitus est fortis significatio
et [illegible] pulsus et in libro de
dispnea quarto capitulo Quidam hiis
qui respirationem secundum motus eius secundum
pulsum qui proportionatum se habent
proportio enim ex contrariis motibus
per quietem distinctis. Et colligitur idem
in libro de utilitate pulsus per mag
num processum. Item motus anhelitus
finaliter ordinatur ad motum pulsus
saltem cordis ordinatur enim ad corde
ventationem que immediate per pul
sum perficitur sed sunt ordinata ad finem
sibi invicem proportionantur ergo ut supra
anhelitus et pulsus arteriarum eidem
fini subordinantur scilicet eventationi
cordis et mundificationi ergo sibi invicem
sunt proportionatur sed quecumque propor
tionantur in 3° proportionantur inter
se ergo ut supra. Ultimo cuiuscumque constrictioni
anhelitus cor respondet dyastole vel
dilatatio pulsus et econtra quod ut pro
batur assumptum quandocumque pulmo
constringitur pellit in arterias ergo
replentur tunc arterie sed quandocumque
replentur dilatantur ergo ut supra. Similiter
quandocumque constringuntur arterie pellunt
in pulmonem ergo tunc recipit pulmo
et per consequens repletur sed quando
cumque repletur dilatatur ergo ut supra. Cum quod
primo respondebitur ad questionem prin
cipale. Primo tractabitur difficultas tacta
in primo principali ante oppositum an
scilicet motus anhelitus sit voluntarius
sive naturalis denominandus. Circa
ad primum premittendum est primo
quod motus anhelitus et motus pulsus
ad eundem finem principaliter or
dinatur scilicet cordis et spiritus eventa
tionem et mundificationem licet hic

simul pulsus immediatius attingat anhelitum. Anhelitus enim immediate subsequitur pulsum pulsus autem creationem ut supra dictum est. Motus autem quo anhelitus pulsum arteriarum et tandem cordis subministrat ex dictis auctorum hoc modo colligitur quoniam pulmo componitur ex carne simplici et ramis trachee arterie que etiam pulmonis dicitur et vena arteriali orta a dextro ventriculo cordis et ab eo sanguinem deferente quo pulmo nutritur dicitur autem vena arterialis quia motu careat pulsus duas habet tunicas velud arteria quarum necessitas fuit ut quia debuit sanguinem deferre plurimum subtilem ut ipsum debite contineret ut quia ramificata est per pulmonem qui continue et forti motu subicitur ut non de facili frangeretur. Componitur etiam ex arteria venali a sinistro cordis ventriculo orta et ab ipso ad pulmonem per quem ramificata est sanguinem arterialem spiritum aerem calidum et capnosos fumos deferente dicta est autem arteria venalis quia motum pulsus habens et ex unica tunica constituta ut libere dilatationem et constrictionem possit ad nutum aerem fumos ut debite recipiendum et expellendum. Componitur etiam ex panniculo tenui pauca inclusa substantia ad ipsum a cerebro veniente. Rami autem arterie venalis et vene arterialis per pulmonem dispersi sustentantur a carne simplici concavitates inter hos ramos cadentes replente. Trachea vero arteria est in medio vene arterialis et arterie venalis situata et non eius in medio ramorum earum. Dum ergo pulmone et pectore dilatato aer per os tracheam arteriam ingreditur per eius ramos spergitur per porositates corpus egrediens in spongiosa carne pulmonis recipitur ubi lenem quandam preparationem disponitur ne nimis frigidus accurrat et spiritibus. Deinde poros huius spongiose carnis egrediens per porositates arterie venalis in concavitate eius penetrat dum ipsa dilatatur postea uero per constrictionem in corde pellitur.

Simuliter contra aer calidus et fumus pulmonis a corde per constrictionem ad arteriam venalem expulsus per ramos eius spergitur et egrediens per poros arterie ingreditur substantiam pulmonis carnosam tandem vero penetrans per poros ramorum trachee arterie ad tracheam arteriam pervenit et super respirationem ex expellitur.

Advertendum est secundo pulsum esse motum pure naturalem ad sensum prius declaratum motum vero anhelitus mixtum esse ex naturali et voluntario ut in sequenti articulo declarabitur. Ex quo patere potest differentia instrumentorum horum motuum sit enim anhelitus mediante musculo vel lacerto qui sunt instrumenta voluntarii motus, pulsus vero non. Differunt etiam hii motus ex parte motorum huius motibus instrumenta cau- dicta moventium. Motor enim in motu pulsus est virtus vitalis mediante spiritu et calore cordis. In motu autem anhelitus simul concurrit virtus vitalis et animalis mediante spiritu cordis et spiritu cerebri. Patet ulterius pulsum et anhelitum in principali fine scilicet cordis refrigerio conuenire et differre fine motore partiali ut sensit galienus.

Advertendum est tercio quod motus pulsus et anhelitus in principali fine scilicet cordis refrigerio quodammodo dupliciter intelligere possumus esse sibi invicem proportionales primo quantum ad inter motum ut si quociens pulsaret cor uel arterie totiens fieret motus anhelitus et econverso. Secundo quantum ad principales horum motuum differentias superius enumeratas scilicet magnitudinem diminutionem paruitatem velocitatem tarditatem frequentiam et raritatem quod ad hoc dupliciter ymaginari possumus primo absolute. Secundo in comparatione ad medium proprie speciei ut puta pulsum in sua specie temperato uel medio taliter existente in magnitudine velocitate et spissitudine temperato sic correspondent anhelitus in magnitudine velocitate et spissitudine temperatus.

Preadvertendum ultimo quod dispositiones instrumentorum pulsus et anhelitus quedam sunt sibi invicem proportionales et quedam

non. Exemplum primum sicut ubi in corde
et arteriis in complexione compositione
et unitate temperatis existentibus sunt
instrumenta anhelitus in hiis disposi-
tionibus temperata. Exemplum 2m ut
stante in corde temperie in quantitate
sit distemperies in pectore vel in corde
calido existente sit pectus frigidum vel
strictum vel econverso. Et quantum ad
secundum sit hec prima conclusio quod mo-
tus anhelitus et motus pulsus non ne-
cessario in numero motuum sibi invicem propor-
cionantur. Patet hec conclusio per unum
argumentum factum ante oppositum. Quoniam
cum motui anhelitus plures motus
pulsus correspondent ut docet argumen-
tum et colligitur in libro de utilitate pul-
sus et ratione persuadetur. Sic multo
frequentius insurgit necessitas eventi-
landi et infrigidandi in corde et ar-
teriis quam in pectore vel pulmone. Quod ar-
guit tenet quia secundum exigentiam
harum necessitatum disponuntur hii
motus ut supra ostensum est. Et assump-
tum patet inductive. Patet etiam hoc idem
in fine. Si cum tam frequens fuisset
anhelitus sicut pulsus vehementer
impedimentum fuisset in vocando et
plures alias causas explicat Galienus
in libro de utilitate pulsus. Tota autem
causa istius est quia pulmo est mem-
brum spongiosum in una inspira-
tione magnam partem aeris attrahens
longo tempore sufficientem proprio re-
frigerio. Ex ista conclusione sequitur
quod possibile est pulmonem et pectus
dyastolante corde dilatari et sistolante
constringi. Secunda conclusio vero
est quod motus pulsus et anhelitus abso-
lute in parvitate et magnitudine non
sunt sibi invicem proporcionales. Tertia
conclusio propter ad quesitum respon-
siva motus pulsus et anhelitus in sepa-
ratim differentiis dictis non necessario
sibi invicem proporcionantur eorum quod-
libet ad proprium temperamentum re-
ferendo. Conclusio patet in multis
casibus. Primus ubi pectus sit vehemen-
ter latum propter magnitudinem
vite et cerebri et cor frigidum et e con-
tra calidum et pectus angustum et
hec causa colligi potest in textu. Secundus casus
est ubi cor sit naturaliter vel acciden-
taliter calidum vehementer, pectus
autem et pulmo frigidi vel econverso
ut ante oppositum argumentum est. Ter-
tius casus est ubi voluntarie aut propter
dolorem vel spasmum diafragmatis vel
repletionem vel lesionis pectus moventibus
impediatur motus voluntarius lacertorum
pectoris non tamen cordis vel arteria-
rum. Quarta conclusio sequitur
quod sunt non omnes cause accidentales
permutantes anhelitum a cursu na-
turali simili permutatione permutant
pulsum nec econverso. Prima pars
conclusionis colligitur in libro de uti-
litate pulsus. Si quis enim ubi calefa-
ciente se superflue replet compresso dya-
flamate nimia compressione ut reple-
tione stomachi provenit unde anhe-
litus parvus velox tamen et frequens,
pulsus vero magnus ex cibo magno
aucta necessitate si virtus ponatur
fortis et instrumentum obediens.
Secunda pars colligitur quarto interiorum
ultimo capitulo ubi narratur de mo-
dico qui omne genus pulsus diversita-
tis habebat nullam tamen in anhelitu
diversitatem aut divisionem sentiebat
materia cum diversificationis pulsum
intra arteriam venalem et non intra
canalem pulmonis continebatur.
Quinta conclusio est hec quod omni
accidentali impedimento sublato et
instrumentis pulsus et anhelitus secundum
dispositiones eorum proporcionabiliter
existentibus motus anhelitus et mo-
tus pulsus sunt sibi invicem proporciona-
les. Sic quod pulsu temperato existente in
magnitudine velocitate vel sic est anhe-
litus temperatus, distemperato vero pro-
porcionabiliter distemperatus, distem-
perato vero non proporcionatur dispa-
ris. Patet quia hiis stantibus cause
eorum motuum contentive sunt pro-
porcionales. Ideo et effectum quia an-
helitus et pulsus ad eundem finem
principaliter ordinantur. Ergo eidem
fini deducto impedimento proporciona-
tur et per consequens etc. Et pro ista
conclusione procedunt auctoritates
plures post oppositum allegate. Sed contra
primam conclusionem arguitur probando

motum anhelitus et pulsus in uno
motuum sibi invicem proportionari quod
quandocumque constringitur pulmo
pellit aerem frigidum in cor ergo
pro tunc recipit cor et per consequens
dilatatur. Similiter econtra quando
cumque constringitur cor pulmo dila
tatur eo quod a corde recipit aerem tale
factum simul ergo sed quandocumque recipit
dilatatur ergo etc. Item arguitur quia
semper tempore dilatationis pulmo
et cor simul dilatantur et tempore
constrictionis simul constringuntur
quia quandocumque constringitur pulmo
arteria venalis dilatatur eo quod tunc
recipit frigidum aerem a pulmone
pellendum in cor ergo etc. Et quandocumque ipsa
dilatatur arteria venalis cor constrin
gitur ex dictis supra. Consimiliter
vice versa argui potest quandocumque con
stringitur cor constringitur pulmo
et quandocumque dilatatur cor dilata
tur pulmo ut patet intuenti. Ad
primum istorum negatur assumptum
ad probationem cum arguitur quan
documque constringitur pulmo pellit ae
rem frigidum in cor dicitur hoc negando
licet tunc forte pellit in arteria prius
tamen tempore recipitur aer frigi
dus in arteria quam pellatur in cor
quia non pellitur in cor nisi per con
strictionem arterie. Similiter econtra
negatur quod quandocumque constringitur
cor pellit aerem calidum in pulmonem
prius enim tempore recipitur aer ca
lidus et fumus ergo in arteria venali
quam in pulmone eo quod non impellitur in
pulmone nisi per constrictionem arte
rie venalis. Ad secundum quod vide
tur difficilius negatur assumptum
et cum probatur quia tunc recipit
a pulmone. Hic probabiliter dicitur
negando assumptum immo contingens
est eam in pulmone pellere quia contin
gens est eam pro tunc constringi.
Et si contra hoc arguitur quia si pellit
in pulmonem pulmo recipit et dilata
tur dicitur hic hoc negando stat enim
pulmonem tunc ab arteria recipere quan
tumcumque constringatur. Potest
enim multo maior esse quantitas eius
quod eodem tempore pellit ad extra quam
eius quod recipit ab arteria. Potest enim

etiam probabiliter negari consequentia
illa a pulmone recipit ergo dilatatur
ut patuit in questione precedenti prima
ymaginando quod sicut virtus vitalis est prin
cipium effectivum dyastoles ita quod principium
effectivum quietis sequentis dyastolem et
consequenter quod complete dylatata ar
teria virtus per tempus aliquod nititur ipsam
sub tantis dimensionibus dilatatam
conservare donec insurgat necessitas
constringendi et consequenter per to
tum tempus resistit cause temptanti ip
sam amplius dilatare propter quod non
repugnat arteriam complete dilatatam
esse et aerem a pulmone recipere virtute
causam prohibere ne ulterius dilatetur
tamen cum dyastole et non maior est
cum hiis circumstanciis virtuti proporcio
nata et per idem patet quod non quandocumque
dilatatur pulmo constringitur arteria
venalis potest tunc dilatari aut dilata
ta aut constricta quiescere etc. Et cum
arguitur quod sic quia quandocumque dilatatur
pulmo evacuatur venalis arteria dicitur
hoc negando stat enim ipsam replere et
attrahere a pulmone. Nota autem causa
huius est hec quia pulmo ut supra dictum
est in unica eius dilatatione tantum de
aere frigido attrahit quantum arterie
venali et cordi pro pluribus pulsibus
sufficit propter ipsum esse spongiosum
et multo aeris contentivum nec tanto re
frigerio indigere sicut cor ut aerem eo
pulmone aliquanto tempore preparatum
nimium frigidus attrahat cordi. Non
est tamen credendum in qualibet expi
ratione totum aerem in pulmone con
tentum extra pulmonem expelli immo
semper in suis spongiositatibus magna
etiam remanet aeris quantitas ex
qua aliquid per porositates arterie vena
lis tempore quo ipsa dilatatur attra
hitur sive dilatetur sive constringatur
pulmo. Ideo cum constrictione pulmo
nis stare potest dyastole arterie ve
nalis et cum ea stare potest systole eiusdem
et ad hunc quies ad systole et dyastole
ut patet ex dictis. Et si arguatur so
phistice quandocumque dilatatur arteria
venalis dilatatur pulmo quia quo
cumque moto movetur pars movetur et
totum eiusdem. Supra autem dictum
est arteriam venalem esse partem pul
monis ergo etc. Hic dicitur concedendo
quandocumque dilatatur arteria venalis

que est pars pulmonis pulmo movetur
motu dilatationis. Ex secundo tamen
non sequitur pulmonem dilatari simul
vel aliquo tempore motu dilatationis
diminutionis ut augmenti sequitur
ipsum diminui ut augeri. Notandum
quod secundum plus quam perfectiorem tertio tegni
super illa parte calidioris ergo ut ad presens
motum alterius cordis quod aliter sensit
de motu arterie venalis et aliter de
motu arterie venalis et aliter de motu
aliarum arteriarum. Ipsius enim constrictionis
causatur dilatatio cordis et dilatationis con-
stringitur cor ut supra. De arteria autem
pro venali aliter videtur esse dicendum
quia dum dilatatur cor dilatatur arteria
venalis et dum constringitur ipsa con-
stringitur. Ad quod persuadendum plura
adducuntur media. Primum quia aer fri-
gidus vadit ad cor dum dilatatur per arte-
riam venalem sed non est aer in illa nisi
cum dilatatur ergo dum dilatatur cor
ipsa dilatatur. Secundum quando con-
stringitur cor ostiola et orificia arterie
venalis terminata ad cor quasi tunc clau-
duntur ergo tunc non recipit arteria
venalis a corde et per consequens non
dilatatur sed potius constringitur. Tertium
quia Galienus septimo de utilitate particularum
septimo capitulo sensit arteriam vena-
lem fuisse cum tunica tantum ut levior
esset ad obediendum constrictioni et com-
pulsioni pulmonis per cuius substantiam
ipsa est ramificata ergo convenientie
eius apparet hanc arteriam dilatari ad
dilatationem pulmonis et constringi
ad constrictionem eius 2o capitulo 18 (?)
colligitur. Cum ergo contingat dilatari
pulmonem dum dilatatur cor et constringi
dum constringitur. Sequitur saltem
aliquando simul cum corde hanc dilatari
similiter cum corde constringi. Ad
primum istorum dicitur sequendo vias
superius tactam negando minorem. Immo
tempore quo ipsa constringitur in ipsa
est aer frigidus quem per constrictionem
pellit in cor et calidus quem pellit in
pulmonem. Pro solutione etiam secundi sciendum
quod licet tam arteria venalis quam ar-
teria adorti et ramificate ab ea tempore
sue constrictionis pellent in cor aerem

(comentator)

frigidum et econtra tempore dilata-
tionis recipiunt aerem calidum et
fumos differentes tamen ad compel-
lendum et recipiendum. Sunt hee ar-
terie a natura finaliter ordinate
principaliter ordinata enim est arteria
adorti ad recipiendum a corde quam ad
compellendum in cor. Econtra vero arte-
ria venalis principalius vel saltem
plus principaliter ordinata est ad com-
pellendum in cor quam recipiendum
a corde plurima enim quantitas aeris
frigidi deferendi ad cor mediante ar-
teria venali attrahitur a pulmone
quam mediantibus aliis eo quod alie ar-
terie non terminantur ad pulmonem.
Si quid ergo aeris frigidi cordi mi-
nistrant arterie illud non est nisi mo-
dicum ab extra per porositates attractum.
Econtra vero arterie venali paucum
sanguinis arterialis et spiritus a corde
tribuuntur non enim habet super toto san-
guinem et spiritum distribuere sicut
arteria adorti plurimum pellit sanguinem
et spiritum in cor parvum autem ar-
teriam venalem. Econtra vero in
arteria venali tempore constrictionis
cordis plurimus aer calefactus et fumus
recipitur et modicus in arteria adorti.
Et ex hoc patet probabilis causa pro-
pter quam dum constringitur arteria
venalis ostiola ostiola ad orificium
eius in corde quasi tunc aperiuntur
econtra vero dum dilatantur clau-
duntur hec enim hostiola aperiuntur
ab extra clauduntur ut libere pene-
tret aer frigidus ad concavitatem
cordis dum hec arteria constringitur
nec tamen plurimus spiritus et san-
guis arterialis pellatur ad ipsam
dum dilatatur constringuntur gra-
datim tamen secundum constrictionem
cordis et non perfecta conclusione
clauduntur. Ex quibus patet secundo
propter quod hostiola ad orificium
arterie adorti quasi tunc opposito modo
ostiolis arterie venalis disponuntur.
Clauduntur enim ab extra ad intus
et aperiuntur ab intus ad extra propter
quod clauduntur dum hec arteria
constringitur et dum dilatatur aperi-
untur dum enim dilatatur debet a-

corde plurimum sanguinem et spiritum
membris distribuendum tempore
dum cor constringitur debet in cor
quid modicum puta paucum aere
ab extra per porositates attractum pel
lere. Ex quibus dicimus patet quare
in arteria adorti ordinavit natura
tria hostiola in vena vero arteriali
solum duo. Oportet enim expulsio
nem spiritus et sanguinis plurimi ad
arteriam adorti multum esse grada
tim. Non sic autem est de expulsione
que fit ad arteriam venalem ut patet
ex dictis propter quod hostiola arterie
adorti sunt etiam profundiora et per
fecta clausione clauduntur. Arterie
autem venali correspondentia minus
profunda sunt et imperfecta clausione
clauduntur. Multum est enim illud
quod debet cor tempore sue constrictio
nis in arteriam venalem pellere
eius quod debet tempore sue dilationis
per arteriam adorti recipere. Nota
tamen quod dum dilatatur cor non
sic clauduntur hostiola arterie ador
ti quia cor nichil recipiat eo quod illa
clausio est paulatina ante enim complete
potest arteria adorti in cor aliquam
quantitatem aeris frigidi et expulsio
Ex quibus omnibus patet necessitas
huiusmodi hostiolorum primo ex parte
arterie venalis ut non nimis subito
penetraret aer frigidus ad cor dum
hec arteria constringitur et non in
nimium de spiritu et sanguine arte
riali dum dilatatur a corde reciperet
Ex parte etiam adorti arterie ne
nimis subitus et nimius esset sanguis
et spiritus exitus a corde in arteriam
adorti. Et possunt hec aliqualiter
colligi septimo de iuvamentis 3º capitulo
et septimo de utilitate partium 1º capitulo
septimo et pro parte 2º colliget capitulo
de iuvamentis epatis et cordis et ali
qualiter primo Avicenna 4 capitulo
de figura cordis. Ex quibus patet
responsio ad secundum licet enim quando
que constringitur cor ostiola arterie
venalis claudantur non tamen per
fecta clausione clauduntur sic quod aer
fumus non pellantur in venalem
arterialem sed solum clauduntur

clausione prohibente superfluum exitum
spiritus et sanguinis ut patet ex dictis.
Ad tertium quidam dixerunt quod ar
terie venali duplex inest motus dila
tationis et constrictionis unus per se et
a virtute propria vitali secundum exigen
tiam necessitatis ipsam moventis. Et
secundum hunc motum dilatatur
corde constricto et ipso dilatato constrin
gitur. Alius inest sibi motus per ac
cidens secundum quod sequitur ad motum pulmonis
per quem expanditur et secundum
hunc modum non necessario cordi
proportionatur sed motum pulmonis
insequitur propter quod contingit
dilatato corde ipsam dilatari et
constricto constringi. Et penes hanc
responsionem tollitur apparens con
tradictio inter textum Galieni in libro
de differentiis pulsuum ponentis
omnes cordis arterias simul tanta
dilatatione dilatari et simul tanta
constrictione constringi et textus eius
dem septimo de iuvamentis 2º capitulo
dum inquit. Quantum vero pulsa
tiles que sunt in pulmone expandun
tur in hora expansionis pulmonis
et contrahuntur in hora constrictio
nis et infra propter ergo utilitatem
pulmonis fuit corpus vene pulsa
tilis in eo molle ut leviter obediret
expansioni apud expansionem pec
toris et constrictioni apud eius constric
tionem. Voluit enim omnes arterias
simul dilatari quo ad motum per
se et a virtute propria ipsis compe
tentem vero dum inquit. Et dixit
venas pulsatiles pulmonis moveri
secundum motum pulmonis intelligendum
quantum ad motum ipsis accidentalem
talem ut patet intuenti. Isti questio
non repugnat. Alii vero habuerunt
hunc textum suspectum nec concesserunt
has arterias moveri ad modum
pulmonis corruptionem textus trans
latori imponentes. Alii dixerunt
quod tempore quo concidunt simul mo
tus dilatationis pulmonis et arte
rie venalis et similiter constrictionis
movetur illa arteria secundum mo
tum pulmonis ipsum insequendo
tempore autem quo non concidunt non
Alii absolute concesserunt hanc arte

ciam in suo motu proportionari pulmoni et non cordi / opponunt autem auctoritates auctorum sonantes quod omnes arterie simul pulsant quod hoc ipsi confesserunt et expererunt quod est verum ut in pluribus vel quod hoc est verum de omnibus proprie dictis arteriis. Arteria autem venalis non est proprie arteria ut patuit supra in diffinitione arterie. Et penes hec patet hinc arterie pulsum variorem esse pulsu cordis et aliarum arteriarum sicut etiam anhelitus est varior pulsu. Alii adhuc ab intencione galieni remotiores dicunt galienum intellexisse quod illa etiam arteria simul aliquando cum pulmone dilatatur et aliquando simul constringitur sicut cor. Sed quod tamen stat ipsam semper dum cor constringitur dilatari et dum dilatatur constringi. Si quis enim in hac velit sequi positionem plusquam quartam facile potest solvere quecumque contra ipsum adducuntur. Non enim sequitur dum cor constringitur pellit in arteriam venalem ergo ipsa repletur ut patet ex dictis. Similiter non sequitur dum cor dilatatur attrahit ab arteria aerem frigidum ergo ipsa evacuatur et constringitur. Licet enim evacuetur aere qui in corde receptus recipitur stat tamen multo ampliorem esse quantitatem eius quod in ea a pulmone recipitur. Nota tamen quod auctoritates galieni superius allegatas non minus adversari videntur positioni plusquam quarte quam positioni superiori ventate. Elige ergo probabiliorem.

Quantum ad secundum articulum sciendum est quod circa hanc diffinitionem difficultatem recipitur apparens contradictio inter galieni sententiam in locis ante oppositis allegatis et Averroys 2o colliget capitulo de iuvamentis instrumentorum anhelitus. Galienus enim ponit motum anhelitus esse voluntarium. Averroys potius naturalem vel mixtum ex naturali et voluntario. Ideo primo tractabitur prima positio 2o 2a. Sciendum quod primo per anhelitum ut supra intelligendum esse motum dyaflagmatis pectoris et pulmonis dilatativum et constrictivum quiete ut quibus inceptum totum ad aerem frigidum attrahendum et calidum aerem et fumos expellendum. Instrumenta huius motus sunt dyafragma et hoc est primum pectus et eius lacerti et pulmo. Sciendum est secundo in nobis triplicem reperiri motum / quidam enim est simpliciter naturalis contra voluntarium distinguendo naturale, quidam simpliciter voluntarius et quidam medius inter hos. Exemplum primi ut motus cordis et arteriarum et intestinorum ad superfluitates expellendum et venarum ad proportionale nutrimentum attrahendum. Exemplum secundi sicut motus progressivus aut motus manuum ad capiendum et removendum et hic iuxta galieni sententiam appellandus est motus voluntarius motus de intencione prima. Exemplum tertii sicut motus palpebrarum qui non est simpliciter naturalis cum varietur secundum voluntatem imperantis nec simpliciter voluntarius de intencione prima nullo enim concurrente voluntatis consensu fit hic motus unde dicitur voluntarius de intencione secunda intelligendo per voluntarium de intencione prima motum cui proprissime competit racio voluntarii motus ut sequitur sub voluntatis imperio. Et consimiliter per omnia distingui potest naturalis motus. Econtra vero de intencione secunda. Et colligitur hec distinctio de mente galieni in libro de motibus liquidis et pluries alibi. Differunt autem motus naturalis et voluntarius multipliciter sub comparatione mobilium motorum instrumentorum et finium quia mobile motu voluntario est musculus vel lacertus motu vero naturali non penes hanc viam. Motor autem motus voluntarii est virtus animalis cuius instrumentum est spiritus vel calor cerebri / motor vero motu naturali vitalis virtus mediante spiritu et calore cordis. Aut finis voluntarii motus est quod voluntario appetitu appetitur vel desideratur. Naturalis vero est illud ad quod secundum naturalis mobile naturaliter inclinat / etiam motus voluntarius secundum plurimum

insequitur cognitionem naturalis
autem non Ex quibus comprehen
dere possumus quid per motum vo
luntarium de intentione prima sit
intelligendum quia motum insequen
tem apprehensionem et voluntatis
imperium factum mediante musculo
vel lacerto et spiritu et cetera Econtra vero
per voluntarium de intentione secunda
illum motum in aliqua dictare conditio
nem deest Tunc sit prima conclusio quod
motus anhelitus non sit motus natu
ralis nec voluntarius de intentione prima
probatur primo quod non naturalis quia
secundum voluntatis imperium variatur
quod etiam non voluntarius patet quia si
etiam eum vel nolumus etiam tamen de ipso
nullatenus consideramus provenit
motus anhelitus Secunda conclusio
est hec quod non necessario quilibet motus
denominandus voluntarius saltem de
intentione secunda insequitur deli
berationem vel apprehensionem persuadentem
sic primo ita se habet motus
naturalis ad fieri sine apprehensione
sicut voluntarius ad fieri cum appre
hensione sed non necessario fit motus na
turalis sine apprehensione immo aliquis
necessario consequitur apprehensione
ergo aliquis voluntarius motus potest
fieri sine apprehensione minor patet
motus enim vomitus est mere natu
ralis insequens tamen apprehensio
nem tamen nocumenti cum signum est
quod ubi non est potentia sensitiva ut
in plantis et cetera quamvis sit necessitas
fuge et persecutionis nocivi
tamen non fiunt hii motus 2o quia motus
imperfectorum animalium ut conti
borum est voluntarius non tamen
insequitur saltem deliberationem
3o motus palpebrarum est volunta
rius non tamen necessario insequitur
apprehensionem ergo probatur ma
ior quia si non esset voluntarius sed na
turalis opilato vel inciso nervo ve
niente ad palpebras aut subtracto
influxu spiritus animalis ad palpe
bras fierent hii motus et sicut de mo
tu palpebrarum argumentum est ita
potest argui de motu anhelitus
Item non repugnat per frequentem

actum movendi manum aut pedem
acquiri manui aut pedi habilitatem
per quam movebitur nulla apprehen
sione concurrente sed qua ratione
potest hec habilitas ab arte acquiri
non repugnat ipsam acquiri a natura
Cum ergo motus ille non est natura
lis sequitur intentum Tertia conclusio seque
tur quod motus anhelitus est volunta
rius de intentione patet secunda est
enim voluntarius quia factus media
tibus instrumentis voluntarii motus
qui a lacerto in spiritu dato et cerebro
inciso ergo illo vel opilato ad pectus
spiritum deferente cessat anhelitus
immo etiam prohibetur transitus spiritus
animalis ad lacertos pectus moventes
ut in forti applopesia Cum ergo non
sit voluntarius de intentione prima
sequitur intentum Ex quibus infero quod for
malis ratio voluntarii motus non est
cognitionem insequi et voluntatis
imperium licet hec sit ratio formalis
voluntarii motus de intentione prima
Sequitur secundo penes hanc positio
nem formalem rationem voluntarii
motus esse provenire a virtute anima
li mediante musculo vel lacerto et calore
dato a cerebro Tertio in casu aliquem
motum anhelitus esse voluntarium
de intentione prima quia aliquem
motum anhelitus voluntarie factum con
petunt omnes conditiones voluntarii
motus de intentione prima ut patet
intuenti Sequitur quarto quod ratio
formalis motus naturalis non est fieri
sine cognitione aut non insequi cog
nitionem Alii tamen senserunt quod
libet anhelitum vel motum volunta
rium de secunda intentione fieri me
diante aliqua apprehensione licet illa
aliquando sit occulta ita ut non percipia
mus eam sicut in motu palpebrarum
accidit et in titillatione Et pro
ista visa est sententia Avicenne in 3o
capitulo de motu in lecto dum inquit
Et puerum quidem adiuvat ad illud pro
funditas in sompno cum ergo motus uri
na subiret vesice nocumentum inferendo
appetit eam natura et occulta vo
luntas simul voluntati anime aut ip
sorum vigilationem Haec ergo secundo

diam similiter patere potest quod si que ar-
gumenta suadent anhelitum non posse
motum voluntarium non probant nisi
ipsum non esse voluntarium de inte-
ntione prima Sequentes autem inte-
ntionem Averoys premittitur primum quod
licet musculus vel lacertus sint primum
organum voluntarii motus non tamen
oportet omnem motum factum media-
nte musculo vel lacerto esse voluntarium
Nam in rigore movetur lacertus forti
motu ad continendum humorem nocen-
tem et non voluntarie ut docet expe-
rimentum Ex quo sequitur in lacertis non
solum receptibilem esse virtutem volunta-
rie motivam datam a cerebro sed etiam
naturaliter motivam datam a corde
per arteriam et calorem virtutem
cordis deferentes Premittitur secundo
quod impossibile est fieri voluntarium mo-
tum omnino contra voluntatis imperium
contradictio enim apparet aliquem mo-
tum esse voluntarium fieri tamen contra
voluntatis inclinationem effectivam
talis enim motus est potius violentus
denominandus prout violentum oppo-
nitur voluntario ut intelligitur 3o ethicorum
Premittitur 3o quod licet motus naturalis
et voluntarius secundum suas ratio-
nes formales ab invicem differunt
non tamen ex parte rei essentialiter
differunt sive distinguuntur contingit
tamen eundem motum simul naturalem
esse et voluntarium eo quod ad eundem
motum causandum simul possunt
plures motores concurrere quorum unus
est voluntarie et alter pure naturaliter
movens et si animal deorsum volun-
tarie movetur hic enim motus ex-
istens est voluntarius pro quanto pro-
sequitur voluntatem vel voluntatis
imperium et etiam naturalis pro quanto
provenit a natura dominantis elemen-
ti huiusmodi autem motum appellat
Averoys mixtum ex naturali et vo-
luntario per attributionem ad mo-
torem totalem aggregatum ex motore
naturali et voluntario Premittitur
quarto ex dictis ad motum aliquem
nominandum esse voluntarium non

sufficere aliquid intrinsecum cognitio-
nem nisi cum ipsa concurrat volun-
tatis imperium Ex hoc patet quod ad mo-
tum aliquem esse naturalem deno-
minandum non requiritur ipsum
fieri sine apprehensione ut patet de
motu matricis et lacerti iam dicto de-
nominatur hic motus iam dictus
naturalis quia stante apprehensione
tali naturaliter inclinatur lacertus
et non secundum voluntatis imperium
ut sic se contrahat vel etiam extendat
se quantumcumque enim voluntas vel a-
nimalis appetitus ad oppositum promo-
veret efficaciter non minus fieret
hic motus Et nota quod licet lacerto insit
utrumque istorum motuum per aliud tamen
et aliud instrumentum hos duos mo-
tus perficit ut supra tactum quia vo-
luntarium per spiritum datum a
cerebro mediante nervo Naturalem
vero per spiritum transmissum a cor-
de mediante arteria frequenter enim
ex ordine nature hii duo spiritus ad
eundem motum perficiendum conveniunt
quod enim non potest virtus per natura-
lem solum perficere remanente animalis
spiritus perficit et econtra sicut patet
in motu deglutitionis Nota etiam iuxta
hanc positionem quod instrumentorum que
moventur in motu anhelitus quedam
moventur pure naturaliter et per
principium datum a corde ut pulmo
et partes eius de quo infra videbitur
quedam autem simul naturaliter et volun-
tarie ut dyafragma et pectus et de hiis
est questio movetur enim voluntarie
per spiritum cerebri et naturaliter
vero per spiritum cordis Hiis pre-
missis sit hec prima conclusio quod motus
anhelitus est permixtus ex naturali
et voluntario ad sensum datum patet
quia ad ipsum causandum concurrit
motor qui est instrumentum naturalis
motus puta spiritus cerebri et cordis
ergo etc. assumptum patet quod enim concur-
rit spiritus cerebri concedat utrumque
positio et quod naturalis cordis potest per-
suaderi per aliqua adducta per auctorem
in allegato capitulo primo quia
plures anhelitus quos facimus per hoc

sanitatis vel egritudinis sine sine intentione et apprehensione vel voluntate anhelandi. Secundum quia suspiria frequenter a nobis fiunt suspirare non intendentibus virtute naturali incitata ad vehementius attrahendum. Tertium quia nobis nolentibus anhelamus ut patet in tussi et in illis sanguinem vomentibus motum contra voluntatem imperii provenientem dicitur denominare voluntarium et plura adducit Averroys ibi que recitantur allegato capitulo. Secunda conclusio est quamvis motus anhelitus sit simul naturalis et voluntarius denominandus tamen magis videtur naturalis quam voluntarius. Patet quia virtus naturaliter motiva in hoc prevalet nobis tamen nolentibus cogimur anhelare ergo etc. Ad argumenta quibus probatur secunda positio conclusio alterius positionis que fundamento huius adversantur facile solvuntur. Ad primum negatur illa similitudo ut patet ex dictis. Ad secundum dicitur quod talis motus est voluntarius intelligendo per voluntarium appetitivum insequentem simpliciter appetitum animalem. Et dicitur ulterius quod ille non fit sine apprehensione. Ad tertium dicitur quod motus palpebrarum est impeditus magis naturalis tamen. Et cum arguitur quod non quia cum inciso nervo repugnatur consequentia licet enim nervus vel spiritus datus per nervum sit in motu palpebrarum vel anhelitus principalis motor non potest tamen aliquis istorum fieri nisi spiritu concurrente delato per nervum sicut hoc vene apoplectice non sunt principale instrumentum sensus et motus ipsis tamen incisis sensus et motus tamen auferuntur propter quod Averroys allegato capitulo dicit et iam visi sunt homines precisse alios super nervos dormitorios qui vadunt ad cerebrum et tunc in eis private sunt omnes operationes voluntarie et propter hoc nomine indicatur. Et dicitur iam quod quando rex in die volebat interfici homines nobiles interficiebat per hunc modum. Et vitu dicitur propter hoc quod omne voluntarium motus ipsi sunt in istis duobus et alias tangit ibi solutiones quas vide. Ad quartum neganda est consequentia plures enim possunt habilitates per artem acquiri que non possunt contrahi a natura ut patet intelligenti. Alii dicunt quod si per assuefactionem membro voluntario nobili acquiratur habilitas per quam cessante apprehensione et voluntatis imperio moveatur ille motus tunc non est voluntarius. Sicut si forte voluntarie feriat lapidem deinde impresso impetu vel virtute motiva a forti in lapide moveatur lapis separatus a forte ille motus lapidis non erit vere voluntarius sed potius naturalis ut distinguitur contra voluntatem. Hee autem positiones due licet superficietenus videantur adverse facile tamen ad concordiam adduci possunt dicendo quod per motum voluntatem de intentione secunda intelligit Galienus motum non necessario insequentem voluntatis imperium provenientem tamen a principio dato a cerebro mediante lacerto. Et cum hoc aptum secundum voluntatis imperium provenire licet enim ad ipsum concurrat naturalis virtus ut sentit ipse dicit in libro de dysma capitulo de rebus quibus et specialibus pulsus et respirationibus ut in libro de motibus liquidis et hec idem motus est etiam naturalis ut sentit Averroys et per attributionem ad motores mixtos ex naturali et voluntario ut hic non videtur repugnantia. Ad argumenta principalia satis patet quid potest responsio

## TRACTATUS

de dyscrasia epatis. Et primo dubitatur utrum epar sit complexionis calide et humide et arguitur quod non primo epar est complexionis frigide ergo questio falsa. Assumptum probatur sit epar per propriam eius temperamentum est humoris frigidi per se productivum quod est flegma

teneret ideo quod non per se producitur fri
gidum nisi a frigido et patet assumptum
quia epar est per se humoris flegmatici
et melancolici generativum Confirmatur
quia tantus gradus frigiditatis quantus
est in ipso flegmate naturali primo
in epate generato non profuit in chilo
vel in materia ex qua generabatur flegma
ergo ab aliquo agente productus per
se est tantus gradus frigiditatis in fleg
mate sed non apparet aliud tale nisi
epar ergo tantum gradum frigiditatis
per se producit epar et per consequens
est frigidum Secundo sic arguitur
epar est sanguinis congelatus ut ab eis
colligitur prima primi capitulo de com
plexionibus membrorum Tertio epar
est complexionis sicce ergo etc. Assumptum
probatur quia vena ab epate sicut bene
sunt complexionis sicce ut colligitur
prima primi allegato capitulo et pri
mo complexionum ultimo capitulo sed
vena antecedunt suis principiis ut supra
ratio alium igitur Confirmatur idem
sic epar per se est intensive siccitatis pro
ductivum nisi sicca ergo epar est siccum
probatur maior quia tantus gradus
siccitatis quantus est in colera vel me
lancolia naturali in epate generata non
profuit in cibo vel chilo mirandum
enim esset in cibo quantumlibet humido
esse actu gradum siccitatis tantum sicut
in colera vel melancolia naturali Ille
ergo gradus in generatione colere
fuit ab aliquo agente per se productus
et non videtur aliud quam epar ergo
etc. Quarto epar est calide et sicce
complexionis ergo non calide et humide
Assumptum probatur quia caliditas
epatis multum excedit temperamentum
in genere membrorum sed caliditas
multum temperamentum excedens as
sociat secum siccitatem temperamentum
excedentem ut colligitur prima primi
capitulo de complexionibus etc.
Confirmatur plus recedit a tempera
mento tunc caliditas epatis quia cali
ditas cordis calidi tantum in primo
gradu a caliditate corporis temperati
sed caliditas primum gradus corporis
calidi tantum associat sibi siccitatem ex
cedentem temperamentum ergo a
fortiori caliditas epatis associabit sibi
siccitatem temperamentum excedentem
Secundo caliditas epatis non sunt mi
nor humiditate eiusdem nec minor nec
eidem equalis ergo epar non est cali
dum et humidum probatur assumptum
primo enim quod non minor quia cali
ditas naturalis epatis debet humidum
regulare et per consequens excedere
Similiter epar in latitudine membrorum
calidorum gradualiter in tertio aut
quarto ponitur ordine sed in latitu
dine membrorum humidorum gradua
tur multum infra hunc ordinem ut
in ordine octavo ut patet prima primi
et primo complexionum allegatis capitulis
et etiam per idem patet quod caliditas
epatis non est humiditati eiusdem equa
lis quod etiam non sit maior arguitur
quia epar est fons humiditatis cum ut
infra declarabitur sed non est fons
caliditatis tantum solum licet sit huius
modi ergo humiditas epatis excedit
caliditatem eiusdem Oppositum
colligitur prima primi et primo com
plexionum allegatis capitulis et est de
intentione omnium auctorum In ista
questione premittenda sunt primo
quedam preambula 2o conclusiones
de quesito. Quantum ad primum
sciendum quod epar ut supra declaratum
est est unum de membris principalibus
nostri corporis unica traditione ex dictis
auctorum huiusmodi collecta talis descripti
potest Epar est membrum principale
in dextro latere sub costis superioribus
situatum figura concava lunari figuratum
quinque vel quatuor pennulis sive ad
ditamentis distinctum secundum partem
eius concavam stomachum ample
tens secundum gibbosam dyafragmati
alligatum ex parte rete vel tunica concavam
te et panniculis involventem et suspen
dente venis quoque per substantiam
eius ad modum rete dispersis consti
tutum sanguinis et humorum naturalium
organum primo productivum Est
autem principale membrum quoniam
venarum naturalis virtutis ut prima
primi capitulo de membris et per eius

temperamentum productivum
spiritus naturalis

temperamentum productivum spiritus
naturalis necessario effective concur-
rentis ad conservationem individui.
Situatur autem in dextro latere quia
epar debet esse calidius sub dya-
fragmate et hec in homine secundum
intentionem nature licet monstruose visum
fuerit hominem habere epar in sinistro.
Splenem vero in dextro latere situatum
ut colligitur secundo de historiis 22o
capitulo et in libro meo. Est eius figura
tamquam lunaris et est secundum non
gibbosam partem sed concavam am-
plectens stomachum ut ex eius de ca-
lore digestiva stomachi vigoretur.
Dividitur autem notatur quinque vel quatuor
penulis non enim semper apparent in
epate humano huiusmodi additamenta
quinque divisa sed frequenter solum
quatuor ut primo colliget et primo
aliorum capitulo de forma et ana-
tomia. Habet insuper epar duplicem
panniculum scilicet substantiam eius
involventem et continentem dantem
sibi sensum a quo etiam transfunditur
villi tenues qui per substantiam e-
patis dispergiuntur. Habet etiam pa-
niculum suspendentem ipsum dyafra-
mati et dorso suspenditur et alligatur.
Disperse vero sunt vene usque ad minu-
tissimas et capillares divise per inter-
nam substantiam eius ut chylus per
eas acceptus per ipsas dispersus et
quasi ad unam uniformem una divisus
a calore epatis fere uniformiter actu-
getur ut melius in sanguinem et humo-
res transmutetur. Dividitur etiam in compo-
sitione eius pars carnea mollis valde
simul sanguini congelato propter quod
dixit Avicenna epar esse quasi sanguinem
congelatum cuius virtute chylus in humo-
res transmutatur dicitur autem sanguinis
et humorum organum primo productivum
et principalissimum secundum Galieni
sententiam vel dicitur primum in or-
dine ad differentiam cordis quod est ul-
timo sanguinis perfectivum. Ex quibus
colligitur epatis plena descriptio. //
Premittendum est 2o epar in sua
complexione graduari posse primo
quantum ad complexionem eius in-
natam tantum 2o quo ad complexio-
nem innatam simul et influentem que
dicitur innata actuata per influentem
ut supra declaratum est. Premitten-
dum 3o in proposito quod de complexione e-
patis respectu medii generis membro-
rum sibi cum et non respectu medii
proprie specierum. His premissis sit hec
prima conclusio epar quantum ad
complexionem eius innatam tantum
esse calide et humide complexionis
probatur sic complexio epatis re-
sultans ex mixto partium ipsum integran-
tium est calida et humida ergo. Assumptum
probatur quia in tali compositione mul-
tum dominatur pars carnea que cali-
da et humida est ut evidens est ergo.
Ex hac sequitur 2a conclusio quod quan-
tum ad complexionem innatam ac-
tuatam per influentem epar est ca-
lide et humide complexionis probatur
sic calidius et humidius est epar quantum
ad complexionem innatam actuatam
per influentem quam secundum complexionem
innatam tantum eo quod complexio innata
actuata per influentem supra complexio-
nem innatam tantum addit calidita-
tem et humiditatem spirituum etc. Sed per
primam est epar calidum et humidum
per precedentem complexionem ergo.
Tercia conclusio epar plus recipit a
medio gradum per excessum caliditatis
quam humiditatis excessum patet per unum
argumentum adductum ante oppositum
epar enim in ordine calidorum ponitur
in quarto ordine. Cum in latitudine autem
humidorum gradum obtinet valde
inferiorem. Item operatio ad quam
finaliter ordinatum est epar est di-
gestio secunda que magis calido quam
humido perficitur. Est enim digestio
perfectio huiusmodi a proprio et na-
turali calido quarto metheororum
ergo etc. Ex ista conclusione sequitur
quod potentius est epar ad calefaciendum
membra per eius influxum apta ca-
lefieri quam ad ipsa humectandum vel aliis
partibus activior enim qualitas est cali

ditas quam humiditas et cum hec in epate est dominatior etc. Quarta conclusio licet ita sit in latitudine sanitatis membrorum et eorum influxum corpus humectari magis denominabile est epar humidum et humectativum quam sit denominabile calidum vel calefactivum in latitudine membrorum per eorum influxum corpus calefaciencium. Declaratur quantum ad hanc conclusio quia epar inter cetera humectancia est maxime humectativum influit enim membris sanguinem quo potissime humectantur membra sed in latitudine calefaciencium non est membrorum maxime calefactivum quia solum tale est cor quo ut et hic est sermo de humectatione naturali et substantifica cerebrum enim non est minus epate accidentaliter corporis humectativum. Et si arguitur contra quia plus dependet dum membrorum humiditas ab humiditate cordis quam ab humiditate epatis ergo magis humectativum est cor quam epar. Assumptum probatur sic plus consequitur cordis ad desiccationem cordis quam ad desiccationem epatis ergo plus humectatur totum ad humectationem cordis quam epatis. Assumptum patet in marasmo et consequencia patet intuenti. Pro isto dixerunt aliqui cor esse principium formale humectandi corporis epar vero ponunt materiale. Epar enim prebet materiam humectandi membra quia tamen hec non possunt membra humectari nisi concurrente corde in fluxu perficiente et digerente actiones virtutem membrorum in hac materiam ergo cor magis humectat formaliter et hoc probat argumentum epar vero materialiter et hoc volebat conclusio. Aliter dicitur aliud principium quo dependet concomitans humiditas substancia est duplex unum mediatum et principale aliud immediatum et secundarium / primum est cor / secundum est epar. Et consequenter concedunt absolute plus pendere humiditatem totius a corde quam ab epate

plus enim pendet quilibet effectus a priori quam a posteriori in causis essencialiter ordinatis. Cum ergo a corde pendeat epar et eius operatio a quo pendet humiditas totius sequitur illam principalius a corde pendere immediate tamen ab epate et sic moderanda est conclusio illa vel eius probatio sic etiam intelligendum est epar esse fontem humiditatis totius substancie humectativum iuncturis enim membrum est immediate totius corporis substantifice humectativum sed epar licet bene immediate sed hec plus inferius. Ad argumenta principalia ad primum neganda est consequencia quid autem sit per se producens gradum frigiditatis inflante reperitur et etiam in quo dum primo generatur in epate et similiter sanguis cholera videbuntur infra quamvis hec difficultas sit magis physica. Ad secundum dicitur quod epar est sanguis congelatus improprie sumendo congelationem ut quod tenditur ad coagulationem provenientem a calido non tamen est sanguis congelatus proprie sumpta congelatione que est inspissatio et induratio a frigido quarto metheororum. Ad tercium neganda est consequencia oriatur enim verum a .... resolutiva sit humidum et verum siccum. Et dicitur quod omnia artes[?] sunt principiis in virtute et raro secundum operacionem non tamen in complexione naturali sed de hoc satis visum est supra de confirmacione videbuntur infra. Ad quartum dicitur quod caliditas epatis est multum recedens a temperamento cordis et quod caliditas huiusmodi quanta humiditati sibi proporcionate temperamentum etiam cordis multum excedenti necessario sibi assonat similitatem qualiter autem interpretanda sit illa auctoritas visum est prima primum allegato capitulo. Ad confirmacionem patet negandum esse consequenciam caliditatis enim corporis calidi cum in primo assonatur temperamento in humido caliditas

vero epatis non contingunt humido
temperato temperamento tali quali
requiritur in cute ut patet ideo etc. Ad
ultimum vero quod dictis patet questio-
ne qualiter dicendum sit etc.

Utrum san-
guis sit quartus humor
ab aliis tribus humoribus
scilicet flegmate melancolia et colera spe-
cifice distinctus. Et quod non arguitur
primo quia si sic natura debuisset
ipsum purum et non aliis humoribus
admixtum ad membra transmittere
nutrienda quod est contra experimentum.
Arguitur secundo quia cuilibet membro
nutriendo convenientior est sanguis
quam aliquis alius humor ergo pro nutrimento
alterius quam proportionem cum corpore redditur
sanguis unius nature conveniens per
nutriendis enim disconveniens aut
convenientiorem unius compositionem cum
convenienti et aut magis convenienti
redditur. Medicinis convenientis et
patet assumptum discurrendo per
singulas sanguinis et aliorum humorum
qualitates. Est enim sanguis calidus
dulcis et humidus facile digestibilis
reliquorum enim humorum nullus est
talis et colligitur idem 3° de historiis
capitulo de sanguine et secundo de partibus
capitulo de natura sanguinis. Preterea san-
guis per flebotomiam extractus reperitur
in ~~totum~~ sortiri tres substantias separatas
scilicet partem que est sicut fex subsidentem
et hoc est melancolia et in partem
que est sicut spuma supernatans et illa
est colera et partem aquosam aliqua-
liter albinam cum non coagulatur scilicet
que non est nisi flegma. Cum ergo
omne compositum resolvitur in ea
ex quibus componitur sequitur massam
istam humoralem ex sic istis
tribus substantiis esse compositam.
Tertio partes sanguinem componen-
tes proportionantur partibus ex quibus
resultat substantia lactis. Lac enim
sanguis digestus est et non corruptus
quarto de generatione animalium capitulo
decimo quarto unde Mesue de appropri-
capitulo de ipso lac est sanguis bis
coctus sed substantia lactis non nisi ex
tribus substantiis integratur ut quarto
de simplici medicina distinctione 3a
scilicet ultimo capitulo et casealis que pro-
portionatur melancolie et butirosa
que colere proportionatur et serosa que
flegmati proportionata quod in hoc ani-
maliter colligitur decimo animalium ca-
pitulo inepta principium dum Galienus
dixit quod quamvis nos videamus sanguinem
rem unam sicut videmus lac candidum ta-
men significat nobis quod non est res
una sicut lac etiam non est res una
vide ibi. Quarto quod quolibet genito
per veram digestionem derelinquitur aliquid
illius digestionis superfluum sed ex
digestione sanguinis ut est quarta sub-
stantia non derelinquitur aliquid superfluum
ergo sanguis ut quarta substantia
non per veram digestionem gene-
ratur et per consequens non erit quartus
humor. Minor probatur distinguen-
do per singulas superfluitates ex secunda
digestione derelictas tales enim non sunt
nisi aquosa superfluitas proportionata et
spumosa quarum nulla ut patet
proportionatur sanguini. Pro isto forte
dicitur quod alii tres humores sunt su-
perfluitates sanguinis. Contra si colera
et melancolia sunt superfluitates
sanguinis cum etiam tam colere quam
melancolie sit superfluitas aliqua ut
superfluitas erit superfluum et sic erit
processus in infinitum in superfluitatibus
non enim apparet quare magis unius
quam alterius superfluitas possit esse
superfluitas. Item semper superfluitas
debet proportionari ei cuius est superfluitas
sed nec melancolia nec colera propor-
tionatur sanguini sed in complexione
penitus contrariantur eidem saltem
melancolia ergo hii humores non
sunt superfluitates sanguinis. Quinto
si questio esset vera sequitur quod repi-
bilis esset medicina solutiva elec-
tiva et sanguinis deductiva quod non
videtur ab auctoribus positum. Arguitur
quia quia sicut aliis humoribus

correspondet medicina contrarium eductiua
sanguinem si est humor ab aliis distinctus
correspondere debet medicina electiua
ipsius eductiua. Nunc enim apparet
in hoc naturam defecisse. Secundo si
quod dabilis esset febris putrida sanguinea
inpolata et putredine sanguinis ab
aliis humoribus distincta quod si conceditur
contra qua ratione potest sanguis
intra venas putrescere eadem ratione
potest putrescere extra venas quibus
autem humor putrescens extra venas
facit febrem prodictam inpellatam quod
quod fuit ab auctoribus positum. Item
difficilius videtur veritati aliis paribus
flegma putrescens aut melancolia pu
trescentem intra venas et extra venas
ad aliquod tempus precipue compellere
quod sanguineum intra venas putrescere
eo quod quilibet illorum humorum est
grossior viscosior et rebellior sanguine
sed natura potest facere primum ymo
illud frequenter facit ergo et secundum
et per consequens frequenter reperitur
febris sanguinea prodita inpolata. Ter
tia ratione propter malam qualita
tem materie flegmatice et melancolice
indeterminato tempore putrescere
derelinquitur et faciente compressionem dere
lictam potest sibi similis materie re
aggregatio et propter posicionem eadem
ratione a materia sanguinea indeterminato
tempore putrescente derelinquitur propter
mala qualitas sanguinis reaggregativa
quo posito inesse si sanguis ex quarta
substancia non minus reperibilis erit
sanguinea prodita quam melancolica
vel flegmatica. Assumptio probatur quia
non minorem ymo maiorem facit in mem
bro impressionem sanguis putrescens
quam flegma putrescens aliis paribus eo
quod utriusque ipsorum imprimit per caliditatem
tem eius putredinalem que multo ve
hementior est in sanguine quam in flegmate
Item quare in flegmone ubi putrescit
sanguis evacuata materia non potest
relinqui in membro mala qualitas sed
ymo reaggregativa. Item ubicumque com
possibiles sunt cause sufficientes alicuius
effectus ille est possibilis sed possibile
est intra venas evenire locum principium
actuationis sanguinis et motus ipsius
ad putredinem cum fortitudine compul

sive virtutis ad ipsum sub certo gradu
putrescentem extra venas compellendi
que videntur sufficientes cause inpe
lare sanguinis si questio esset vera quod in
ideo forte conceditur hoc propter hec
quod possibile est ex sanguine putrescere
febrem prodictam. Contra quia non ap
paret quo prodito prodabat illa febris
non enim terciano vel quartano vel
cotidiano quia qualibet est proprie
tas colere flegmatis et melancolie vel
quotidiana vel septana ut quia tales
febres reducuntur multas ut primum
quarto capitulo de quotidiana. Ultimo
ad idem videtur modus communis me
dicorum dicencium sanguineum sumptum
pro tota massa humorali esse aliquando
colericum dominante ubi colera aliquando
flegmaticum dominante flegmate et
quandoque tamen sanguineum taliter
sumptum dixerunt esse sanguineum
in illa massa dominante sanguineum in
quarta substancia et hec videntur signa
quod in tali aggregato non reperitur aliqua
una substancia que sit sanguis per
cuius dominium super alios humores
hec sit denominandum sanguineum
Oppositum colligitur ex intencione
omnium auctorum. Dicendum est quod de
ista questione inveniuntur posiciones
due prima est plurium quam secundo tegni
illa parte Ex partibus concludit nos
ponens sanguineum non esse humorem
simul a colera flegmate melancolia
compensiore distinctum sed aggregationem esse
ex hiis tribus ad invicem quantitas qui
cum fuerint complete secundum proportio
nem nature convenientissimam dicitur
illud aggregatum sanguis temperatus
dum vero fuerint complete compositione
disproporcionata esset sanguis ille
malus dispositus melancolicus domi
nante melancolia et si dominans fuit
colerica denominabitur ille sanguis
colericus et si flegma flegmaticus etc.
Et ex hoc patet cur medici denominant
illud aggregatum sanguineum medici
enim in eo dicuntur substancia aliqua
que sit sanguis. Ex quo ulterius patet
penes hanc posicionem solum tres esse
humores naturales comparatione vel abinvicem
compensitate distinctos patet ulterius

sanguinem proprium non esse humorem
sed quoddam ex humoribus compositum
et in hoc similitudine lactis ut sanguinem
non concludit sicut enim lac non est
pars casealis serosa vel butirosa sed
aggregatum ex hiis sic proportionabiliter
de sanguine dicendum videtur autem
ut supra argumentum est hanc positionem
pluribus signis et articulis supra tac-
tis persuasit. Secunda positio mentibus auc-
torum conformior ponit quatuor esse
humores ab invicem essentialiter esse
specie distinctos scilicet sanguis colera etc.
Et consequenter quod sanguis non est
aggregatum ex tribus aliis sicut ponit
prima positio et hanc positionem declarando
primo ponuntur quasdam humorum
descriptiones et suppositiones 2° con-
clusiones de quesito. Quantum ad
primum est sciendum quod hic terminus
humor penes auctores sumitur mul-
tipliciter primo satis large pro quo-
libet corpore fluido qualiter aquam
et cetera liquida denominative nomina-
mus humores 2° simpliciter pro
quolibet corpore fluido in humiditate geni-
to qualiter chyli humiditas secunde
sperma etc. humores appellantur. 3°
sumitur pro qualibet humiditate me-
diate vel immediate ex chylo in nobis
generata ad nutriendum membra fina-
liter ordinata qualiter rorem sanguinem
cambium appellamus humores et sic
dividitur humor in humorem primum
et secundum ut Avicenna prima primi
capitulo de humoribus et quarto meteororum
capitulo de humore. Ultimo sumitur
humor pro corpore solum liquido ex
chylo per secundam digestionem in
nobis producto et sic sumitur in propo-
sito. Et describitur prima primi alle-
gato capitulo taliter humor est cor-
pus humidum actualiter liquidum
in quod in primis mutatur convertitur
Dicimus autem corpus humidum ac-
tualiter licet aliquis humor sit actualiter
siccus ut colera dicitur liquidum ad
differentiam membrorum aliorum humidorum

non tamen liquidorum in quod in pri-
mis mutatur convertitur chylus ad dif-
ferentiam chyli et humiditatum secundarum
que mediate ex chylo generantur. Com-
pletior autem est hec descriptio sed sic
supplicatur humor est corpus humidum
liquidum in quod in primis i. immedia-
te convertitur i. chylus aptus est converti per
actionem caloris naturalis secunda di-
gestione digerente. Additur autem
hoc aptus converti propter sanguinem ex fle-
mate generatum et supplicatur in quod
vel sibi simile. Subiungitur autem
per actionem caloris etc. propter humo-
res non naturales ex corruptione chyli
et aliorum humidorum generatos ut prima
primi declaratum est. Et ad hanc diffi-
nitionem reduci potest diffinitio data
ab Avicenna quarto meteororum allegato talis
humor est corpus humidum nutriens
et alterans ad bonum. Est autem humor
taliter sumptus secundum sententiam auc-
torum quadruplex scilicet sanguis flemma
colera et melancolia. Sanguis est
humor primus qui a sua naturali dispo-
sitione non remotus est in complexi-
one calidus et humidus in colore ru-
beus in odore suavis in sapore dulcis
per temperatam decoctionem ex se-
cunda digestione productus. Colligi-
tur materialiter hec descriptio ab Avicenna quarto
de animalibus allegato capitulo. Et
dicitur humor primus ad differentiam
aliorum humorum secundariorum humi-
ditatum dicitur calidus etc. ad differentiam
aliorum humorum ei naturali dispositione
etc. propter sanguinem innaturalem
flemma vero est humor primus qui
in naturali sua dispositione existens
est in complexione frigidus et humidus
in colore albus in sapore dulcis per
diminutam decoctionem ex secunda di-
gestione productus per ulteriorem
in sanguinem transmutari dispositus
dicitur autem frigidus et humidus ad
differentiam sanguinis et aliorum dulcis
ad differentiam colere per diminutam
decoctionem etc. denotetur per
hoc eius aptitudo ad sanguinem est
enim materia facilius in sanguinem

transsumptabilis et hoc finaliter or
dinatis propter non ordinantur natu
ram receptantibus sicut colere et me
lancolie ut prima primi allegato ca
pitulo unde secundum Avicennam naturalis
ultimo capitulo flemmatis autem melius
fecit organa natura purgativa quo
niam frigidum et humidum et velud
semidigestum ad nutrimentum est indigestum
ergo non evacuatur hoc tale sed in cor
pore manens alterari. Colera vero
licet multipliciter accipiatur ut bene dis
tinguit q° differentia nonagesima
prima ut proposito tamen placet est
humor primus in complexione ca
lidus et humidus colore rubens sa
pore amarus odore ardens sanguis
spume similatus per decoctionem
superfluam ex secunda digestione pro
ductus melancolia autem humor in
colore opacus complexione frigidus
et siccus sapore ponticus tamquam fex
ypostasis ex digestione sanguinis se
paratus. Conveniunt autem omnes hii
humores agente quia tale est calor
epatis et materia quia omnes ex chilo
generantur. Differunt autem for
mis et finibus modo pluribus collectis
prima primi et 2° Avicenna naturalis
allegatis capitulis et aliqualiter sexto
de juvamentis 3° capitulo. Et nota
quod humor proprie sumptus ut supra
analogice descriptus sive dicatur de hu
more naturali et non naturali non ge
nerato per secundam digestionem
ut potest patere intuenti hiis descriptio
nibus premissis. Sit hec prima sup
positio ad colorandum secundam sup
positionem quod sanguis a sua naturali
dispositione non notabiliter permutatus
est est in comparatione ad alium calide
et humide complexionis licet compatio
ne aliorum humorum sit complexi
onis temperate hec est de mente omnium
auctorum. Sanguis enim naturalis
est communis materia nutritionis
omnium membrorum quam oportet esse
calidam et humidam ideo etc. Secunda suppositio
suppositio est quod fleuma naturale in
corpore naturaliter disposito quantitate

dicatur corpori. Ex quo patet quod
totam molem fleumatis et melanco
lie simul multum quantitatem ex
cedit calidam. Tercia suppositio
est hec quod non plus excedit a tuli calore
notabiliter colera per excessum calo
ris quam fleuma per excessum frigoris. Quo
minus patet frigidius enim quod est in
corpore est fleuma prima primi
capitulo de complexionibus membrorum
et primo complexionum ultimo capitulo.
Quarta suppositio est quod calor na
turalis in materiam aliquam differ
mem agens est partem aliquam eius
superflue decoquere et aliquam par
tem solum diminute sufficit aliquam
partem mediocriter et temperate de-
quoquere ut saltem sic esse non repug
nat patet enim ubi est extremum utrumque
reperibile non repugnat medium reperiri.
Tunc sit prima conclusio quod sanguis
non est precise aggregatus ex colera et me
lancolia et fleumate ut possint plus
quod q° ipsum detur primo quia tunc sanguis
esset respectu aliorum complexionis
frigide. Contra primam suppositionem
arguitur consequentia quia in aggregato
ex colera fleumate et melancolie pars
frigide dominatur et tales respectu
aliorum sunt frigide g° etc. Assumptio pro
batur quia non minus frigidum
est fleuma respectu aliorum quam sit colera
calida respectu eiusdem per terciam
suppositionem et ad hoc multum
quantitative dicatur fleuma colere
per secundam suppositionem g° etc.
ad quod convenit etiam quod melancolia
est frigida. Secundo materia chilosa est ma
teria secundum suas partes differentes
nunc aliquam partem sufficit calor e par
te superflue decoquere quo posito necesse
pars illa temperate decocta non erit co
lera fleuma vel melancolia. Erit ergo
humor distinctus ab aliis. Item contra
arguitur sit dato opposito conclusionis g° etc.
sequitur quod fleuma per ulteriorem
decoctionem non est transsumptabile
in sanguinem tunc ergo sanguis non
sit nisi colera fleuma et melancolia
tunc fleuma convertetur in fleuma

coleram et melancoliam et sic secundum
partem in flegma transmutaretur
quod non est rationabile Secunda con
clusio sequitur quod sanguis est quarta sub
stantia ab aliis tribus humoribus
specifice distincta patet quia ut sanguis
est hic quarta substantia vel aggregatum
ex his tribus iam dictis non potest po
ni secundum precedentem conclusionem
et per hoc videtur intentio omnium auctorum
ut Avicenna prima primi capitulo
de humoribus et quarto animalium
allegato capitulo et galienum primo
electorum Et generaliter concordant omnes
auctores in hac sententia quod sicut omni
bus mixtis quatuor correspondent
elementa quia ut ignis aer etc. sic ita
omnibus membris nostri corporis qua
tuor correspondent elementa propria
humores dicti ipsis elementis quibus
proportionata Ad argumenta principa
lia ad primum negandum est illa quia
et ad probationem eius verisimiliter
illa quia cuilibet membro nutriendo co
nvenientior est sanguis quam aliquis
alius humor ergo per unumquodque aliorum
complexionem ad sanguinem redditur sed
quis non convenit licet enim colera sit
huiusmodi per eius tamen admixtio
nem ad sanguinem redditur sanguis
habilior ad penetrandum et membra
colerica nutriendum et consequenter
negatur quod per unumquodque distemperetur
aut non conveniet ei magis quam
complexionem illud fieri non conveniet
Ad secundum dixerunt quidam
quod licet sanguis per flebotomiam
contractus pro massa humorali ac
ceptus solum apparenter dividatur
in tres substantias vere tamen in
quatuor separatur quibus omnibus
commixta est pars sanguinea commix
tione sensui occulta Alii dixerunt
per flebotomiam quandoque extrahi
sanguinem purum qui tamen in
partibus suis est differens quod eius
aliqua pars flegmatica et aliqua cole
rica proportionata et propter hoc videtur san
guinem hunc esse ex tribus humoribus

aggregatum Consimiliter per omnia
dici potest ad tertium primo admissa
similitudine quod in lacte est pars pro
portionata sanguini que temperata est
sed est aliis partibus commixta sicut de
sanguine dicebatur vel dicitur quod lac
est una substantia unio per formam
unam licet in partibus suis difformis
in qualitatibus in modo substantie ad
auctoritatem vero galieni dicitur quod
sanguis non est res una penitus sic
ut aliter sunt in multis ethorogeneis
apparet. Ad quartum conceditur quod alii
humores sunt superfluitates sanguinis
et dicitur ulterius quod colera vadens
ad cistim et melancolia ad splenem
non sunt superfluitates colere et mela
colie naturalis existentium in venis sed
sanguinis dicuntur tamen illorum super
fluitates pro quanto superfluunt a
qualitate colere que in venis debite
sanguini commiscetur Alii concesserunt
superfluitatum esse superfluitates et hoc
posse in infinitum procedere si in infinitum
fierent subordinate digestiones Ad
confirmationem dicitur quod superfluitas
proportionatur ei cuius est superfluitas sicut
quod densa a calidiori est calidior et
frigidiori est frigidior Si autem
est in proposito melancolia enim propor
tionatur parti sanguinis grossiori flegma
vero aquosiori Ad quintum conceditur
debilem esse medicinam eductivam san
guinis licet illa forte non sit nobis cog
nita ut sensit galienus in libro de for
matione quarto capitulo Alii negaverunt
consequentiam ex quo per solam vene aper
tionem cum flegmate potest fieri conve
niens sanguinis eductio Ad sextum
conceditur esse possibile reperiri fe
cundinam sanguineam et cum hoc in
licet prodiat raro contingit et non
merito forme specifice sanguinis sed
de hac aliquid tangetur Ad ultimum
dicitur quod sanguis totus acceptus pro
tota massa humorali denominabilis
est sanguineus sicut colericus et fleu
maticus Acceptus autem pro quarta
substantia denominatur quandoque cole
ricus quandoque flegmaticus in proportione qua

maiorem habet similitudinem cum
colera vel flegmate ut sanguis sub
tilis igneus dicitur colericus flegma
vero aquosus flegmaticus respectu
temperati et non quia aliquis istorum
humorum sanguinem formaliter domi
netur

## Utrum omnia

membra nostri corporis nutri
antur ex solo sanguine Et
arguitur quod non primo quia
chilo et flegmate nutriuntur membra
aliqua quorum quodlibet est aliud
a sanguine igitur etc. Assumptum patet quia
ex chilo nutritur stomachus ut dicit Avicenna primo
capitulo flegmate autem similiter quia dum
est ut in sanguinem convertatur et nu
triat prima primi capitulo de humo
ribus Secundo arguitur ad salva
dum debitam nutritionem membrorum
preter sanguinem et alios humores
primos oportet ponere humiditates
secundas ex quibus nutriuntur mem
bra ergo non ex solo sanguine etc.
assumptum colligitur prima primi
allegato capitulo et primo quarti
tractatu tertio ad principium et primo
terapeutice sexto capitulo et primo de
differentiis febrium primo et secundo capitulo
Tertio ossa nutriuntur medulla que
procul dubio est alia a sanguine etc.
Assumptum colligitur prima primi
capitulo de sermone universali ossium
et in libro de malicia complexionis
diverse secundo capitulo et tertio vir
tutum animalium ultimo capitulo
dum inquit Et talis sanguis quasi
medulla ossibus. Quarto si ques
tio esset vera omnia membra nostri
corporis in suis naturalibus complexi
onibus essent similia Arguitur quia
quia cuiuslibet membri complexio
naturalis similatur ei ex quo nutritur
prima primi capitulo de complexio
nibus membrorum Sed ergo omnia membra
nutriuntur sanguine cum membrorum
naturalis complexio similatur san
guini sed que eidem sunt similia sibi
invicem sunt similia inter se ergo omnia
membra in suis naturalibus complexio
nibus sunt inter se similia hoc autem
videtur Galienus virtualiter secundo de
elementorum et Avicenna prima primi
capitulo de humoribus et aliqualiter
Ypocras in libro de humana natura
Quinto tunc natura non debuisset
sanguinem aliis humoribus commixtum
sed purum ad membra nutrienda trans
mittere si enim melancolia non esset mem
brorum nutritiva ipsa commixta san
guini potius videtur impedimentum nutri
tionem Experimento tamen patet in
flebotomiis sanguinem aliis humori
bus esse commixtum Et in farmaciis
effrontantibus primo alios humores et
ultimo sanguinem educentibus ut eo
electorum Sexto qualis est proportio
membri ad membrum in sua naturali
complexione talis est proportio nutri
menti ad nutrimentum eorundem membrorum
sed plurima membrorum nostri corporis
sunt complexiones naturales sibi in
vicem contrarie eo quod aliorum est complexio
naturalis calida et humida et aliorum
calida et sicca nullum autem tale
est sanguis cum sit calidus et humidus
ergo etc. Ultimo impossibile est os vel
nervum nutriri ex sanguine ergo questio
falsa Assumptum probatur sic impos
sibile est a complexione ossis vel nervi
sanguinem digeri ergo etc. probatur
assumptum quia non potest sanguis
naturalis a complexione ossis vel
nervi calefieri eo quod sanguis naturalis
quantumcumque frigidus est calidior osse
vel nervo sed non fit digestio nisi
a calore ut quarto metheororum
Confirmatur quia si os sanguine
indigeret nutriretur indiget per nutri
mentum posse infrigidari os et sic
non per debitam potest nutrimenti
administrationem complexio ca
lida ad temperatam vel frigidam per
mutari arguitur consequentia quia sic
per nutrimentum transmissum est
calidius osse ergo semper est aptum
calefacere et nunquam infrigidare os
Consimiliter potest argui de carne
a quolibet membro sanguine minus
calido Oppositum colligitur primo

de historiis animalium capitulo tertio
et capitulo 100 et 2o colliget capitulo
de iuvamentis sanguinis. Iam precedenti
questione tractatum est de humo
ribus primis quis est propter ma
teriam primam argumentum tractare
primo de humiditatibus secundis
secundo respondebitur ad quesitum.
Quantum ad primum nota quod
humiditatem secundam intelligenda
est humiditas quod primo humore
vel primis humoribus generatur
per secundam vel terciam digestio
nem dicitur terciam digestionem ad
differentiam sanguinis et fleumatis
generatio nunquam generatio non est per
terciam sed per secundam digestionem
hiis autem humiditatis talis est de
scriptio et colligitur prima primi
capitulo de humoribus est humor
a principali sua dispositione remotus
sive et ad membra delegatus sed nondum
pars effinens alicuius membri
simpliciter perfecta operatione. Nota quod
illa propositio humiditas secunda est
humor etc. est falsa ut verba sonant
concedenda tamen est secundum sen
sum quo ad Avicennam profertur.
Secunda humiditas est humiditas
ex humore generata et dicitur a
principali dispositione eorum in epate
acquisita. Dicitur autem ad membra de
legata scilicet nutrienda vel ad differentiam
humoris preter naturam semper si per
membra non apti nutrire vel ad diffe
rentiam sanguinis in venarum concavi
tate contenti qui licet sit a principali
dispositione remotus non tamen est
secunda humiditas quia nondum
nutriendum membra delegatus per hoc
autem quod subiungitur nondum pars
effinens differt a parte perfecte mem
bro assimilata que proprie non est
denominanda secunda humiditas.
Si quis autem probabiliter defensa
ret 2as humiditates non esse a sanguine
proprie distinctas posset sine glosa con
cedere quod secunda humiditas est humor
a principali dispositione remotus etc.
Necessitas autem ponendi has humidi
tates secundas propter humores primos

sumitur ex multis. Primo quia sic
mutatio intendit in mutatum proprio
nature transmutationis materie ge
nerationis membrorum in membra sic
mutanda prius transmutatur in humiditates
medias inter formas sanguinis
et membrorum ut colligitur 2a 3a 4a etc.
de generatione embrionis 9o etc. Secundo
quia processus nature ab extremo ad
extremum non est per saltum sed per
paulatinum progressum ab extremo
ad extremum per medium et a medio ad
extremum sed sanguinis et membrorum
dispositiones sunt abinvicem equaliter
distincte ergo probabiliter est sanguinem
non immediate in membri substantiam
transmutari. Item aliter dicerent sed
quis sanior vino grossior et frigidior.
Capiatur enim aliqua pars ossis nunc
primo ex sanguine generata et patet
illam in tercia proportione grossiorem
sicciorem et frigidiorem esse vero
ergo per tempus ante hoc fuit materia
ex qua est generata hec pars sub gros
sine frigiditate et siccitate maiori
vero sed continue ante hoc fuit
sub forma sanguinis sed non sanguineum
et ob non radix humiditas secunda
media erit etc. Pro isto etiam facit
experimentum videmus enim in membro
rum concavitatibus contineri humi
ditates dealbatas a natura sanguinis
notabiliter remotas. Sciendum
est secundo quod auctores ex hoc promo
ti sunt ponendum has duas humidi
tates esse quatuor quia prius antequam
ex nutrimento communi membrorum
fiat integra membri restauratio quatuor
perpenduntur in nutrimento notabiles mu
tationes. Prima manifestatur in
humore contento in extremitatibus
parvarum venarum tunc enim primo
apparet sanguis a dispositione in epa
te acquisita in colore et substantia et
aliis accidentibus notabiliter mutatus.
2o manifestatur dum effunditur
ex extremitatibus harum venarum
conclititur etc. in substantiam tenuem
limpidam rori similem et semper
transit per superficiem membrorum.
Tercia apparet in ea mutatione dum ad
porositates intrinsicas membrorum

attrahitur tunc eius ingrossatur secundum
exigentiam membri influenti nutrien
di et acquirit complexionem sibi similem
Ultima apparet mutatio qua sub
stantia membri vincitur et convertitur et per
fecte assimilatur ita et tandem inter
ipsum et partes membri nulla in colore
complexione et modo substantie diver
sitas comprehendatur et secundum hec
quatuor ab auctoribus componuntur
secundum quod humiditates prima est humidi
tas contenta in extremitatibus par
variarum venarum et est nomen non
habens. Secunda est ros vel humiditas rori
dum ideo talaliter nominatur quia
ad similitudinem herbas et flores ro
rantis membra humectat et rorat
super que diffunditur. Tertia est
dicta cambium ideo quia in porositatibus
membri succedit loco partis dissolute
unde videtur quod ea tunc parte dis
soluta cambium vel permutatio fieri.
Quarta vero dicitur gluten ideo
quia ad glutinis similitudinem mem
bro cui apposita est mectitur et dis
tatur et partibus eius vera continua
tione continuatur. Has vero quatuor
humiditates posuerunt quidam ab
invicem et a sanguine specie essentia
liter differre sic ergo quod in genera
tione prime humiditatis ex sangui
ne corrumpitur forma sanguinis
preexistens et nova forma substan
tialis humiditatis introducatur et
similiter in generatione ceterarum ex pri
ma humiditate et cambium ex rore etc.
Alii autem posuerunt has humidi
tates non esse ab invicem specie sive es
sentialiter distinctas sed solum secundum
accidentales dispositiones easdem
acquisitas penes quod tenendum
est quodlibet membrum immediate ex
sanguine esse nutribile et sanguis mu
tatus mutatione prima iam dicta
idem manens appellatur prima
humiditas de secundum recipiens aut
secundam mutationem nominatur
ros et sic deinceps. Et istas quatuor
humiditates Avicenna sigillatim
prima primi allegato capitulo sic describit

Prima humiditas est humor con
tentus in foraminibus extremitatum
parvarum venarum simplicibus
membris membris compinquans imbibendum
et humectandum ea scilicet simplicia
membra. Habet enim alia licet imbiben
tium vel intus in se recipiendum ea scilicet
primam humiditatem quam extre
mitatem parvarum venarum in suis
porositatibus imbibunt. Nota tamen
hanc descriptionem ut sonat non nisi
humiditati de secundo esse convenire
patet enim quod illa humiditas ex qua
nutrienda est vena magis non con
tinetur in foraminibus extremitatum
parvarum venarum. Avicenna ta
men hanc humiditatem ex parte
situs in cardiologia intendens ipsam no
tificat quod sitii huius humiditatibus
secundum plurimum convenire. Licet
alii exponunt per hanc non sicut
solum describi humiditatem primam
subordinatam nutritionem membrorum
aliorum a venis huius enim situs ma
nifestior existit ut per hanc possumus
comprehendere illam quarum situs
est occultior. Ad perfectionem autem
descriptionis posite supplende sunt pre
clausule posite in generali diffinitione
humiditatis secunde scilicet prima hu
miditas est humor a principali dispo
sitione prima naturali mutatione
conversus ad membra nutrienda a natura
delegatus secundum plurimum in ex
tremitatibus parvarum venarum
contentus. Et dicitur prima nutri
bili notabili a mutatione conversus
ad differentiam rorum et aliarum
secundarum humiditatum. Et dicitur
ad membra delegatus ad differentiam
materie preternaturaliter ad membra
fluentis. Nota tamen per extremitates
non solum intelligendum esse extrema
longitudinis vene verum etiam qua
libet partem ad exteriorem superficiem
vene terminatam in qualibet enim tali
parte notabili sunt pori per quos potest
vena influentium ad membra diffun
dere. Et ex hac descriptione potest pro
babiliter concludi non in quolibet membro
nutriendo reperibile esse humiditatem

prima de secunda non enim ad continge
membri nutriendi sunt porositates
parvarum venarum Et si arguitur
contra quia tunc non quodlibet membrum
contra humiditate de secunda in
ex prima humiditate de secunda im
mutetur neganda est consequentia
sicut non sequitur non in quodlibet
membro reperibilis est sanguis ergo
non quodlibet membrum nutribile
est ex sanguine licet enim non sit in quo
libet membro hec humiditas reperibilis
in quolibet tamen reperibile est aliquid
generatum ex ea puta cambium Vel has
tamen probabiliter teneo in quolibet
membro esse hanc humiditatem primam
reperibilem et quod ad hoc ut sit denomina
da prima humiditas non requiritur
ipsam contineri in concavitatibus ut
sed sufficit ibi ipsam fuisse productam
et eam hoc esse sub dispositione tali
sub quali fuit ibidem generata vel
saltem sub dispositione illa non nota
biliter differente etc. Secunda vero hu
miditas ut loco preallegato colligitur
est humor transiens sicut et ros per
membra simplicia aptus in nutrimen
tum converti dum corpus nutrimenta
ret membra humectans aut consumi
ri prohibens cum eisdem aliqua causa
fortis ad consumendum occurrit et di
citur sicut ros etc. quia hec humiditas
est limpida tenuis simul rori ut per
membra et iuncturas expansa sicut ros
super herbas et folia earum ab arefac
tione prohibet per hoc differt a cambio
et humiditate prima hec enim sunt po
rositatibus membrorum imbibite Ros
autem nec in poris venarum nec in
concavitate venarum nec membrorum
est reconditus et hanc differentiam in
nuit Avicenna prima quarti tractatu
in quarto 2o capitulo dum inquit de illo
quod est repositum in venis et de illis
est quod est dispersum in membris sicut
ros et infra primo remanet de illo illud
quod est in sentina exponendi et quod
est in sentina retinendi et dicitur ap
tus in nutrimentum converti ut ad consolidatio
nem grana cum ros a natura pro
ducetur solum nutrire membra dum nutri
mento carent et humectant ea et

prohibent ne a fortibus causis con
cavitatibus consumentur Ex quibus patet
generalis convenientia et differentia
inter rorem et flegma naturale nam in
generali conveniunt nam vtrumque ipso
rum ad membrorum nutritionem
et eorum humectationem finaliter
ordinatur differunt autem primo
quia flegma non est a principali dis
positione et data sibi ab ex parte natura
conversum Differunt secundo quia per
multo plures transmutationes me
dias transit flegma in nutrimentum
quam ros flegma enim per ulteriorem de
coctionem primo transit in sanguinem
ros autem in cambium Item differunt
ex parte humectationis quia cum ros sit
dispositionem membri satis propinquus
humectat membra humectatione tali
satis huic membro quam aliter proportio
nata Flegma vero a membri dispo
sitione distantius humectat quadam
humectatione etc. Ex quibus ulterius
patet quod ad describendum perfecte hu
morem rorem oportet in eius descrip
tione has clausulas resumi Scilicet ros
est humor a sua principali dispositione
2a mutatione notabili conversus etc.
per hoc enim differt a flegmate ut
patet intuenti 3a autem humiditas
est humor qui iam coagulatus sunt
et qui est in nutrimentum conversum in
substantiam membri ex parte complex
ionis nondum tamen ex parte esse
completum et similitudinis conversum
fuit Advertendum est autem huiusmodi
intellectum quod de transitu humiditatis
prime de secundum ad nutriendum me
brum per humiditates secundas me
dias due sunt positiones prima posuit
non esse possibile ex prima humiditate
fieri membrum vel partem nisi primo
convertatur in rorem et consequenter
per quatuor humiditates que sunt secundum
nature ordinem sicut essentialiter con
sequentes sic quod nutrimentum quod debet
converti in substantiam membrorum ne
cessario primo transit per omnes qua
tuor humiditates secundas et quod neces
sario primo quam humiditas prima

vel eius materia recipiat formam
cambii recipit formam roris et sic deci-
tur (?) et secundum hanc viam exposi-
ta est dicta descriptio. 3a est humiditas que
est humor qui parum ante coagulatus
fuit humidus tamen radice ex quo hec 3a
humiditas generatur valde raro consistere
ut in hac transmutetur oportet ipsum
coagulari idem parum ante quam stat
ante quando erat ros coagulabatur et
ad membri porositates internas attrac-
to generata est hec tercia humiditas.
Secunda vero ponit non necessario
ex prima humiditate generari rorem
quam gluten 3a humiditas potest enim
prima humiditas immediate in cambium
transmutari absque hoc quod ipsa mutetur
in rorem ymaginando quod sicut per ac-
tionem caloris digerentis chilum et in
sanguinem transmutantis aliqua pars
chili apta convenientius digeri transmu-
tatur in sanguinem pars eius crudior
et aquosior inepcior digestioni trans-
mutatur in flegma ita calore membro-
rum agente in humiditatem primam
de secundis aliquam partem eius per-
fecte digerit et coagulat secundum congeneratio-
nem membri nutriendi et sic humiditas tercia
te licet numquam fuerit eius materia sub
forma roris partem vero huius crudam
et aquosam a parte iam dicta seques-
trat et in humidum subtile rori simile
convertit quod postea natura per membro-
rum superficies diffundit et sicut fle-
uma potest perfectius digeri et per
completam digestionem in sanguinem
converti dum adest necessitas ita urgen-
te necessitate et indigencia nutri-
menti humidum roridum a calore
membrorum perfectius digeritur unde
coagulatur et in particulares porosita-
tes membrorum attrahitur et sit cam-
bium secundum ergo hanc posicionem
hic humor qui parum ante coagulatus
est 2a gluten [illegible] non est ros sed prima
humiditas a qua per actionem ca-
loris membri separata parte subtili a-
quosa et ipsa per digestionem inspis-
sata et coagulata generatur cambium

et non ex rore et hanc viam sequitur
conciliator differentia 33a. Et colligi vi-
detur hec sententia ab Avicenna prima
primi capitulo de humoribus et
prima quarti capitulo primo trac-
tatu 3o. Et ex hiis patet quod cambium
est multo propinquius substancie
membri quam ros aut humiditas prima
propter quod dicit Avicenna cambium
iam conversum esse in substantiam
membrorum ex parte complexionis
licet non ex parte essentie complete
et similitudinis quod de complexi-
one intelligendum est quia licet
cambium particularem complexionem
recipit preparantem ad formam
cambii non tamen totalem et com-
pletam quia alias esset actu
cambium ergo est humiditas membro
in complexione multum propinqua
quia tamen non dum recepit tota-
lem complexionem preparantem
ad formam membri nondum actu
est ideo non est conversum in substantiam
membri ex parte essentie complete id est for-
me substantialis et similitudinis
in aliis accidentibus qualia sunt co-
lor odor sapor duricies. Quarta
humiditas idem describitur quod est
humor qui est intus in simplicibus
membris a principio nativitatis per
quam consistit continuitas membrorum
simplicium cuius principium est ex sperma-
te debet tamen dici esse ex humoribus
quia principium spermatis est ex hu-
moribus et colligitur virtualiter hec
descriptio prima quarti allegato capitulo
dum inquit: Et de hiis sunt partes
eius quibus continuantur partes
membrorum similium parium a prin-
cipio creationis et per ipsarum di-
visionem proveniunt ad separatio-
nem. Ad intellectum Avicenne et huius de-
scriptionis nota non fuisse de inten-
tione Avicenne hanc humiditatem
solum a principio generationis esse
continuatam potest enim per actionem
nutritive virtutis ex tempore restaurari

exprimat tamen hanc esse ex quadam
ne ut per hoc innuat hanc non solum
ex tempore esse contractam de hac
vero humiditate et habitudine eius
ad substantiam membrorum variae
sunt positiones quidam enim po
suerunt hanc esse idem quod humidum
radicale membri et consequenter quod
huic non competit qualibet descriptio
humiditatis suprapositae in recto sed
in obliquo ei conveniat quia ista
humiditas est generata ex humore
principali dispositione conversa licet quantum
non sit formaliter ille humor et
iuxta hoc conceditur idem realiter
esse membrum et humiditatem quartam
Est enim hec humiditas membrum
pro quanto est pars aucta nostri
corporis Est autem quarta humidi
tas pro quanto est humidum continua
tivum partium membri Concedendum
est secundo aliquam humiditatem
esse secundum membro perfecta as
similatione assimilatam Conce
dendum 3o non quaelibet humiditas
secundo principio mediate naturale
esse humidum nutrimentale per
actionem virtutis naturalis illius
corporis quartam Ex quibus ulterius
patet quod non fit ratio huius humiditatis
alimentum ibi posita non est proprie
eius diffinitio vel descriptio sed cir
cumlocutio propter autem taliter complete
describi si quarta humiditas est humidum
ex tempore vel generatione contra
ctum in membris simplicibus contentum
per quod ipsorum remanet continui
tas Et per hanc ultimam clausulam
differt quarta humiditas a cambio
Alias autem probabiliter dicitur tamen
ex generatione et conductione in no
bis reperibile duplex membrorum humi
dum scilicet quoddam perfecte
membro in omnibus accidentibus
assimilatum ut durtie mollitie
colore sapore et cetera et tale non denomina
tur humiditas secunda quoddam
vero non omnino in omnibus mem
bri dispositionibus assimilandum et cetera

quod ad hoc operatur virtus nutritiva
membri assimilando et quia tale
humidum scilicet est glutinosum
ideo continuum est membris et eorum
continuitatis conservativum propter
quod et gluten denominatur Et conse
quenter patet quod illud est secunda
humiditas scilicet quarta cui competit sibi co
peat humiditatis secundae descriptio
in recto Alia vero positio ponit glu
ten non esse humidum scilicet licet ad
hoc propinquum sit ut accedit sed est
humidum valde mistum et incorpora
tum membro quod sua glutinositate
partes membri indebite continuitate
confirmat et glutinat ac si eas alligare
ret et consequenter quod actio virtutis
nutritivae in gluten non solum est as
similativa in accidentibus omnibus forma
et tunc patet qualiter sit dicta descriptio
exponenda. Nota autem aliquem
posuisse huiusmodi principium esse
ex spermate iuxta positionem me
dicorum tenentium utrumque sperma
materialiter et effective simul ad ge
nerationem concurrere sed addere
notanter sperma principium esse
ex humoribus primis ex quibus
patet habitudo humiditatis esse quartae
ad ceteras conveniunt enim primo
quia utraque est immediata substantia
membri 2a quia utraque est immediata po
sitionem differunt autem quia 3a hu
miditas est solum opposita quarta
vero nullam dicit et quarta fuit incorpo
rata substantiae membri et cetera circa
ta peiores primam positionem tertia
vero non Circa ad 2m articulum
sit hec prima distinctio quod sanguis
ut ex dictis auctorum sumitur dupliciter
accipitur primo pro tota massa
humorali ex quatuor humoribus
aggregata et taliter non sumitur
in proposito 2o sumitur proprie pro
quarto humore distincto contra fleuma
coleram et melancoliam et taliter
sumitur hic 2a distinctio est hec quod
dupliciter dicitur sanguineum aut
alios humores unde prima quia
a colore nostri corporis taliter patet

et mutatur quod eius materia formam nutrimenti admittit et eandem membri formam recipit sive hic per unam sive per plures transmutationes hic fiet. Secundo dicitur aliquid dicitur nutrimentum in proportione quia etsi non talem a calore nostri corporis preparatur et transmutetur preparat tamen et disponit nutrimentalem materiam ut paretur taliter ut eadem in membri substantiam transmutetur. Istam distinctionem posuerunt antiqui sub hiis verbis quod dupliciter dicitur aliquis humor nutrire primo in actualitate 2o dispositive sive preparative. Preterea intelligendum est tertio quod sanguis a sua principali dispositione non notabiliter concidens quamvis quidem difformis sit non tamen habet in suis partibus difformitatem quanta est difformitas membrorum nostri corporis inter se omnes enim partes naturalis sanguinis non concidentis sunt calide et humide comparatione nostrorum membrorum enim quedam sunt calida quedam sunt frigida. Ex quo patet quod ad hoc ut sanguis naturalis sit omnium membrorum nutritioni proportionatus requiritur ipsum per aliud vel alia secum commixta secundum diversitatem membrorum exigentiam de articulari non enim apparet qualiter sanguis aliquis redderetur proportionatus nutritioni ossis nisi per aliquid secum commixtum ut talis ingrossetur ut ossi nutriendo fieret proportionalis et sic de aliis. Ex quo ulterius probatur necessarium esse ad debitam membrorum nutritionem alios humores sanguini ~~commisceri~~ commisceri. Preterea dicendum est ultimo non esse possibile quod colera vel melancolia nutriat aliquam partem nostri corporis sic quod sit aliqua pars membrorum nostri corporis que nutriatur quod a colera et non quod alio humore per mutationem generata. Hiis premissis sit hec prima conclusio capiendo nutrire primo modo non solo sanguine membra nostri corporis nutriuntur probatur quia quod secundis humiditatibus nutriuntur membra que saltem secundum odorem visum distincte

sunt a sanguine. Similiter quod solo sanguine nutriuntur membra quod tamen omnis positio esse asserit aliud a sanguine. Secunda conclusio responsiva ad quesitum licet ita sit ut precedens dicit conclusio quod nullo tamen humore nutriuntur vel apta sunt nutriri membra nostri corporis nisi ille sit sanguis vel saltem in sanguinem transmutabilis et hac loquendo de nutritione primo modo sumpta hanc conclusionem intellexerunt Avicenna et Averroys in locis preallegatis que persuadetur sic primo quia quilibet humor alius a sanguine est superfluus vel diminute decoctus vel sunt sicut sanguinis ypostasima patet autem primum non posse nutrire oportet enim superflue decoctum per actionem caloris naturalis nutriendam in oppositum colligitur quarto metheororum quod ergo est sicut fex ypostasima patet esse pura superfluitatem talis autem non nutrit. Si vero sit humor diminute decoctus sicut flegma patet quod per ulteriorem decoctionem transmutatur in sanguinem ideo etc. Ex dicto opposito conclusionis sequitur quod colera sola possit aliquod membrum nostri corporis nutrire arguitur consequentia quia colera per venas transiens quamvis cum sanguine et aliis humoribus misceatur per venas tamen ad porositates membrorum particulares dum suum situm obtinent a situ sanguinis et melancolie ergo dabilis erit pars membri nutritionis completa quod colera vel melancolia et non quod alio humore generata cuius oppositum tenet quelibet positio. Item ad nutritionem animal sanguineum habens non necessario requiritur colera ergo quia ratio non necessaria est colera ergo etc prima pars argumenti colligitur quarto de partibus animalium 2o capitulo plura enim sunt animalia sanguinem habentia in quibus est fel et per consequens nec superfluitas colerica ut Cervus Camelus delphinus etc. hec argumenta sunt nec persuadentia. Si quis enim velit probabiliter defensare corpus

non nisi ex quatuor humoribus im
tum ut tenet communis medicorum
posicio potest ad primum negando
minorem et concedendo quodlibet
pectum non posse per se nutriendi
alicui tamen quicquid potest digeri
et in substantiam conuerti ut colera
sanguini commixta in humiditatem
secundam et tandem nutrire corpus
secundam et tandem dici melancoliam non
potest etiam dici melancoliam non
esse puram superfluitatem primo non
est superfluitas nisi in comparatione
ad sanguinem immediate in membrorum
substantiam transmutari sed in hu
miditatem secundam ex qua nutri-
ri tunc corpus concedendum tamen
foret in aliqua humiditate secunda
ut in prima de secundis esse signa
talem aliquam partem sit immediate
ex colera quam non ex alio humore ge
neratam. Pro tercio diceretur quod
nullum est sanguinem habens quod no
ex colera nutriatur tamquam ex partiali
materia sue nutritionis et concedit-
ur reperiri animalia sanguinem habencia
in quibus non est fel eo quod in pluribus
talium non superfluit colera sed so
lam eis tanta generatur quanta requi
ratur ut sanguis commisceatur pro me
brorum nutritione propter quod
non oportuit ad superfluum colere
retinendum naturam talibus ani
malibus proprium receptaculum reperi-
Tertia conclusio licet ita sit ut dicit
dicta conclusio ut non sit sanguis
membri nutriendi proporcionatus ne
cesse est ipsum in venis aliis humo
ribus commisceri quia sanguis non
habet in suis partibus difformitatem
proporcionatam difformitati membrorum
ergo ut sit omnibus membris proporcio
natus oportet ipsum cum aliquo vel
aliquibus ipsum ad diversa membra
nutrienda de articulantibus commis
ceri talia autem non viderentur nisi
humores alii a sanguine Item quia
aliter frustra viderentur alii humo
res a sanguine commisceri nisi pro
materia nutritionis subirerentur
Ex hac conclusione sequitur quarta
conclusio quod recipiendo nutrimentum 2o
scilicet dispositive vel preparative alii
humores a sanguine nutriunt eo quod alii
humores sanguini debite commixti san
guinem preparant ut fiat proporcionata
materia nutritionis membrorum
Dixerunt tamen quidam quod in cor
pore periculis naturaliter se habente
non reperitur in venis nisi sanguis
purus cum flemmate cuius tamen
aliqua pars denominatur colera
aliqua melancolia propter similitu
dinem eius ad coleram et melancoliam
Et quod si in aliquo corpore venis reperi
tur alius humor ab hiis hoc non est
nisi quia excrescit ultra quantitatem
nature debitam quam debet eius na
turale receptaculum retinere vel
propter causam impedientem trans
mutationem eius ad proprium re
ceptaculum et aliud tale et consequen
ter quod ad hoc ut sanguis omnia me
bra nostri corporis nutriat non requi
ritur alios humores sibi commisceri
sufficit enim partium eius diffor
mitas ad hoc salvandum que licet
non sit formaliter tanta quanta
est membrorum difformitas
est tamen virtualiter vel potencialiter
tanta et hanc puto fuisse intencionem
Ex quibus omnibus colligi po
test apparens concordia philosophorum
et medicorum dixerunt enim medici
ex solo sanguine nutriri corpus ad sen
sum secunde conclusionis. Sed circa
hec dicta quedam difficultates in
surgunt videtur quod preter has humidi
tates dictas non sunt ponende secun
de humiditates quia sanguis est immediata
materia nutritionis omnium membrorum
in animalibus sanguinem habentibus
quod ut assumptio videtur de mente
omnium auctorum unde in primo de
sompno et vigilia. Ultimum nutrimentum
omnibus est commune hiis que sanguinem
habent et sanguis naturalis Et in
libro de iuventute et senectute San
guis ultimum alimentum est omnibus
animalibus sanguinem habentibus
. Confirmatur quia 3o tegni inquit

Galienus talem et tantum oportet sanguinem influere ossibus ex
quali et quanto generatur potus ergo
ad nutriendum vel restaurandum
natura nutrit sanguineo et non humi
ditates secundas. Item sanguis imme
diate per actionem virtutis nutritive
transmutatur in carnem gracia assumpti in
colligitur terno complexionali 2o ca
Sanguis in carnem convertitur non
per mediam ullam transmutationem
Et prima primi capitulo de membris
Et dicimus etiam quod sunt quedam me
bra quorum complexio est sanguinea propter
qua non ergo indiget sanguis in
eorum nutrimento multum conveni
sicut carnis quapropter in carnis fo
mina facta fuerunt venis ventricu
in quibus nutrimentum quod digeri
tur aliquanto tempore in more de
inde ex eo cito mutatur proprio illud
non eius nutrimentum occurrit in
ipsas convertitur. Secunda difficultas
qua non minus sollicita debet esse na
tura de nutrimento perfectorum sanguinem
habentium quam imperfectorum ut plantarum
sed in plantis et in imperfectis animalibus
adinvenit natura modum per hec
nem seminam intendi ut non opor
teat nutrimentum pluribus transmu
tationibus transmutari ita debuit
in perfectis animalibus facere. Ad
primam dicitur secundum mentem
Aristotelis humiditates secunde non
sunt nisi sanguis sit aliquiter alteratus
et mutatus ut supra tactum est. Et
tunc patet consequenter qualiter
respondendum sit ad confirmationem
dicitur quod licet ab osse restauran
dum transmutatur sanguis non tamen
recipitur in eis nisi sub forma humi
ditatis. Ad aliam confirmationem
dicitur quod sanguis per parvam trans
mutationem convertitur in substan
tiam ossis vel aliorum spermaticorum et
hoc voluit Galienus. Cum quo ta
men stat quod prius convertatur reci
piat transmutationes iam dictas
licet sint breviores et similiter dicitur
ad auctoritatem Aurem. Ad secundo
potest dici quod quanto aliquid est per
fectius tanto aliis paribus ad eius pro
ductionem pluribus indiget membra
autem perfectorum perfectiora sunt
ideo pluribus indigent nutrimenti pre
parationibus propter quod non fuit
possibile nature per tam brevem
semitam nutrimentum in substantiam
perfectorum convertere sicut imperfectorum.
Ad argumenta principalia ad primum
patet ex dictis in questione responsio
qualiter autem nutriatur stomachus
et qualiter non videbitur infra de
signis distemperantiarum stomachorum.
Ad secundum similiter patet responsio
intellecto sensu conclusionis respon
sive ad quesitum. Ad 3m dicitur quod
medulla qua nutriuntur ossa redun
tur ad humiditatem secundam et
quidam ipsam ad primam secundum
Et quidam verius reduxerunt ad
secundam finis enim medulle non
est solum ut ossa nutriat sed proporcio
nata humectet ut infra videbitur.
Ad quartum dicitur quod cuiuslibet
complexio naturalis simulatur ei ex
quo nutritur consequens sit quod qualis
est complexio membri naturalis in
genere membrorum talis est complexio
nutrimenti sibi correspondentis in gene
nutrimenti quia calidiora membra
calidiori sanguine nutriuntur et frigi
diora frigidiori et secundum hoc
patet responsio ad argumentum. Alii
dixerunt cuiuslibet membri comple
xionem esse similem nutrimento ei pro
prio non tamen eius et hec responsio non
vadit ad mentem auctorum. Ad
quintum potest probabiliter dici in
corpore omnino naturaliter se habente
non nisi sanguineum primum in venis
contineri difformem tamen cuius
aliqua pars est subtilior et aliqua
grossior ut secundum exigentiam
nutriendorum membrorum. Aliter
dicitur negando consequentiam licet
enim membra solo sanguine nutriantur
ad nutriendum tamen membra in
suis complexionibus valde difformia
necesse est sanguinem variis modis
disponi et de articulari quod sine aliorum

membrorum complexione ut sanguine
sicut non potest. Ad secundum patet
potest responsio ex responsione ad quar-
tum concedimus enim quod qualis est pro-
portio membri ad membrorum talis
est proportio correspondentium ut
supra vel dicitur absolute negando
assumptum nisi ad sensum tactus ut res-
ponsione ad quartum. Ad ultimum ne-
gatur enim nisi quis forte vellet ca-
lorem cedere esse a sanguine essentiali-
ter distinctas et quod calor ossis digerens
nutrimentum in substantiam ossis con-
vertendo non agit digerendo nisi
humiditatem secundam. Et ad proba-
tionem cum dicitur impossibile est san-
guinem a complexione ossis talem fieri
dicitur hoc negando. Et negatur illa
consequentia sanguis naturalis quod
tamen frigidus est calidior osse ergo
non potest sanguis naturalis tale
fieri ab osse. Et tota causa est quia licet
sanguis naturalis sit calidior osse non
tamen est calidior spiritu quo simul
et appetito quibus mediantibus agit
calor ossis ad sanguinem digerendo secundum
ossis exigentiam convertendi. Et ad con-
firmationem negatur illa consequentia
nutrimentum vadens ad nutriendum os
est calidius osse ergo semper tale fa-
ciet et numquam infrigidat os stat enim ali-
quid esse alio formaliter calidius quod
ius sit potentialiter frigidum respec-
tu eius sicut sanguis colericus qui ta-
men est calidus formaliter respectu
ossis et nihil quamvis sit respectu cor-
dis potentialiter frigidus ut colli-
gitur secunda primi capitulo de co
quod comeditur et bibitur. Aliter dicitur
sanguinem cuntem et nutriendum os
per multa melancolice complexione
in sua caliditate remitti donec sit osse
frigidus.

**Utrum membra**
nostri corporis contra-
riarum complexionum sibi
invicem contra operentur. Et arguitur
quod non multipliciter primo quia tunc

in omnibus membris nostri corporis
esset mala complexio diversa. Arguitur
consequentia quia si questio esset vera
in omnibus membris nostri corporis esset
complexio non naturalis sicut ex-
quo in quolibet membro nostri corporis
a sibi contrario aliqua imprimatur
qualitas sibi naturalis et continue
pendens a causa ipsam producente.
Confirmatur membra contrariarum
complexionum non sibi invicem contra
operantur ergo etc. Assumptum colligitur
in libro de malicia complexionis di-
verse secundo capitulo. Et confirmatur
quia per quodlibet contrarium operatum
membri ad membrum saltem positi-
vum aliqua dispositio naturalis abi-
citur vel corrumpitur sed quelibet
corruptio dispositionis naturalis
membri est preter naturam et per quod-
libet contrario operatum positivum membra
preternaturaliter alterantur et per
consequens sub mala complexione
fierent vel facta ponuntur. Item quia
tunc natura frustra in membris contra-
riarum complexionum suarum quali-
tatum excessus produxissent ex quo
enim sunt per alterationem deperdi
non apparet ad quem finem ipsos
natura produxit. Secundo ad prin-
cipale arguitur quod si questio esset vera
sequeretur quod corpore nostro saltem secundum
omnia membra temperato et quamlibet
temperate recto per solam membrorum
contrariorum mutuam contraoperationem
illud exiret latitudinem temperantie
quod non esset rationabile quia tunc non
esset illud corpus in complexione sim-
pliciter sanum et per consequens non
temperatum. Et arguitur quia quia si
cor temperatum contra operatur opera-
temperato ipsum calefaciendo ergo
cor temperatum per aliquem gradum
operatis temperati calorem intendit sit
ergo hic caloris gradus .a. et arguitur
sit per a. gradum a corde temperato
intenditur caliditas temperati opera-

sed minus quam per a distat complexio temperata
ab extremo intensiori caliditatis lati
tudinis temperamenti ergo per hanc
cordis temperati contrariopassiva complexio
dicitur complexio temperamentum et latitudi
nem temperamenti hec consequentia
vera est et totum assumptum est pos
sibile ut patet intuenti ergo et con
sequens. Item intendat cor temperatissi
mum caliditatem complexionis temperatissime
per augmentum et sit b cor temperatum
in extremo intensius calido latitudinis
temperantie vel prope illud situatum dis
tans solum ab extremo predicto per gra
dum equalem a et arguitur sic posse
a distat c complexio ab extremo intensius
calido latitudinis sue temperantie quam
plus quam per a intendat b cor caliditatem
tatem c ergo b cor permutat c complexio extra
latitudinem temperantie probatur mi
nor cor temperatissimum per a gradum
intendit caliditatem complexionis tempera
tissime sed plus intendit b cor caliditatem
tatem c complexionis quam temperatissimum cor ca
liditatem complexionis temperatissime eo quod
caliditas b est intensior caliditate cor
dis temperatissimi et frigiditas c re
missior caliditate complexionis temperatissime
ergo etc. Tertio sit impossibile est cor
et cerebrum sic invicem contrariopassari
et qua ratione non possunt ita eadem
alia membra sibi invicem non possunt
contrariopassari sibi probatur maior quia
si cor contrariopassatur cerebro et econtra
ergo ad cerebrum pervenit caliditas cau
sata a corde et econtra ad cor frigiditas
causata a cerebro tunc ergo toto illo
motu mutuo sit quamlibet istarum actionum
reciproca sequitur quod ambo membra in
tendunt simul respective caliditatem a
corde et frigiditatem a cerebro et per
consequens adequate idem simul
alterari alterationibus contrariis.
Et per idem arguitur cor et complexionem et
similiter omnia membra distantia
non posse sibi invicem contrariopassari.

Quarto possibile est complexione frigidum
contrariopassari cordi calido cuius calidita
tem remittendo ergo etc. quia tenet ista
cum videtur esse una ex famosis contra
experatoris. Assumptum probatur pre
missis quod complexio quantumcumque frigidum
natura est absolute calidum denomi
nandum arguitur ergo si maior est
proportio caliditatis complexionis ad frigidi
tatem cordis quam frigiditas eius ad
caliditatem cordis et utrobique est eadem
contrarietas cum aliis paribus ergo
potentior est caliditas complexionis ad remit
tendum frigiditatem cordis quam
frigiditas eius ad remittendum cali
ditatem cordis probatur assumptum
quia caliditas complexionis frigidi gradualiter
excedit frigiditatem cordis frigidi
tas vero eius intensive exceditur a
caliditate cordis. Tunc ergo aliis po
sitis paribus sequitur maiorem esse
proportionem etc. Confirmatur quia
membrum frigidum potentius est ad ca
lefaciendum membrum calidum quam econtra
aliis paribus ergo saltem nullum membrum
potest contrariopassando membrum calidi
caliditatem remittere. Assumptum probatur
premittendo totam complexionem huma
nam declinare ad calidum sic quod omne
membrum quantumlibet in genere membro
rum frigidum est absolute calidum
denominandum. Si generetur ergo
a et b membra animo consimiliter tempa
rate et oportet patet quod qualis est pro
portio a caliditatis ad b frigiditatem
talis est caliditas b ad frigiditatem a.
Intendatur ergo caliditas a et remit
tatur caliditas b adinvicem equaliter donec
sit a calidum et b frigidum in genere
membrorum et arguitur proportio
a caliditatis ad frigiditatem b ad hanc
alterationem continue minorabitur et
proportio caliditatis b ad caliditatem a
frigiditatem a per hanc alterationem
continue alterabitur. Tunc ergo in
principio essent iste proportiones equales
sequitur quod in fine maior erit proportio
caliditatis b ad frigiditatem a quam caliditatis

a ad frigiditatem b et sicut arguitur
de a et de b ita de omnibus aliis iuxta
hoc potest argui prima pars maioris
probatur quia quantum crescit calidi
tas a tantum remittetur caliditas b
sed quantum remittetur caliditas b
tantum intendetur frigiditas eius
ergo etc. Cum ergo maiori et minori
termino equaliter crescentibus de
crescet proportio maioris ad minorem, sequitur
etc. Secunda pars simpliciter arguitur
similiter arguitur quod quanto inten
tur caliditas b tantum remittetur
frigiditas a continue sed maiori et
minori termino equaliter decrescen
tibus augetur proportio maioris ad mi
norem ergo etc. Secundo arguitur fri
giditas cordis frigidi non potest con
parari caliditati cerebri calidi aut alterius
membri ergo etc. Assumptum probatur
quia cor quantumcumque frigidum aptum
est caliditatem cerebri calidi intendere
et per consequens non est aptum eius
caliditati contrariari quod patet ex
antecedente. Sexto spiritus vitalis et
spiritus animalis super toto transmissus
non contrariantur sibi invicem ergo ista
consequentia tenet eo quod membrorum
principalium inter se maxime videtur
esse contrarietas per spiritus ab ipsis
supra toto transmissos ut colligitur
in textu et assumptum arguitur quia si
huiusmodi spiritus sibi contrariarentur
hoc non videtur nisi quia spiritus ani
malis frigidus existens respectu vitalis
caliditatem remittit et econtra vi
talis frigiditatem spiritus animalis sed
arguitur quod non quia omnem calidi
tatem a spiritu vitali in membro po
sitam spiritus animalis est aptus intendere
et econtra ergo etc. Assumptum patet
experimento membrum enim paraliticum
propter opilationem nervorum pro
hibito transitu spiritus animalis ad ipsum
non tamen vitalis infrigidatur quod
tamen remota opilatione calefit spiritu
animali ad ipsum proveniente ergo omnem
caliditatem a spiritu vitali in membro

paralitico impressam intendit animalis.
Pro isto videtur auctoritas Avicenne
prima primi capitulo de complexione
ubi dicit frigiditas cerebri non permittit
ad caliditatem cordis temperandam.
Septimo sic nullum membrum in
corpore esset in naturali dispositione
sive complexione conservabile arguitur
quia cuilibet membro oppositum
est membrum sibi in complexione con
trarium et sue complexionis corruptivum
ut colligitur 2o de partibus animalium necnon
translationis capitulo 10 ideo etc. Octa
vo arguitur sic calor membrorum
iuvenis et pueri et pueri non essent
sibi invicem gradualiter equales arguitur
quod quia continue post primum instans
pueritie usque ad iuventutem agit os
pueri in carnem eius caliditatem
eius remittendo et econtra carnis in os
ipsum calefaciendo ita in fine pueritie
erit os calidius quam prius et caro frigidior
et per consequens os iuvenis calidius
est osse pueri et frigidior carne. Ad
oppositum est Galienus in textu et Aristoteles
2o de partibus animalium allegato capitulo 10
dum inquit semper enim ingeniavit na
tura ad utrumque excessus amplius
In ista questione ponende sunt distinc
tiones et quedam suppositiones. Secundo respondendum
ad quesitum. Premittendum tamen
est primo quod unum membrum contra
riari alteri non est aliud nisi ipsum
ad contrarium agere vel niti eius ad
quod aliud operatur vel nititur operari.
Exemplum gratia cor contrariatur cerebro
est ipsum calefaciat vel niti calefacere
cerebrum aut aliud membrum quod cere
brum infrigidat vel nititur infrigidare
et econverso. Hoc premisso sit hec prima
distinctio quod membrorum in corpore
quedam sunt abinvicem situaliter distincta
quedam vero sunt secundum situm immediata.
Exemplum primi ut cor et cerebrum.
Exemplum 2i ut nervus vel panniculus
infra. Secunda distinctio quod membra in cor
pore dupliciter ymaginari possunt sibi
abinvicem contrariari primo ut secundo tertio

Exemplum primum ut si cerebrum infrigidat cor et econtra cor calefaciat cerebrum. Exemplum 2m ut si qualitatem in osse vel nervo a cerebro positam removeat cor vel econtra.

Tercia distinctio est quod quamvis membra quae inter se dupliciter ymaginari possumus membra sibi invicem contraoperari: primo per simplicem alteracionem non concurrente substancia aliqua ab uno membro ad aliud membrum transmissa; 2o per substanciam transmissam ab uno membro ad aliud. Exemplum primum ut si caro immediata panniculo contraoperetur panniculo et econverso per solas qualitates in ipsius substancia sive consistentes. Exemplum 2m sicut si cor contraoperetur cerebro per spiritum vitalem a corde transmissum, econtra vero cerebrum per animalem cordi contraoperetur.

dispositionis complexionis redderetur per
humiditatem cordis humidum respectu
temperamenti cum signate qualitates
non est de caliditate complexionis respectu
frigiditatis cordis quia multo nota
bilius a complexione super toto influitur

caliditas quam a corde humiditas ut in
propria positione tactum est et si per
plures causas tactas in precedentibus po
sitionibus tamquam partiales et coadiuvan
tes hec positione et resultabit tota via
positio complexior et in gradu. Ad argumenta
principalia ad primum neganda est quod
ut patet ex dictis in questione maxime
patet ultimum modum respondendi
Ad confirmationem eius negatur simili
tudo ut ex dictis patet. Ad secundum ar
gumentum dicitur quod humectatio naturalis
ut substantifica est principalius pendet
ex corde ut vero qualitativa vel actualis
apparentie diminutiva est econtra. Ad
confirmationem negatur assumptum /
Ad tertium principale et eius confirma
tionem respondebitur sicut ad primum
Ad quartum dicitur quod licet humiditas
cordis aliquam complexionis siccitatem vincere
possit victoria equante et aliqua com
temperantiam victoria minuente ducente
ad lapsum non tamen quodcumque com
temperantiam vincere possit victoria ad
lapsum humidum eo quod temperantia com
plexionis magnam habet latitudinem. Ad quod ad
negatur quod negatur etiam quod si difficilime
vincitur siccitas complexionis difficilime vincitur
humiditas eiusdem quod enim facile vel diffi
cile vincitur aliqua qualitas complexionis non
solum pendet ex dispositione complexionis sed
etiam cordis. Et per idem ad confirma
tionem dicitur quod non si facilime vincit
siccitas complexionis facilime vincitur humidi
tas eiusdem concedendum tamen quod si
facilime vincit siccitas complexionis facilime
vincitur humiditas cordis. Ad confir
mationem negatur quod ad probationem
cum arguitur omnem qualitatem etc.
negatur etiam quod quia omnem qua
litatem vincit cor per eius influxum
potentiam vincit quod complexio aliqua plura

## Utrum cerebrum

sicut membrum principale
et arguitur quod non quod
membrum virtutem aliquam influat
sed nullus spiritus vel virtus influitur

a testiculis ergo non sunt membrum
principale minor probatur distinguendo
ab hijs eius non instituuntur tres virtutes
animalis naturalis aut vitalis eo quod
harum principia sunt cerebrum cor et
epar Nec etiam generatiua quia tunc esset
in omnibus membris cuiuslibet corporis genera
tiua virtus quod non videtur consonum secundum
auctoribus 2o non sunt ad generationem
requisiti ergo etc. Quod tenet eo quod propter
aliud non ponuntur nisi quia sunt prin
cipium virtutis generatiue et per con
sequens ad generationem principaliter et
necessario requisiti Assumptum colligitur
3o de historijs animalium primo capitulo
in translatione arabica dum inquit Et
iam contingit in tauro quod castrabatur
deinde in eadem hora coijt et concepit
ab eo vacca Et primo de generatione anima
lium capitulo quarto Et manifestum
est quod testiculis non indigent necessario
quoniam si esset ita essent testiculi in omni
bus animalibus generantibus Confir
matur quia si essent necessarij hoc non
esset nisi propter spermatis generationem
sed arguitur quod non quia in piscibus
et serpentibus tempore sui coitus
multum superhabundat sperma in quibus
tamen non sunt testiculi ut primo
de generatione animalium allegato
capitulo // Confirmatur quia sperma
non generatur in testiculis sed in omni
bus membris ergo etc. Assumptum colligitur
2o 3m capitulo de causis scilicet breuitatis
Sperma est superfluitas digestionis quarte
sed in omnibus membris cuiuslibet corporis
fit quarta digestio Idem etiam primo
de generatione animalium 13o capitulo sperma
est superfluitas vltimi alimenti talis
autem superfluitas non magis in testi
culis quam in alijs membris generatur
Ad oppositum est galienus in libro qui
testiculos inter membra principalia
enumerat Et auicenna 10 3m capitulo primo ad
primum Sublimis deus creauit duos
testiculos sunt stimuli qui sunt membra
principalia Et prima primi capitulo
de membris vnde inquit secundum speciei
vero durabilitatem sunt necessaria

hec etc. Primo in questione videndum
est an testiculi sunt necessarij ad gene
rationem 2o respondebitur ad que
situm Quantum ad primum sciendum
est quod testiculi ut auicenna 20 describuntur
dicta 3a sunt carnes quedam glandose
in folliculo quodam dicto osseo con
tente albe ad humiditatem spermaticam
generandam causate Et exempli
ficatur sicut carnes mamillarum glan
dose ad lac generandum constitute sunt
Et epar rubeum ad sanguinem rubeum
generandum ut auicenna 20a 3a alle
gato capitulo propter quod ysidorus
dicit testiculi per diminutionem a
testibus dicti sunt eo quod semper contestes
sunt quorum virtus binarius expetit
Et subdit quod hij semen a calamonu
strant quod a spinali medulla vel
etiam renibus vel lumbis suscipiunt
gratia procreandi primo 2a 3a primo
Capitulo Testiculi sunt membra
principalia a quibus generatur sperma
ex humiditate delata ad eos in venis
que est quasi superfluitas cibi et tocius
corporis Sciendum quod testiculis con
tinuatur quidam meatus quos vasa
spermatica nominant qui duplices sunt
quidem superius situati mediantes
inter renes et testiculos contra vasa
spermatica appellari ab aristotele vero primo
de generatione animalium vasa nominantur
inuoluta in quibus sensit generari
sperma et non in testiculis horum
autem vasorum vnum est ad dextrum
reliquum ad sinistrum Oriuntur autem
dextrum iuxta renem a vena chili
et arteria adorti sinistrum vero a
vena emulgente sinistra sic quod tamen
perueniunt dextrum ad testiculum
dextrum et sinistrum ad testiculum
sinistrum nisi peruenient ab extremo
ad extremum testiculi feruntur de
inde reflectuntur ad primum extremum
et ideo inuoluta vasa dicuntur in istis
reflexionibus credit aristoteles substantiam
albam spermaticam generari Secundum
medicos vero seruiunt hec vasa testi
culis in quibus generatur sperma

sub virtute preparatoria propter hec
autem vasa alia duo testiculis continua
sunt inferiora dicta seminaria a testiculis
inchoantia ad collum vesice et ad virgam
cum sodiminibus quibusdam continuata
et serviunt hec vasa testiculis servicio
delatoria sub semen a testiculis ad ca-
lamum referendo ¶ Tercio sciendum quod
de usu testiculorum ad generacionem
varie ducte sunt posiciones prima
Avicenne tacta in libro de generacione animalium
allegato capitulo et aliqualiter 3°
de historiis primo capitulo ponentis
primo quod testiculi non sunt necessarii
ad generacionem tamquam membrum
per se productivum instrumentum quo
mediante fit generacio non enim cre-
didit sperma in testiculis generari
sed in vasis involutis iam dictis et
ibi perfici et digeri virtute cordis cum
quo hec membra licet mediate habeant
colligantiam ut patet ex dictis ponunt
2° testiculos esse propter melius ad
generacionem requisitos ornamentale
innaturalis licet magnum afferentes
in delacione seminis ad virgam et ca-
dem ad locum concepcionis eo quod per
ipsos tamquam per suspensoria locatorum
testiculorum appensa vasa spermatica
tica iam dicta servant a parte posteriori
monere naturalem et hiis ponderibus
remotis via illa clauditur et motus
naturalis prohibetur ita natura pro-
vidit testiculos vasis iam dictis allegat
quibus tamquam ponderibus inferius
trahentibus vasa iam dicta confirmatur
et aperta unde per ipsa convenienter
potest deferri spermatica materia usque
ad virgam hiis vero remotis ut in
castratis hec vasa interius retrahuntur
et quasi contrahuntur ut non possit am-
plius hec materia spermatica ad locum
concepcionis impelli et hec est princi-
palis testiculorum utilitas propter quam
etiam utilitatem afferuntur in reflex-
ione vasorum supra dicta propter
quam melius digeritur sperma
et in reddendo ipsum morosius in

coitu sicut enim animalia involucionum
intestinorum sunt in cibi assumpcione
morosiora et econtra vero recta intes-
tina gulosiora ¶ Hanc ergo posicionem
suam declarat racionibus et signis
ante appositum tactis quia licet sepe
reperitur in quolibet animali generante
cum apposita parte ipsis tibus et specu-
tibus / 2° tauros post castracionem
vaccam implentes qua stante potuit
ut dictum est creare puer 3° quia in
animalibus habentibus testiculos ante-
rius positos manifeste apparet in pa-
coitu alii et in eorum hora coytus
quod non esset nisi quia illa hora vasa
spermatica amplius contrahuntur qui-
bus appensi sunt testiculi ¶ Credidit
ergo Aristoteles vasa seminaria non esse testiculorum
partes sed eas propter ligamenta
dicta alligari et adherere testiculos
propter quod Avicenna quarto animalium
capitulo primo et cum dicit magi-
ster quod testiculi egrediunt a vasis spermaticis
volunt intelligere quod nichil fuerunt
ad generacionem spermatis sed quod substancia
sua est diversa a substancia viarum
que continuantur cum illis quoniam
non est via una sed sustinentium
viarum supra testiculos ¶ Alia est posicio
quam sequuntur medici tenentes
testiculos non esse requisitos ad genera-
cionem solum propter melius ut dixit
Aristoteles ad quam declarandum premittendum
primo quod testiculos esse necessarios
potest dupliciter intelligi primo sic quod
necessario actu ad generacionem vel
ad perfectionem conveniant / 2° sic
quod non possit generacio fieri sine generacione
seminis in testiculis primo generati
et predigesti ¶ Premittendum secundo
quod necessario ad unumlibet perfectum ge-
neracionem concurrit sperma in
quo spiritus gignitivus includitur et
quod temperamentum spiritus gignitivum non
est formaliter temperamentum vitalis
spiritus nec animalis vel naturalis nec aggre-
gatum ex hiis eo enim quod principalis eius
operacio est una operacio distincta

ab operatione vitali ut probabile
est huius esse unum temperamentum dis
tinctum ex primo patet in nobis signa
bile esse membrum aliquod ad cuius
temperamenti productionem principaliter
reputatum nihil habet eius temperamen
to ad aliquam operationem finaliter
ordinatur debet proprium organum cor
respondere. Ex quibus tenende sunt
iste conclusiones. Prima conclusio
est hec non necessario ad cuiuslibet
animalis generationem a sibi simili actu
concurrunt testiculi patet hoc de pi
scibus et serpentibus. 2a conclusio
omnibus animalibus perfectis et
sanguinem habentibus ad bene esse
et vivere necessarii sunt testiculi patet
ex magna permutatione que ex cas
tratione contingit. Tercia conclusio
non ad cuiuslibet animalis perfecti genera
tionem oportet testiculos actu concur
rere patet de tauro post castrationem
eius vaccam impregnante primo de
generatione et tercio de historiis animalium
allegatis capitulis. Quarta conclu
sio licet ita sit non tamen animalibus
iam dictis potest sperma produci pro
lificum nisi a virtute testiculorum pro
duceretur. Hec conclusio multis signis
persuaderi potest primo quia sperma
in colore substantia et complexione
magis similatur testiculis quam basis iam
dictis. 2m signum est grandis permutatio
animalis in castratione hoc omnibus vi
detur arguere ipsos magnum et nota
biliter habere dominium in generando
sperma. 3m signum est quia appositione
frigidorum super testiculos ut apum et
et aliorum contrariorum fit animal ste
rile quod non videretur nisi haberent
virtutem in faciendo sperma prolificum
hoc tamen signum leve et insufficiens di
ceret eius adversarius quod ex appositione
narcoticorum super testiculos infrigida
tur vasa et gelatur sperma et sic
[illegible]. Aliud est signum probabi
lius colligitur ex dictis Aristotelis primo de
generatione animalium et tercio de historiis

capitulis allegatis scilicet quod in avibus
uno determinato tempore coeuntibus
ut sunt perdices et turtures tem
pore coitus multo notabiliter cres
cunt testiculi extra vero illud tempus
minuuntur notabiliter ut quedam earum
testiculos non habere dicantur sive
credantur. Aliud signum est quod ex multa
seminis evacuatione substantia testiculorum
diminuitur et redduntur squalida. In
animalibus etiam visum est frequenter scisso
testiculo in extremitate ipsius sperma
album plurimum continere persuaderi
etiam ratione conclusio primo sit quia
in animalibus quadrupedibus quibus
dam ut sunt ericius et elefas requiruntur
testiculi in quibus tamen non sunt in
suo pondere vasa servantia apta cum
in hiis animalibus testiculi sunt inclusi
dorsis ipsorum alligati et non penden
tes ergo etc. Ratio sit quasi essent solum
ut suspensoria non deberent eis vasa
duobus sed super testiculos directe
protendi cuius oppositum patet in animalibus.
Pro isto etiam est auctoritas Averroys
2o colliget capitulo de membris famula
mentis generationis dum inquit
Testiculi fuerunt ordinati ad faciendum
sperma et ideo fuit eorum caro alba
sicut caro mamillarum ideo quando
conveniunt sanguinem ad similitudinem
eorum faciunt ipsum album sicut quod
chilum facit rubeum quia virtus agens
est sibi patiens assimilari. Et eius
in locis post oppositum allegatur. Ex
quibus omnibus sequitur conclusio
responsiva ad articulum scilicet quod testi
culi sunt necessarii requisiti ad genera
tionem ad hunc sensum quod non potest
fieri generatio animalis perfecti absque
concursu seminis in testiculis generati
et predigesti et hanc intellexerunt
medici. Quantum ad secundum
premisso quid per membrum princi
pale intelligendum sit quod dictum super
questione nona huius secundi sit prima
conclusio testiculi sunt membra princi
palia probatur sic testiculi sunt principium
alicuius temperamenti per se effective

conuenientis et necessario requisiti ad generationem individui vel speciei 3o ut quod tenet ex quod nominatur principalis membri et patet assumptum quod sunt principium temperamenti spiritus genitiui qui per se effective generat ut 2a conclusio licet masculina et feminina complexio principaliter a corde dependeant ad ipsam tamen conservandam testiculi sunt innatum prima pars patet et 2a quia per castrationem robore et moribus effeminatur masculus ut primo et quinto de generatione animalium propter quod Avicenna prima primi capitulo de membris testiculi necessarii sunt ad sperma generandum quod generalitatem conservant et firmamenti ut forte complementum detur et complexio conservetur masculina et feminina que speciebus animalis sunt inseparabilia / Tercia conclusio licet testiculi a medico sunt principale membrum denominati principalius tamen virtutis generative principium est cor quod testiculi patet quia cor est primum principium sexus masculini ergo et potentie generative quod tenet de se videtur masculus per posse generare in alio et femina in se primo de generatione animalium 2o capitulo unde Avicenna 3o de animalibus primo capitulo aliquid generans in alio aliud est masculinum et aliud generatum in se per aliud ad complementum vel partem complementi est femininum Et conceditur assumptum quarto de generatione animalium et [illegible] 3o capitulo de generatione embrionis illa parte Et cum ad cor fetus effunditur complexio masculina fluit in omnia membra etc. Ad argumenta principalia Ad primum dicitur non omne membrum principale influere virtutem suam aut spiritum genitivum ab eo aliis membris licet hoc verum sit de principalibus ad conservationem individui immediate ordinatis Et si arguitur quod testiculi influant toti quia ex castratione infrigidatur animal et effeminatur habentes enim testiculos calidos videmus valde barbatos ex castratione vero imberbes fieri pro isto dicitur dicendo testiculos toti influere ut declarant signa inducta non hoc enim negabatur influunt enim calorem cordis ad membra superiora reflectendo sicut speculum radios reverberant ut colligitur locis preallegatis non tamen influunt testiculi virtutem aut spiritum genitivum eius sunt principium aliis membris Ad 2m negatur assumptum ad sensum datum si vero tamen castrati impregnant tunc ut dicit Aristoteles hoc ideo fuit quia iam extra testiculos semen erat effusum ad vasa seminaria mediancia inter testiculos et virgam quod deinde taurus copulatus vaccam implevit sed illud predigestum et genitum fuerat in testiculis Et per idem ad aliam confirmationem neganda est consequentia licet enim ad imperfectorum generationem non requirantur testiculi sunt tamen ipsos ad perfectorum generationem requiri plura enim plerumque requiruntur ad perfectorum quam imperfectorum productionem Et per idem patet ad aliud confirmationem Et quid autem ad ultimam confirmationem in sequentibus apparebit ad secundum tamen dicitur in primo articulo De contractione testiculorum hec est textus Dicendum illud ideo fieri ut semen in testiculis ventre retentum effundatur ad vasa Si quis autem vellet probabiliter positionem Aristotelis defensare posset faciliter quia adducta contra ipsum non sunt nisi probabilia

**Utrum sperma** primo et principaliter decidatur a corde arguitur quod non primo sperma deciditur a toto genere ut assumptum probatur primo quia totus fetus exprimitur toti generanti similari in omnibus membris usque ad signata / sed hoc non videtur salvari posse nisi spermate

in omnibus membris deciso Si enim
solum a corde decideretur non appeteret
manus aut pes geniti deberent
similes manui aut pedi generantis
produci Ro quia complemento partis
diminuto quare diminutum et mon
struosum generare monstruosum
quorum primum videtur contingere
quia a deficiente particula non decidit
sperma Ex qua pars illi proporcionalis
generetur 2m etiam non apparet aliter
evenire nisi quia a parte monstruo
sa sperma deciditur Consimiliter diffinies
in [illegible] partem illi correspondentem
Ro ex eiaculacione seminis magna
sentitur in toto delectacio ergo a toto de
ciditur semen quod tenet quia non cau
satur delectacio in membro aliquo nisi
apud presenciam rei delectantis inferentis
et assumptum patet experimento 5to ad
idem videtur auctoritas avicenne 20
3m capitulo de causis spermatis dicentis
Primo oportet ut sit ei ex omni membro
principali fons et ex membris aliis
resudacio ut ad istas radices et
propter illud est assimilacio ut ex ypocras
in libro de aere aqua et regionibus
dum inquit Sperma ab omnibus cor
poris descendit membris sanum quidem
ex sanis egrum quoque ab egris ab
Aristotele 8a problematum 3e 18 problema
te propter quid dissolvuntur et infri
gidantur in coytu viri quod propter illud
quod ab omnibus membris exprimitur
non est sperma Arguitur sperma
est superfluitas digestionis quarte
sed illa ab omnibus decidit membris
ergo etc maior colligitur 20 3m al
legato capitulo Ultimo sperma
secundum maiorem eius partem de
ciditur a cerebro ergo etc Assumptum
colligitur ab ypocrate in libro de aere aqua
et regionibus et 20 3m allegato
capitulo dum inquit Et ypocras
quidem dixit in suis intencionibus quod
plurima materia spermatis est ex cerebro
et quod descendit ex duabus venis

que sunt post aures et propterea asserit
dit ambarum flebotomia generacionem
et facit incurrere sterilitatem unde ypocras
in loco prius preallegato quibus ab
venis que post aures cum incidantur il
lorum prorsus ab omni generacione ex
cluditur|| Opposita vult avicenna primo
de generacione animalium propter magnum pro
cessum Primo [illegible] questione [illegible]
distinctiones et supposiciones quasdam
2o conclusiones de quesito Quantum
ad primum sit hec prima distinctio quod
apud medicos hoc nomen sperma [illegible]
pliciter sumitur primo pro qualibet
humiditate per coytum a testiculis ex
pulsa sive fuerit utilis ad generacionem
sive non 2o proprie sumitur pro sola
humiditate prolifica a testiculis per
coytum expellibili et taliter in propo
sito sumitur Nota tamen apud avicennam primo
de generacione animalium quod licet hiis no
minibus genitura sperma semenque
dici et philosophi tamquam synonimis auc
toribus frequenter videntur propria
tamen genitura importare videtur
materiam decisam ab animali potestatem
per coytum sibi simile generandi
que est solum generacionis principium
effectivum qualiter expulsum ab homine
per coytum et ab equo ut varianus
genituram Sperma autem et semen
dicitur in quo simul reperitur effectivum
et materiale principium generacionis
omnia cepe et faba in hiis eciam non so
lum est principium generacionis effectivum
sed etiam materiale Exprimitur eciam quod
nulla adveniente extrinseca causa
generant ita ut pluribus corpulencie
ipsorum resolutam in germen et sic
principaliter semen nominatur omne
prolificum decisum ab eo quod vim habet
virtusque ipsius ut plante plurime et
animalia multa per se ipsa sine coytu
sibi simile generandi et quarto de
historiis ultimo capitulo et primo
de generacione animalium 12o capitulo
taliter etiam semen nominamus et
humidum constitutivum ex [illegible]
et femine in quo simul est principium

materiale generationis et effectiuum in translatione tamen arabica videtur per sperma idem importari quod genitura et distinguitur contra semen dum inquit Sperma vero dicitur id quod exit ex omnibus modis animalium coeuntium et est naturaliter productum in quo est principium generationis Semen autem est illud quod habet principium ex utroque coheundi sicut arbores et animalia quedam in quibus non sunt mas et femina sicut homines Et hoc idem expressit Auicenna animalium sumitur ergo hic sperma ut distinguitur contra semen scilicet pro genitura cuius descriptio talis colligitur primo de generatione animalium allegato capitulo Sperma est superfluitas utilis alimenti ultimi distributi per membra totum habens in potentia hec superfluitas est genus per quod sperma differt a membro et humore laudabili ex quo fiunt apta membra nutriri quia nullum tale est superfluitas et dicitur utilis ad differentiam superfluitatum preternaturalium que non sunt utiles ut sanies tabes et quorum nullum est sperma et dicitur ultimi alimenti ad differentiam superfluitatum prime proprietatis digestionis ut colera flegma etc et dicitur totum habens in potentia scilicet effectiua ad differentiam spermatis non prolifici quod non proprie dicitur sperma vel genitura Sciendum tamen quod illa particula ultimi alimenti diuersimode exposuerunt quidam enim intellexerunt per illud alimentum quarta digestione digestum in membris modus autem quo ex tali alimento decoquitur sperma est quia hoc nutrimento in porositatibus membrorum iam digesto pars ipsius aliqua superfluens reingreditur quia a natura pellitur in capita minutissima parvarum venarum et arteriarum vadens ad porositates membrorum ex quibus prouenit ad venas et arterias maiores et sic consequenter de

minori ad maiorem transit donec perueniat ad venam demum concauam et arteriam maiorem supra dorsum ex quibus vasa ingreditur unoluta ab ipsis ramificata vel orta ut supra dictum est et tandem peruenit ad testiculos et hanc expositionem consona videtur intentio Auicenne 20 3i allegato capitulo dum inquit Sperma est superfluitas quarte digestionis etc Et infra et est de summa humiditate propinque coagulationi ex quo creantur membra dura et penes hanc viam illa particula distributi in diffinitione posita exponenda est Hanc expositionem secutus est conciliator differentia 28 Alii vero per ultimum alimentum quod nulli membro appropriatum quod per venas et arterias iam distributum est Notandum tamen in porositatibus membrorum receptum licet satis propinquum sit ad hoc ut membra labatur et ad conuertenda deconuertatur Et pro isto adducunt aliqua probabilia primum quia si esset superfluitas quarte digestionis ad sensum dictum sperma in suis partibus deberet manifeste apparere Et hoc probatur eo quod nutrimentum propinquum nutritioni membri habet dispositionem propinquam dispositioni membri Cum membra nostri corporis sint in suis partibus manifeste ethorogenea sequitur etc 2m quia superflue coeuntes postremo emittunt sanguinem quod non foret nisi in vasis spermaticis contineretur materia sanguinea in sperma transmutanda 3m quia vasa spermatica concepta sunt ex vena et arteria descendente ut apparet in anothomia 4m signum homines pingues parum habent spermatis quia superfluum alimenti conuertitur dum in sperma transit in pinguedinem ut primo de generatione animalium 12o capitulo propter quod experti pastores arietes suos minus pingues ut fortiter possent macerant Cum ergo nutrimentum propinquum

nature et in principium effectus vel neutrum
... non sit in pinguedinem quemadmodum
transmutabile patet talem materiam
non esse superfluitatem quarte digestio
nis facte in membris Est ergo secundum
hanc viam sperma superfluitas id est
humiditas ex superfluitate generata ulti
mi alimenti quod sub sanguinis distri
buti per venas et ad hoc propinquum
ut in membra labatur/ ymmo esse in po
tentia ad sensum dando pro auctoritate
vero Avicenna dixerunt contra illius
opinionis nec sua auctoritas est simpliciter
... preferenda licet probabiliter ad
hanc positionem possit trahi vel Dicitur
dicendo quod sperma est superfluitas
digestionis quarte idest incrementi
proximum quarte digestionis digerendi
et fit dum dispergitur cibus in membris
idest dum sanguis ex venis ad mem
bra labitur Remittitur enim pars eius
ut ex ea residuat ad vasa spermatica
fit sperma/ 3a digestione scilicet venarum
iam completa et hec est de sublimata humi
ditate/ scilicet quod in venis reperte prox
ime coagulationi quam illa que trans
mutatur in sperma Secunda distinctio
quod in quolibet semine prolifico duplex
reperitur pars scilicet spumosa et corpu
lenta et quantum ad utramque istarum partium
potest intelligi questio/ 3a distinctio
quod dupliciter imaginari possumus sperma
aut humiditatem aliquam esse ab aliquo
membro decisam mediate scilicet et imme
diate exempla patent Prima sup
positio est nullum agens universale plu
rium effectuum indifferenter productivum
natura potest aliquem illorum dis
tincte producere nisi ad hoc per agens
particulare limitetur patet quia aliter
non esset respectu illorum effectuum a
gens universale sed particulare et de
terminatum 2a distinctio tam respectu
operationum naturalium quam animalium quam etiam
generatione virtus spiritus cordis est
tamquam universale activum patet hoc quia
ad quamlibet istarum necessario effective con
currit et non tamquam particulare sed de
terminatum activum quia tunc non indigeret
alio limitante et sic spiritus cordis sine con
cursu aliorum potest animales et naturales
operationes perficere cuius oppositum

supra ostensum est convenit ergo tamquam
universale et indeterminatum activum Tertia
suppositio per prius dependet quilibet
effectus ab agente priori quam posteriori
ordine dependentie patet quia causa
primaria plus influit in effectum quam secunda
Quarta suppositio est hec quod contingit
feminas a patre decisum contingit fetum
parenti similari non solum in specie
sed in figura colore particulari et mem
brorum dispositione usque ad signata
patet hoc experimento et colligitur primo
de generatione animalium allegato capitulo
Quantum ad secundum articulum prima
conclusio sit hec sperma non deciditur
a toto sic quod a qualibet parte nostri
corporis decidatur pars spermatis ex
qua producatur pars in fetu illius cor
respondens et hanc sensit Aristoteles primo
de generatione animalium per longum pro
cessum et potest persuaderi rationibus
ibidem tactis destruendo antiquorum
fundamentum qui ex similitudine geniti
ad parentes concludebant decisionem
spermatis a toto primo quia sepe simila
tur genitori genitus in pilis unguibus
a quibus impossibile est semen fuisse
decisum ergo eorum fundamentum
fallax 2o quia frequentissime nati
non similantur parentibus sed avo aut pro
avo mulier enim de generatione dicta plus
tum ethiope concepit peperit filiam albam
filia tamen deinde concepit et peperit
filium nigrum primo de generatione
animalium quarto capitulo 3o quia tunc
sperma diminutum generet diminutum
et monstruosum monstruosum consequens
contra experientiam et plura alia ad
duci possunt que vide ab Aristotele loco pre
allegato Secunda conclusio est hec licet sperma
quo ad corpulentiam eius partem
decidatur a nutrimento toti quod a
corde tamen principalius quam ab aliis
membris deciditur patet quia in toto
tali nutrimento principalius invenitur vir
tus impressionis cordis quam alterius
membri etc. Tertia conclusio sperma
quantum ad corpulentam partem eius
secundario et immediate deciditur a testi
culis hec conclusio patet ex dictis in
precedenti questione quia nec nisi in
testiculo recipit hec superfluitas formam

spermatis. Item autem quod hec superfluitas in testiculis digeratur stat sub dispositione communi et indifferenti ad operationem medicine et generative virtutis, quod ut sit ad operationem generativam, que non in eis tantum limitatur, oportet eam novam complexionem vel temperamentum acquirere, quod non potest nisi in testiculis, ut ex dictis patet, ergo etc. Quarta conclusio hec est: sperma quantum ad partem spermaticam inclusam in eo non solum a corde sed etiam ab aliis membris principalibus deciditur. Hanc conclusionem volunt autem ubi supra, dum inquit: Oportet ut sit ei ex omni membro fortis et ypostasis in loco preallegato. Item non oportet alias fleuma venarum que sunt post aures abscindet generationem, sicut ypocras et Avicenna testatur. Item temperamentum spiritus generativi debet esse in sé productivum temperamento operationibus vitalibus, naturalibus et animalibus proportionati, quod non esset nisi in eo esset virtus spiritus animalis, animalis naturalis et vitalis; ergo ad generativi spiritus constitutionem oportet animalem, naturalem et vitalem spiritum concurrere. Item arguunt quidam: si spiritus generativus ante formationem cerebri vel epatis corde formato producit animalem et naturalem spiritum, quia aliter cor non posset nutriri et sentire ante formationem cerebri et epatis; sed hec non potest per solam virtutem spiritus vitalis in eo derelictam ex qua primo operationis spiritus vitalis est agens universale. Per primam et secundam suppositionem ergo etc. Aliter cor a se solo posset ex sanguine spiritum animalem et naturalem producere per temperamentum vitalis spiritus, quare ergo generativus spiritus animalem, vitalem et naturalem spiritum ex materia proportionata qua constitutione eius hiis spiritibus ingredientibus. Quarta conclusio licet ita sit principalius tamen quantum ad hanc eandem partem deciditur sperma a corde quam ab aliquo aliorum membrorum principalium, patet, quia sic se debet habere virtus ex vitali spiritu in generativo spiritu derelicta ad virtutes aliorum spirituum sicut vi

talis spiritus ad alios concurrentes ad constitutionem generativi, sed spiritus vitalis inter alios concurrentes est principalissimus. Quinta conclusio preter spiritus iam dictos ad constitutionem generativi concurrentes a quolibet alio particulari membro contingit spiritum particularem decidi, et spiritum generativo commisceri qui cum aliis spiritibus materie generationis occurrentes taliter dispo nit membrum ingenito qualiter dispositum erat membrum ei correspondens in generante, et in brachio cicatricem habente contingit a parte brachii sic cicatrizata decidi spiritum qui occurrens materie generationis brachii fetus ipsam taliter disponit ut cicatrizata generetur. Conclusio sic intellecta colligitur ratione 3a allegata capitulo primo: oportet ut sit ex omni membro principali forti et ex membris aliis resudatio etiam ad istas radices, et propterea illud est assimilatio, et propter hoc quidam ex membro diminuto diminutum videtur generari, quia aliter non salvaretur modus quo est assimilatio secundum dispositionem particularem membri geniti ad generantem aut quod diminutus in aliquo membro in dicto huius diminutionis generaret diminutum. Et potest hoc probabiliter ratione deduci, quia assimilatio non videtur posse provenire nisi vel a generativo spiritu ex spiritibus membrorum principalium resudante vel ab aliqua particulari decisione. Si dicitur primum, tunc non apparet quare huiusmodi spiritus habent effectum magis in brachio quam in fune vel pede producere, eo quod materia est huius effectus receptiva et agens sufficienter productivum. Si dicatur secundum, tunc tale decisionis non sit nisi quidam particularis spiritus, sequitur etc. Modus ergo quo ex particulari spiritu provenit hec assimilatio hoc modo sentitur ymaginando quod preter spiritus cordis, epatis et cerebri generativum spiritum componentes a pede podagra generante spiritus exemplariter deciditur aliquis spiritus qui simul cum materia spermatica veniens ad testiculorum spermate cum aliis spiritibus membri

ditur et simul cum eis ad locum gene
rationis impellitur deinde accipit eius
materie generationis pedis potestas habet
illam materiam taliter disponendi
et pedem ex ea generandi qualiter dis
positus erat pes generantis Spiritus enim
a quocumque membro decisus est illud
membrum virtualiter unde consueverunt
antiqui spiritum oculi esse potestatem oculi
pedis vero pedem quia ergo pes gene
rantis erat melior debilis lapsus et com
positionis rare pes producetur consimili
dispositionis et consequenter podagricus
Contra hanc conclusionem arguitur
primo sic spiritus genitivus ex radicali
humido et naturali compositus est per
se sufficiens causa productiva fetus
ergo preter illum non oportet alios
spiritus a particularibus membris
decisos concurrere quod tenet eo quod
frustra est pluralitas etc. Assumptum
patet quia spiritus genitivus et spiritus
cordis in eo inclusus virtualiter con
tinet omnia membra unde Avicenna
14° animalium Et non est opus ut veniat
virtus ab omni parte in qua omnes partes
sunt omnes partes Respondeo vel hic spiritus
particularis semper concurrit vel non
semper concurrit licet aliquando non
potest dici secundum quia non apparet cau
sam magis una vice quam alia demonstra
ret concurrere Si dicitur primum sequitur
quod semper fetus assimilatur parentibus
etiam usque ad signa cum apposito ex oppo
sito 3° etiam non appareret quare fetus
assimilaretur parenti et capillis ungui
bus etc. eo quod ab huiusmodi partibus
nullus particularis spiritus deciditur Item con
tingit non contingeret ex diminuto membro
sive diminutionis generari diminutum
quia nullus a parte diminuta deci
ditur spiritus qui per conclusionem ipso
sit immediata causa huius assimilationis
Ad primum istorum potest probabiliter
dici quod licet spiritus genitivus sine
concursu huius particularis spiritus suffi
ceret etc. non tamen semper eque bene
sufficit eo quod particularis spiritus in
virtute activa continet membrum a
quo deciditur Iuvat ergo spiritum
genitivum in particulare membrum

formando sicut particularis causa
etiam ad effectum non esse essentialiter
ordinata frequenter iuvat causam
primariam ad aliquam particularem
effectum producendum Ad secundum dicitur
primo quod non semper nec necessario
concurrit primo quia non est semper
ad productionem fetus causa essentia
liter ordinata frequenter enim produ
citur particulare membrum absque eius
concursu ut in tractatu generantis fetus
perfectio Secundo quia propter multas cau
sas accidentales potest eius concursus
impediri potest enim resolvi ab aliqua
causa eius transitus prohiberi aut impe
diri aut ex debilitate et paucitate spiritus
membri non suppositum membro et suscepti
bilitate materie non permisit Et di
citur ultimo quod licet huiusmodi spiritus
semper concurreret non tamen semper
secundum particulare membrum feti pa
renti assimilaret quia propter multa con
tingere potest primo propter paucitatem
et debilitatem spiritus Secundo quia propter
inobedientiam materie generationis non
preparate ad recipiendum impressionem
aptam ab huiusmodi spiritu provenientem
aut propter alia plura impedimenta
plenius in sequenti questione tangen
da. Ad 3m dicitur quod licet capillis
unguibus etc. non decidatur aliquis
particularis spiritus a parte tamen
alia cum dispositionem insequuntur ca
pilli aliquis spiritus deciditur unde
cum generatur illa membra grana cutis
consimiliter disposita sint in generante
et consimiliter capilli qui dispositionem
illius consequuntur dicitur etiam quod
non quelibet similitudo geniti ad
parentes in dispositione particulari
membri pendet ab huiusmodi parti
culari spiritu potest enim a sola dispo
sitione spiritus a principalibus membris
decisorum dependere quod hiis talibus
decisis ut fetus generanti membris
principalibus comparetur si non fuit
accidentale impediens similabitur enim
in dispositionibus naturalibus par
ticularium membrorum eo quod illorum
complexiones et compositiones pendent

ex principalibus membris. Dico autem notanter in dispositionibus naturalibus propter accidentales dispositiones in membris particularibus repertas circa quas proprie non pendent a principalibus unde non apparet quod in illis membris dispositionis principalium debeat genitum simulari generantibus. Et si contra hoc arguitur quia tunc argumentum philosophi supra inductum ad probandum consequentiam quam contra antiquos non esse evidens eo quod potest dicere adversarius quod licet non decidatur sperma a pilis deciditur tamen a cute vel a membro cuius dispositionem insequitur pilus. Huic dicitur quod argumentum philosophi procedit contra antiquos principaliter asserentes non esse similitudinem partium ad partem in genito et generante nisi propter spermata esse a simili parte decisum vel dicitur quod argumentum non videtur habere evidentiam inquantum per illud non solum concluditur de pilis sed de aliis particularibus membris similiter quod eorum similitudo non est propter sperma decisum et sicut eciam propter sperma decisum a cute generatur similis cutis nigredo ex qua pendet dispositio pilorum et per consequens ad eam sequitur capillorum et unguium similitudo ita spermate deciso a corde a quo cutis et alia membra dependent generato corde similiter dispositio disposito secundum quod fuit cor generantis generabitur cutis et alia membra consimiliter disposita nisi ex parte dispositionis materie aut alterius accidentalis cause impedimentum proveniret sed de hoc clarius videbitur in questione sequenti quia tamen non est qualiter in particularibus dispositionibus membrorum non pendentibus a principalibus ut sunt cicatrices stigmata ventris et membri defectus in membro dispositionum principalium similiter fetus generantis ideo visum est propter has spiritus a membris principalibus decisos etiam spiritus a principalibus membris decisos communicare et quia non necessario sed contingenter conveniunt nec semper est materia preparata illorum spirituum impressionem recipere ideo in talibus dispositionibus accidentalibus quandoque simulatur genitus parenti et quandoque non. Ad quartum dicitur quod licet a parte deficiente vel membro nullus decidatur spiritus a parte tamen non deficit vel a qua est facta abscisio deciditur spiritus qui est virtualiter productivus partis taliter disposite sicut parvum erat a qua decisus est et quia pars illa ubi vel brachium truncum deficit manus erat in extremitate callosa cute tecta dura ideo ab ea verisimiliter decidetur spiritus ex materia disposita productivus brachii in extremitate callosi cum cicatrice et consequenter non alterius membri apti continuari ut cutis fiat a parte truncata productiva et si quis alius occurreret modus salvandi istas apparentias infra ponetur. Ad alia principalia ad primum et secundum patet solutio ex dictis in questione. Ad tertium contrarium dicitur tertio quod non sperma a toto decisum in toto proprie delinatur sed quia fortius ex materia spermatica super membra multum sensibilia transcendit in quibus etiam illa materia sicut qualiter est conformis et debitam quantitatem titillacionem inducens in eis videtur in toto hanc causam delectationis sicut apparet in scabiosis dum aqua calida balneantur ubi signum quia multocies cohabitantes et nimis frequenter in coitu modicum percipiunt delectationem sicut e contrario tactu subassellarum tollitur titillatio pueris etiam ante tempus pollucionis magnam delectationem inducunt ex percussione eiusdem spiritus ventosi ita ut in toto videatur causam esse delectationis inferentium tamen nichil ab omnibus membris deciditur verum autem illa delectatio sit in toto vel in parte et in aliis membris augmentabilis per proprietatem vel quantitatem considerare non spectat ad phisicum. Ad alia patet ex dictis in questione pro auctoritate tamen que ex quarto problematum allegata dicit generatio quod ibi

secundum aliter sumatur locutio fuisset propter
quod dicit unum per quod alterum
et non propriam consueuit sumatur
denotare

## Utrum sperma

mulieris densum effective
concurrat ad generationem
et arguitur quod non primo quia tunc
idem esset respectu eiusdem agens et
paciens effectivus et materia in actu et
potencia Arguitur quod quia si questio
esset vera tunc semine mulieris eciam ma
terialiter sive passive concurrit esset
idem scilicet semen respectu eiusdem scilicet
embrionis producende vel forme eius
agens in passivum et consequenter effectivus
et materia Tunc ergo agens inquantum
huiusmodi sit in actu et passivum secundum quod
huiusmodi in potencia erit eciam respec
tu eiusdem simul in actu et potencia 2o
quia mulier sine concursu viri potest
fetum producere consequens falsum
sit enim beata virgo non miraculose conce
pisset arguitur quod quia positis causis
sufficientibus ad effectum producendum
producitur effectus in muliere aut sine
concursu viri sunt cause sufficientes
ad productionem fetus puta materia
quia menstruum et agens scilicet sperma
et virtus eius informativa si questio
esset vera et locus ut requisitus quod [illegible]
3o arguitur sperma viri et mulieris
ex natura rei habent contrarietatem
ut sensit galienus et sequentes hanc
posicionem vel ergo eque potenciali
ter concurrunt ad generationem vel
unum potencius et efficacius altero Si
primum utrumque impediet alterum Si se
cundum potencius impediet operacionem
debilioris et per consequens alterum
eorum non effective concurrit et 4o
si ponitur sperma mulieris effective
concurrere tunc hoc potissime est ad sal
uandum diversitates in fetuum generacione
concurrentes puta quia quandoque mas
culus quandoque femella generatur et quandoque
similatur patri quandoque matri secundum quod debilius
aut potencius est sperma viri quandoque sper

ma mulieris ut sensit galienus sed
arguitur quod non primo quia secundum hoc
semper produceretur simul patri propter
idem Tercio quia nunquam contingeret
producere fetum matri in complexione
similem et patri in compositione vel e
conuerso oppositum experimur Arguitur quod
quia semper diceretur sperma patris vel
matris vel simul sic equata si primum
produceretur patri penitus similis si secundum
matri si tercium neutri Item ex funda
mento posicionis galieni videtur quod contingeret
ex debilitate membri masculi generantis
robusta existente femella a generatione
contrahi per morbum hereditarium arguitur
quod quia si sperma masculi non debile
et femelle forte dispositiones materie
generationis secundum eius similitudinem
quam sperma masculi sed hoc posito
non contraheretur morbus hereditarius
inducto debilitatis generantis masculi
[illegible] Item tunc non contingeret produci
fetum in sexu masculinum in complex
ione tamen et habitudine tocius et
principalium membrorum femininum cuius
oppositum concessit galienus et patet
experimento in imaginibus pluribus et
viris effeminatis et quod deduci potest
ut precedens Item sequitur quod quanto
femina esset calidior et robustior ma
gis esset femellarum generativa et quanto
debilior masculorum arguitur quod quia
quanto sperma mulieris est fortius
tanto potencius est disponere et formare
materiam secundum similitudinem eius a
quo decisum est sed quanto mulier est
in complexione robustior tanto est
eius sperma potencius et fortius [illegible]
et per idem patet quod quanto esset mulier
debilior esset masculorum productiva quia
tanto esset eius sperma apcius spermati
viri succumbere et minus in materia
generationis disposiciones imprimere
et per consequens etc. Ultimo sequitur
quod non tunc contingeret complecionem femella
vel masculus arguitur quod quia
contingit potencius vel eque potens
esse super materiam generationis sperma
mulieris sicut sperma viri ergo eque
cito suam poterit informare materiam

generet eius dominium virtutis infor-
matiue super materiam generationis
sicud in velocitate generationis et per-
fectione (?) et non tamen econtra quia non ma-
ius est dominium virtutis nutritiue et
augmentatiue ad membra augmen-
tanda ad materiam transmutandam in
substantiam membrorum in femella
quam in masculo ergo non tamen in ea perficie-
tur augmentum. Oppositum sensit galienus
in libro de spermate per magnum pro-
cessum et medici fere omnes in hac po-
sitione galienum sequentes. Circa hanc ques-
tionem due sunt due famose positio-
nes prima galieni et medicorum eum
sequentium. Altera ab aristotele ab eo
in libro de generatione animalium per mag-
num processum. Primo pertractabitur
positio galieni ad quam declarandam in-
cipiam premittam quasdam suppo-
sitiones ex quibus inferentur conclu-
siones iuxta positionem galieni pro-
babiliter sustentandam. Secundo pertractabitur
positio aristotelis. Quantum ad primum sit
hec prima suppositio quecumque sunt es-
sentialiter eiusdem speciei nullo ipsorum
orbato vel occasionato sunt eiusdem
virtutis vel potentie. Patet quia que-
cumque talia sunt eiusdem gradus per-
fectionis ergo activitatis nullomodo
occasionaliter impedito quod tenet
eo quod specifica perfectio cum aliis paribus
in compositis naturalibus nisi ex fortiori
activitate concludatur. Secunda suppositio
est quod cuicumque effectui positiuo particula-
ri correspondet aliquod agens par-
ticulare positiuum per se illius effectus
productiuum. Hec suppositio nota est in
methaphisica. Tertia suppositio est quod quan-
documque aliquod agens naturale per se
alicuius determinati effectus productiuum
intendit si per actionem eius non
huiusmodi sed alium effectum producit
illud producit per accidens. Patet quia
illum producit preter naturalem in-
tentionem et hec est casualis vel per
accidens vel a casu producitur ut intel-
ligitur 2o phisicorum. Quarta supposi-
tio est quod similitudo fetus ad parentes
in colore figura et particulari dispo-
sitione membrorum est effectiue per se

potest a particulari spiritu a membro
particulari generante decisio patet ex
dictis in precedenti questione. Quinto
supponendum est quod hec similitudo est
vel esse potest effectus positiuus. Ultimo
supponendum est quod taliter se habet
sperma maris et mulieris sibi simile gene-
rantis ad fetum in generatione eiusdem
sicut semen vegetabilis sibi simile ge-
nerantis ad generationem vegetabilis vege-
tabilis hec similitudo videtur non vtro-
bique eadem est habitudo utrobique generatiua.
His premissis sit hec prima conclusio
iuxta galieni positionem sperma viri
quantum ad partem grossam et corpu-
lentam eius materialiter concurrit ad
generationem fetus. Persuadetur sic
ita se habet sperma maris sibi simile ge-
nerantis ad fetum ab eo productum sicut
semen plante sibi simile generantis
ad plantam ab ipso productam per sup-
positionem ultimam sed semen plante
quantum ad partem eius corpulentam
materialiter generationi plante subicitur
ut patet de rape semulitico (?) faba et
huiusmodi que non adeo (?) videtur ad
remedie (?) germen emittere quod non esset
nisi partes ipsorum corpulente gene-
rationibus huiusmodi tamquam materia
subicerentur. Secunda conclusio semen viri
quantum ad partem spirituosam calu-
dam in eo vere actiue ad fetus gene-
rationem concurrit et in hac conclusio-
ne simul conueniunt quodammodo (?) medici
et philosophi. Tertia conclusio sperma femel-
le quantum ad partem spirituosam calidam
in ea actiue concurrit ad generationem.
Persuadetur hec conclusio primo sperma
viri et mulieris sunt essentialiter
eiusdem speciei et neutrum ipsorum est
orbatum vel occasionatum ergo sunt eiusdem
potentie actiue quod tenet per primam
suppositionem et prima pars assumpti
patet quia utrumque ipsorum est superfluitas
vltime (?) ultimi alimenti. Item cause
productiue spermatis viri et mulieris
sunt omnino essentialiter similes et
materia similis et sunt idem ergo
sperma specifice idem quod tenet eo
quod omnis varietas in forma sequitur
varietatem agentis aut materie

ut colligitur primo et 2o metheororum patet
etiam vincere ponendo tum mulierem
quam virum perfectum esse in suo specie. Item
vir et mulier sunt essentialiter eiusdem
speciei et veniunt occasionaliter utrumque
ipsorum in suo specie perfecto ergo sunt
consimilis virtutis active. Cum ergo
vir sit spermatis prolifici et fetus sibi
similis productivum sequitur quod etiam
mulier. Item intemporissime mulier
in tempore iuventutis perfectum de quo
potest superfluum sufficiens alimentum
convertendum in sperma quam in masculo
melancolico quinque vel sex annorum sed
hic masculus producere potest sperma
prolificum sibi similis generativum generativum
3o ut. Non principaliter persuadetur
conclusio sic quia dato opposito non
contingeret fetum vero in colore aut par-
ticulari membri dispositione ut corpore
dentis a matre similari quod est contra
quam tam suppositionem probatam quia
quod nullus sperma in semine mulieris velu-
tis efficit generationem nullus etiam effi-
cit particularem similitudinem in genito
quia qua ratione potest facere simili-
tudinem in cicatrice vel stigmate potest
etiam in compositione figura et qu-
antitate rei et sic potest membra plas-
mare rei et per consequens ad fetus
formationem effective concurrere. Sed
pro isto forte dicetur quod hec similitudo pro-
cedit ex dispositione menstrui mulieris
Contra quia non apparet unde men-
struum quod est materia que generationis fe-
tus dispositionem contraxerit unde
quod generetur membrum cum stigmate
vel cicatrice. Item qualis effectus
puta stigma est effectus positivus ergo
eidem correspondet agens per se illius
productivum per secundam suppositionem
sed huiusmodi non est spermatis formati-
vum eo quod illum effectum non naturaliter
intendit sed potius oppositum illius rei
ergo. Item frequenter contingit fetum
vere fore similem matri patri vero dissimilem
vel econtra aut patri magis similem quam matri
et econverso tamen essentialiter quam accidentaliter
spiritus agnum ex equa generatur mula per
omnia magis similis asino et tamen

quod vulpe femina producit mulam magis
similem vulpi. Et hic magis patrius
tertius ex muliere alba magis certa
filium generat album magnum matri si-
milem. Arguitur 4o ut prius sic talis
similitudo fetus ad utrumque est effectus
particularis positivus ergo idem corres-
pondet particularis causa per se illius pro-
ductiva per secundam suppositionem
licet huiusmodi causa non est prima
unica quod sunt deducendum. Tertia
conclusio est hec quod sperma mulieris
quantum ad partem corpulentam ma-
terialiter concurrit ad generationem patet
sunt precedentes. Persuadetur etiam
generaliter sunt quia spermatico membro
magis proportionatum spermatica
materia quam sanguis menstruus
ergo convenabilius est spermaticum membrum
fieri ex spermate quam ex menstruo san-
guine generari. Et contra vero
ex menstruo. Ex quibus patet primo
quod sperma viri quam mulieris simul ma-
terialiter et effective ad generationem
concurrere secundum diversas corporis partes
differenter tamen secundum Galienum in
libro de spermate quoniam sperma viri
magis active et minus materialiter concur-
rit quam sperma mulieris. Et contra vero
sperma femelle minus active et ma-
gis materialiter. Unde dicit prima parte
in capitulo de membris. Galieno autem
videtur quod cum duorum spermatum
est virtus coagulativa et virtus coa-
gulationem suscipiens et propter hoc
non se prohibet quoniam dicit quod virtus
coagulativa sit fortior in masculo vir-
tus vero coagulationem suscipiens sit for-
tior in femina. Patet 2o quod utrumque
intentione Galieni in muliere vir-
tus sperma generare prolificum et abea
in coitu emitti sperma et quod propter illud
non est de genere menstrui sicut
putant. Avicenna propterea dicit 20o 3i
capitulo de causis spermatis. Apud Gal-
lenum et medicos masculo et fe-
melle sunt simul duo semina de quibus
ambobus dicitur nomine spermatis
non unitate nominis tamen sed unitate
Patet ulterius penes hanc positionem

quod in fetu provenit varietas secundo contingit enim quod quandoque fetum masculum et quandoque producit feminam eo quod contingit sperma masculi in transmutando materiam generationis dicitur sperma femelle et tunc producitur masculus quandoque autem contingit econtra et hoc propter materiam generationis magis esse dispositam ut recipiat impressionem spermatis femelle quam masculi vel propter imbecillitatem virtutis spermatis maris aut propter utrumque et tunc producetur femella quod si contingeret hec et spermata in suis potentiis penitus equata forent generabitur hermofrodita // Ex quo ulterius patet que sit causa diversitatis in assimilatione fetus ad parentes quandoque enim assimilatur in specie complexione et moribus figura etc sicut cum sperma viri super sperma et menstruum mulieris perfecte obtinuerit quandoque vero econtra fetus omnino matri assimilatur sicut cum sperma mulieris complementum habuerit dominium quandoque vero per fractis virtutibus utriusque retinet similitudinem ut cum spermata sunt potentiis equata vel inequata fuerint quandoque vero nulli illorum similatur fetus in complexione colore figura etc sicut cum utriusque sperma valde debile fuerit aut intestinum indispositum coloris vel figure etc sed secundum utriusque illorum impressionem recipere (?) aliquando in colore assimilatur alteri in magnitudine et figura et sic de aliis quia contingit sperma masculi potentius esse ad disponendum materiam generationis ut sic vel taliter coloretur quam sperma femelle licet sperma femelle potentius sit ad ipsum sic vel taliter figurandum aut econverso Similiter contingit materiam generationis magis esse dispositam ut coloretur secundum colorem a spermate viri naturaliter intentum quam mulieris econtra in dispositionem esse ut secundum exigentiam spermatis femelle figuretur quam spermatis masculi et plura alia ex hiis colligi possunt hec ergo in sententia visa est positio galieni // Quantum ad

2m articulum sed materiam colligendo positionem Averrois sit hec prima conclusio Sperma mulieris non necessario convenit ad generationem fetus hec conclusio colligitur 2o colliget de iuvamento membrorum generationis et persuadetur signis et rationibus ibidem collectis scilicet primo quia experimento patet impregnari mulierem absque hoc quod spermatizat et sic dicit Averroys postquam legit libros Avicenne hoc testante asserit se diligenter inquisivisse a pluribus mulieribus se impregnatas fuisse absque spermatizatione etiam si sibi displicuisset coytus et fuisset violate quod confirmat testimonio cuiusdam sue vicine de cuius sacramento tantum confidere poterat que iuravit in anima sua quod impregnata fuit subito in balneo lavelli (?) aque calide in quo mali homines spermatizaverunt cum essent balneati in illo quod ipse ratione confirmat et auctoritate Avicenne dicit in libro de spermate ponens quod vulva attrahit sperma per viam propriam virtutem quam habet cum eo a forma specifica et ad hoc non est necessaria delectatio Et penes hanc viam nota quod nullam repugnantiam naturalem includit posse impregnari virginem licet hoc nostre fidei penitus non consonum videatur. 2m signum est quia sperma mulieris est scilicet aquositas quedam urine similis ideo non videtur ingressum habere in generationem sicut materia quia convenientior est sanguis menstruus vel a fortiori sicut effectus. 3m signum ibi tactum quia matrix evomit sperma proprium mulieris ut sperma viri attrahat // Ex quibus tandem concludit Averroys quod sperma mulieris est superfluitas distinctiva propter delectationem sicut distinct saliva ex ore alicuius famelici dum videt aliquem comedere Et pro ista conclusione est signum tactum ab aristotele primo de generatione animalium 18o capitulo scilicet quod huiusmodi superfluitas alba non ab omnibus mulieribus decidatur sed a nigris (?) pallidis (?) et a colore albis. Pro isto etiam

addici possunt alia plura tacta ab
auicenna 2o colliget capitulo allegato et in
fine // Ex hac conclusione sequitur primo
in muliere non generari vim sperma
quia non generatur in ea superfluitas
habens eam in virtute actiua propter
quod auicenna 9o de animalibus primo capitulo
dicit quod sperma viri et mulieris equi-
uocantur in nomine spermatis sicut hoc
nomen oculus est equiuocus cum di-
citur oculus solis et oculus hominis
Non enim conueniunt in spermate viri
et mulieris participatione nisi in nomine
vnde 20 3a capitulo de causis spermatis
nomen quidam spermatis cum duobus
est per unitatem nominis et conuenien-
tiam aggregantis rem distinctam etc.
Et infra nam sperma viri est calidum
digestum spissum et sperma femine
est genus sanguinis menstrui digestum
parum in consimili paruiper et non
elongatur a virtute sanguificatiua elonga-
tione spermatis viri et propter hoc as-
similauerunt ipsum philosophi antecedentes men-
struo etc. Et ideo Auicenna frequenter
hoc non sperma sed guttam vel aquam
mulieris nominat // Secunda conclusio
sequitur quod nec materialiter nec effectiue
sperma mulieris necessario concurrit ad
generationem ut patet ex precedenti
Tercia conclusio licet ita sit utile tamen
est ad generationem in actu coitus
humiditatem quandam albam dictam
sperma a muliere expulsam concurrere
patet primo quia propter expulsionem
huius humiditatis mulier vehemen-
ter in coitu delectatur propter quod
sperma viri citius attrahitur ad
matricem 2o quia huiusmodi humidi-
tas expellitur ad collum siue os ma-
tricis quare lubricum et quodammodo
roratiuum redditur propter hoc necessario
sperma maris ad matricis concauum faci-
lius labitur 3o quia hec humiditas sper-
matis viri secundum partem quietam ipsius
subtiliat et consequenter preparat ut
melius in menstruo siue in materia
generationis profundetur 4am vero huius
utilitatem explicat albertus magnus
sub alemannus 16o animalium ultimo
capitulo sub hiis verbis et est sperma

mulieris sicut manans madida sanguis
autem menstruum est sicut manans non
madida quandam autem voco manans
que statim sine alteratione suscepit
formam Sine alteratione autem dico
que sit causa maioris digestionis sed
sanguis menstrualis est sicut minus silue-
stris et est sicut dicitur panis cibus et sagit-
tarius quandoque est panis cibus non
similis sanguis autem est assimulatus
Sensit ergo Albertus hic tam sperma
mulieris quam menstruum esse mate-
riam generationis sed sperma esse materiam
puriorem non ulteriori digestione e-
gentem ut subiciatur operationi virtutis
informatiue menstruum autem ulteriori
indigere preparatione Et videtur
hec eadem sensisse colliget posse primo de
generatione animalium allegato capitulo
maxime secundum translationem arabicam
licet non videatur auicenna 2o colliget alle-
gato capitulo penitus consonare Ex
quibus patet melius et habilius ad
generationem conuenientem mulierem [illegible]
ipsa non conuenientem aliis partibus [illegible]
ulterius quod licet sperma mulieris non necessario
concurrat ut non tamen frustra natura
testiculos et vasa seminaria in muliere
produxit sicut nec in viro mamillas
licet non in viro non generent lac natura
eum per testiculos in muliere et semina-
ria vasa et per mamillas in virorum
~~per vasa~~ parauit utilitates quasdam ut
narrat 2o colliget allegato capitulo //
4a conclusio sperma viri quantum ad
partem eius corpulentam non conuer-
titur materialiter ad membrorum fetus genera-
tionem sic scilicet quod materialiter formam
spermatis perdat et membrorum fetus
formam recipiat hec conclusio ipsa
dici potest per plura tacta ante appositum
et est de intentione Aristotelis primo de genera-
tione animalium 4o capitulo et auicenna
2o colliget allegato capitulo et colligi
potest 20 auicenna animalium 3o capitulo
ubi ponit galienus sperma propter
vel similitudinem sigilli habere menstru-
um vero cere siue cere licet natura
in libro de spermate in hac conclusione
Aristoteles multum contradixit 20 canonis(?) [illegible]
naturalium allegato capitulo sine [illegible]
magis adhesit Colligitur etiam hec

.. conclusio ab auicenna nono
animalium capitulo primo

conclusio ab avic. nono an. aliud capitulo
primo dum inquit Dico ergo quod Aris.
dixit quod sperma viri dat formam et mē
struus sanguis dat materiam solum et
ideo prima primum capitulo de membris
Secunda conclusio posita a conciliatore
dicit 2° sperma viri tam quo ad partem
eius corpulentam quam spirituosam concurrit pro
prie effective constitucionem embrio
nis ingreditur et videtur per hanc con
clusionem conciliator intelligere quod pars
corpulenta spermatis viri non solum con
currit ad generacionem tamquam vehiculum spiritus
generativi ipsum confirmans et deferens
ad locum generationis sed etiam ipsa met
corpulenta partium per actionem spiritus
generativi in ipsam in spiritum transmuta
tur qui effective concurrit ad membrorum
generationem et formationem sicut spiritus
generativus in spermate primo inclusus
nec resolvitur pars spermatis corpu
lenta et causatur vel evanescit sicut plures
in putaverunt hec conclusio sic intellecta
persuadetur sperma concurrit ad gene
rationem membrorum eo modo sicut coa
gulum ad formam casei ex lacte sed
ut coagulum fiunt ex lacte caseum insi
coagulum ipsum dissolvatur et in vapo
res vel corpora subtilissima convertatur
quia non aliter appareret verisimile eius
impressionem in toto in brevi tempore
ad omnes partes coagulandi lactis pro
venire hanc conclusionem sensit expresse
Avicenna nono an. aliud primo capitulo
dum inquit et putant homines quod Aris.
putaverit quod sperma viri non est pars
pueri concepti nec materia eius sed non
fuit hoc eius consilium sed suum continet
consilium quod sperma dissolvatur cum materia
ipsius et profundatur in materia et fit
operator membrorum induens forma ydo
neam ad membra et erit sperma materia
spiritus in creatura et efficitur multociens
subtile et habile ut in spiritum transeat
Et idem infra confirmat dicens Et non
putas quod Aris. dicat quod sperma dissolvitur
et perit et minuitur quasi ad nichilum
ut Et imponitur idem Aris. 2° 5°
colliget allegato capitulo dum inquit
non esse credendum quod sperma prebeat
firmamentum qualitate solum sed cor(p)or(is)

in firmamento calor(is) quantitative
Et exponit conciliator quod non solum
ingreditur calidum in abstracto aut
virtus sed etiam calidum in concreto quo
notatur sperma in vaporem et spiritum
dissolutum embrionem substantiare
Necessitas autem generationis huius ex parte
spermatis corpulenta sumitur ex hoc quod
spiritus generativus in sua subtilitate
facile resolubilis ne ergo facile deficeret
convenienter natura ordinavit ipsum
ex parte spermatis corpulenta generari et
resumi 2° quia actio virtutis continuata
melius perficitur si virtus agens in ma
teriam transmutandam attingit ad in
ima quod multo melius fieri potest spiritu
sic multiplicato et ex corpulento semine
generato ergo etc. Et has causas aliqualiter
expressit Avicenna 9° an. aliud quarto
capitulo dum inquit Et necessitas est
ut crescat crescat spiritus et multiplicetur
et secundum omnem partem veniat virtus et
vigor Et infra subdit Et impossibile
est quod natura non fuit sollicita circa istud
spiritum et post istud ipsum ut crescat et
pluribus aliis signis et modis persuasit
conciliator hanc conclusionem allegata
dicta differencia vide Ex quibus omnibus
patet quod sperma quantum ad corpulentam
partem eius efficitur pars constitutiva embrionis
convertitur enim in spiritum Spiritus autem
ille efficitur embrionis pars nec spiritus
iuxta communem modum loquendi men
brorum inter partes eius corporis conte
grantes quidem numerantur et secundum hoc ali
qualiter concedi potest utrumque sperma
simul materialiter et effective ad fetus
generationem concurrere Spiritus enim pro
quanto est pars constituens embrionis
est sicut eius materia Sperma ergo
secundum corpulentam eius partem in spiritum
conversum dici potest ad ipsius generationem
materialiter concurrere Unde hec positio
videtur media inter positionem opiniones
Aristotelis impositam et positionem Ga
leni Voluit enim Galienus utrumque sperma
effective et quo ad spiritum in eo inclu
sum materialiter quo ad eius partem cor
pulentam ad generationem concurrere sic
quod unumquodlibet spermatis pars corpulenta
per actionem informative virtutis

apta est ut propriam formam producat
et in eius materia membri formam
recipiat. Alii autem secundum positionem
sibi communiter impositam nullum sperma
maris volunt in parte fetus esse trans-
mutabile. Hec autem positio que vi-
detur a via media viam tenet ut
hec sola sperma femelle quo ad corpu-
lentiam eius partem recipit partem
formam membrorum in fetu; spermatis
vero maris partem corpulentam trans-
mutari in spiritum qui dici potest pars em-
brionis. Et forte quod hec positio non est re-
mota ab intentione Aristotelis si quis verba
eius dicta consideret licet expressius
commune in tractatu de formatione
corporis humani nono capitulo. Hanc autem
conclusionem pluribus mediis conatur
improbare que in sequenti questione
tangentur. Ego autem puto tam positionem
Aristotelis quam sua bene intellecta esse pro-
babiliter sustentabilem nec puto aliqua
argumenta contra hanc adducta eam
demonstrative concludere. Primo ergo probabiliter
suscipiendo positionem Galieni respondendum ad
argumenta adducta ante oppositum.
Ad primum conceditur idem secundum
diversas eius partes respectu eiusdem
effectus producendi simul esse in actu
et in potentia agens et passivum effective
et materialiter vel saltem simul active et
materialiter concurrere nisi hoc aliquid
claudit repugnantiam valens ut prius
intuenti. Ad 2m negatur quia et nega-
tur ulterius in muliere sine viri con-
cursu esse sufficientes causas generationis
licet enim in muliere sit virtus activa
et etiam hec materialis non tamen in ea est
virtus totalis activa et per se sufficiens
ultra hanc enim non oportet sperma
viri concurrere sicut licet calor sit virtus
productiva ignis non tamen sine speciali-
tate et pluribus aliis ad calorem ad
ignem producendum particulariter sive
partialiter concurrentibus potest ignem
producere. Ad tertium dicitur quod sperma
viri et mulieris secundum aliquid sibi invicem
contrariantur et secundum aliquid conveniunt et sese
in operando iuvant virtus enim generativa
spermatis mulieris iuvat spermaticam
generativam spermatis viri in materia

generationis attrahenda ad locum
generationis transmittendo et membra
ex eo formando. Contraria ergo ad
hec membra neutrum ipsorum impedit
sed potius adiuvat actionem alterius
quia cum virtus informativa spermatis
mulieris naturaliter intendit producere
fetum secundum membra generationis sic
disposita sicut erat mater a qua de-
cisum est. Contraria vero virtus spermatis
viri intendit producere fetum consimiliter
dispositum patri a quo decisum fuit. Ideo
quantum ad hoc hec duo spermata sibi
invicem contrariantur. Et secundum
variam materie generationis dispositio-
nem et aliarum causarum concurrentium
inclinationem et firmamentum ut sunt
celestes influentie vincit ideo quandoque
obtinet sperma mulieris quandoque viri
informando membra fetus secundum sui
exigentiam ut satis dictum fuit supra
in 2o articulo. Ad quartum conceditur
quod hec ponitur ad salvandum diversitates
illas et cum arguitur quod non quare semper
producentur masculus negatur conse-
quentia licet enim conceditur absolute
sperma maris potentius esse quam sperma
femelle stat cum multo dispositionibus ma-
terie et aliarum causarum coadiuvantium
sperma mulieris ad generationem femelle
promotum ut celestes influxus in
potentiam redditur sperma femine ad
formandum femininum quam formativum mas-
culi ad formandum masculum. Et per
idem patet quare non semper pro-
ducitur fetus similis patri. Ad aliam
confirmationem negatur. Non enim
repugnat materiam generationis con-
venienter dispositam et colorantem colore
matris et non patris quantum ad figuram
dispositam ut vigoretur figura patris
quam matris. Ad hoc etiam enim concurrere
videntur cause alie coagentes tales
colorationes et non tales figurationes. Licet
ergo absolute potentius esset sperma patris
sit tamen semen matris esse potentius
ad colorandum materiam generationis
vel figurandum et sic de aliis. Et ex
hoc patet unde contingit quandoque
nulli parentum esse similem contingit
enim materiam generationis indispositam

esse et breuius quod sperma debile propter quod neutrum ipsorum similitudinem suam efficaciter potest in materiam producere vnde generatur fetus neutri similis aut forte monstruosus quandoque quod etiam esset materia generacionis bene disposita spermatibus tamen debilibus consistentibus neutrum suam imprimere similitudinem et ideo ut et quandoque auferatur specifica similitudo generati ad parentes et producitur aliquid aut in parte monstruosum et a parentibus penitus distinctum vigore influxus superiorum agencium concurrente cum eius hoc sperma in suis accionibus taliter debilitatur disposicio fetus insequatur disposicionem virtutum astrorum tunc concurrencium et dominancium in generacione fetus sicut de Alexandro legitur in libro de spermate. Et per idem soluitur ad aliam confirmacionem cum arguitur quandoque ex debilitate membri masculi generatiuum robusta existente femella contingit in fetu a generacione contrahi morbum hereditarium negatur eius consequencia et cum arguitur quia si sperma masculi est debile et femelle forte potencius est ut negatur quia etiam propter causas iam tactas in solucione precedentis argumenti. Ad similiter per omnia dicitur ad aliam confirmacionem propter varietatem eius in disposicione materie et agencium coagencium spermate viri et mulieris produci contingit fetum secundum corpus masculinum et secundum membra generacionis femininum ut est mulier virago aut econuerso ut est vir effeminatus ut patet ex dictis.

Ad aliam confirmacionem negatur eius consequencia et causa est primo quia sperma mulieris est calidius ita menstruum et pars spermatis corpulenta est calidior que ambo sunt materia generacionis et per consequens disposicior est materia ut cito generetur femina. 2° quia sunt sperma mulieris est calidius ut dixerunt quidam per illud redditur sperma viri vigorosius ad transmutandam materiam generacionis secundum suas condiciones. Econuerso vero spermate mulieris frigidiori et debiliori existente frigidior est menstruum quod et pars eiusdem spermatis corpulenta frigidior et per consequens ineptior est materia ad recipiendum complexionem masculinam ad quod etiam concurrit quod propter hoc ambo calor spermatis viri magis refrangitur et ideo impotencior redditur ad generandum complexionem masculinam.

Ad ultimum de concedendo non solum quamlibet femellam tardius in vtero masculo complexi contingit eciam informacionem in quantum femelle esse formiorem et materiam generacionis esse transmutacioni magis obedientem quam in aliam testi dari masculi generacione cuius signum est quia generatur quandoque femella temperata fortis valde et robusta et masculus melancolicus et imbecillis valde in omnibus accionibus. Et per idem concedendum est non quamlibet femellam citius complexione complexionari quam vtero masculo puto eius autem aliquis femelle temperato et multum longeue notabiliter longiorem esse etate annorum melancolicissime et consequenter ipsam tardius quam vtero ad complementum peruenire. Tum ergo dixerunt auctores in vtero tunc complexum masculum et econtra quam vterque tardius et femellam econtra non plus volunt nisi quod sic ceteris paribus masculo et femella accidentem in latitudinibus suorum corporum et suarum complexionum diuersum concurrentibus citius formatur et completur masculus in vtero et tardius femella et quod vtero femella ceteris paribus vbi generatur tunc completur et formatur in vtero masculus temperatissimus temperatissima femella et sanguineus sanguinea melancolicus melancolica et aliis paribus. Econtra vero quod vero persistit augmentum femelle temperate quam masculi temperati sanguinee quam sanguinei et cum quo tamen stat tardius perfici augmentum temperate femelle quam multum masculi valde huius autem diuersitatis causa a diuersis diuersimode ponitur primo propter partem quia fetus mas secundum plurimum generatur in parte dextra matricis que est calidior ut in ypo[crate] 44 apo[rismo] asse[ritur] 5° ...

24 capitulo de signis masculinitatis

Prima quia sperma masculinitas secundum plurimum emittitur a testiculo dextro qui est calidior propter hoc rustici volentes agnum masculinum ligant testiculum sinistrum arietum ut 21 24 allegato capitulo Secunda quia sperma generantis est spumosius et calidius et per consequens virtus informativa in eo est fortior econtra vero in feminis Tertia causa est quia menstruum ex quo fit mas est calidius ex quo vero femina frigidum Ultima causa quod plus de impuro menstruum attrahitur quam de puro in generatione femelle quam in generatione masculi propter quod pregnantes ex femina sunt pigre et graviter motive et male colorate pregnantes vero ex fetu masculo sunt motive leviter et bene colorate ut 21 24 capitulo allegato et ysa aforismorum aforismo 18 et 42o 2e vero partis causa multiplicationis dixerunt aliqui quidem causam esse quia humiditas ex qua fit augmentum est habundancius in feminis eo quia femina in generatione debet prebere materiam tam generationis quam augmenti habundancia vero humidi facit ad velocius complementum hec causa non placet quia tunc nunquam in sanguineo perficitur augmentum quam in colerico quod est contra experimentum et argumentum quia quia in sanguineo exuberancius est humidum quod est augmenti materia Item tunc nunquam perficitur augmentum in muliere sanguinea vel temperata quam in melancolica vel colerica eo quod in temperata et sanguinea habundancior est materia augmenti ideo transeat hec responsio tamquam non vera Alii dixerunt causam esse quia licet materia flexibilibus difficiliter et tarde recipiuntur et retinentur impressiones diu tamen constare incipit magis obedit impressionibus et sic cum facilius recipit et facilius retinet ut patet de cera aliquando facta primo quam cum constare incipit facile recipit et retinet figuras et sigilla impressa quia igitur materia generationis femelle in utero non est fluida multum ideo difficile et tarde recipitur respectu materie generationis masculi et per consequens tardius formatur in utero et completur femella masculo contra

uterum vero ad hec materia constare incipit facilius impressionibus et extensioni a calore corporis quam masculi propter quod contra uterum velocius completur femella masculo hec autem causa licet a multitudine sufficienter acceptetur non tamen apparet conveniens primo quia tunc contra uterum nunquam perficitur temperatus et sanguineus melancolico argumentum quia quia membra temperati et sanguinei sunt extra uterum passibiliora et extensionis magis receptiva et si hoc non est argumentum efficax non etiam efficax est causa quam ponunt Item data hac causa postquam incipit in utero materia generationis coagulari nunquam perficitur femella quam masculus Item nunquam anno 18o velocius et magis fieret augmentum in feminis quia tunc sunt membra passibiliora et per consequens extensioni magis obediencia Item quod ista sequitur oppositum eius quod probare intendunt quia si contra in feminis sunt membra magis obediencia extensioni longiori tempore extensionem tollerat et per consequens tardius femelle natura augmentum Aliam causam alii posuerunt quod natura minimam exhibet ad diligenciam in complemento femelle ideo tarde eam ad complementum producit hec causa in fructu deficit quia non minus sollicita est natura vel ad mulieris circa complementum perfectionem et permanentiam corporis mulieris quam natura masculi circa complementum eius simpliciter si nunquam est sollicita tardius ad eius complementum operatur quemadmodum enim negligentes tardius finem attingunt intentum Item natura non sollicita debet ad finem intentum corpus tardius producere Aliam tamen alii posuerunt scilicet quia mulier tarde senescit eo quod est vite brevioris hec autem causa licet vera sit est tamen remota [illegible] multum Ego autem puto eandem vel similem esse originalem causam propter quam tarde formatur masculus in utero et econverso extra uterum completur tardius et econtra simul est causa propter quam femina in utero tardius et extra uterum completur velocius Ideo eam nunc persequitur

in utero masculus quia virtus infor
mativa est fortior et materia transmutati
onem et formationem obedientior et
in summa causa reducitur ad debitam
proportionem virtutis informative ad
materiam generationis formandam et pro
pinquam huic simile tardius complet
circa uterum et pervenit masculus ad
complementum quia cum talis est suo hu
mido melius proportionata longiori
tempore potest cum sua corrupcibilitate
conservare longiori cum tempore plus quod
resolvitur potest restaurare et si sit tardius
in eo terminatur augmentum propter tar
dius completur circa uterum sive per
ficitur et propter idem tardius comple
tur quam uterum temperatus vel sanguineus
melancolico eo quod tardius terminatur quoniam
augmentum longiori enim tempore potest
calor intemperato plus restaurare quam re
solvatur quam in melancolico tamen enim quam
uterum perficitur melancolicus et tar
dius utero quam temperatus. Consimiliter
per omnia dicendum est de femella tar
dius enim perficitur in utero quia virtus
informativa debilior et materia inepcior
est transmutationi velocius aut contra
uterum quia calor sub humido minus
debite proportionatus quam in viro modicum
tempore propter humidum sinum consu
dere et plus resolvatur et per con
sequens tamen terminatur augmentum//
Et hanc causam puto intellexisse di
centes quam uterum tamen perfici quia citius
senescit. Ex quo infertur hanc conse
quentiam non valere non magis
est dominium augmentative et minus
ne virtutis ad materiam transmutandam
in femina quam in masculo ergo non citius
perficitur augmentum femelle quam in
masculo ergo non tamen perficitur nec con
sequitur tamen potest virtus augmentativa
femelle augmentum eius perficere quam
virtus augmentativa masculi quod virtus
augmentativa femine est fortior sed
ex illo antecedente sequitur oppositum. Et non
quod licet in muliere tamen perficiatur aug
mentum quam in viro non tamen mulier
velocius augetur masculo sed continue
tardius aliis paribus semper enim in
equali tempore ad dimensiones

maiores producitur puer quam femel
la aliis paribus patet ergo cum hec via ad
tollerandum posicionem galieni que
tamen veritate conformior apparet
posicio Aristotelis ipsa est defensanda. Res
pondetur ad argumenta quibus ro
borabatur posicio galieni. Ad primum
probans primam conclusionem primi
articuli negatur maior et consequenter
negatur ultima suppositio premissa si
similitudo illa fuit universaliter ve
sumpta. Sperma enim aliud compre
prehensum habet virtutem activam in genera
tione in semine aut plante recipitur vel
in ipso spermatis virtus activa saltem ex passiva
ut in precedenti questione communiter
Aristoteles declaratum est/ ad primum probans
secundam conclusionem eiusdem articuli
probabiliter negatur maior et dicitur
ulterius quod licet utrumque sit superfluitas
ultimi alimenti solum tamen sperma
viri continet totam in virtute activa.
Ad aliam probacionem eiusdem ne
gatur quia ab eodem enim secundum speciem
solum accipitur variato pro effectus
specifice distincti ex eadem vel consimili
producitur materia ut circa primo tractatu
cum ex aliquo uno generatur serpens ex quo
idem factum colerinum potest colera
generare potest enim probatur materiam
generationis viri et mulieris non esse
penitus similem et consequenter quod licet
varietas in effectu sequitur varieta
tem agentis vel materie. Ad aliam con
firmacionem negatur etiam quia
licet Aristoteles dixisset quod mulier est masculus
occasionatus semper enim sperma
et virtus informativa intendit pro
ducere masculum quamvis resistenti
menstruo aut alia causa impedien
te ut celestis influxu intendente fe
mellam producere producitur femel
la unde semper non femella naturaliter
huiusmodi produci propter particulare
agentis intencionem conveniendo tenendo
tamen responsionem primam dicitur
quod licet tam vir quam mulier sint eiusdem
speciei essencialiter et neutrum in suo
semine orbatum aliunde tamen virtute activa
est vir tamen non est mulier ut dicit commentator in 3 capitulo

spermali perfectior. Ad aliam confir-
mationem dicitur quod in muliere separata
non sic perfecte decoquitur sperma sed
in melancolico potentia generare quia non
habet in se temperamentum veri spermatis
et virginitatem prius productivum sicut
licet robustior sit complexio epatis quam
testiculorum non tamen potest epar genera-
re sperma. Ex quibus patet primam
suppositionem in articulo positam non
fore concedendam. Ad 2m principale
in qua magis gloriabatur galienus
contra Aristotelem dicendo quod similitudo fetus
ad matrem non consequitur actionem
principii activi a matre decisi vel parti-
cularis spiritus et consequenter similitu-
do fetus ad matrem non provenit ex
aliquo particulari agente per se hanc
similitudinem intendente. Et dico
notanter particulari quia concipi
potest agens universale per se intendere
hanc similitudinem huius ergo particularis
causa est dispositio materie generationis
eo quod menstruum ita est in muliere in pote-
ntia passiva sicut sperma est maris in po-
tentia activa spermate ergo debili exi-
stente non potest formare materiam
secundum suam similitudinem inducere similitudo
matris quam prius receptum et est similitu-
dinis patris in sexu et non in colore aut
figura aut econverso ideo quandoque pro-
ducitur masculus patris in colore dis-
similis etc. Ex quibus sequitur non omnem
effectum proprio particulari correspondere
agens particulare per se eius producti-
vum patet ulterius similitudinem fetus ad
matrem in sanguinate aut alia particulari
membri dispositione pendere ex membri
dispositione licet enim membrum consub-
stituitur menstruum quod subicitur genera-
tioni videatur materia quare quia iam
decisum est a matrice iam toti distri-
buta in qua particulares membrorum
dispositiones originaliter impresse sunt
potest hec materia ab hoc agente esse
solum taliter disponibilis ut matri in
hac particulari dispositione vel in gra-
sanguinato generetur similetur. Ex quibus
patet responsio ad ultimam confirma-
tionem fallax ergo nimium fuit galie-
ni fundamentum quo putavit contra Aristotelem
militasse ideo dicebat conciliator
putandum esse galienum librum de
spermate consituisse tempore quo ad-
huc rudis erat in natura peritia quod
sensit cum nono animalium sexto ca-
pitulo dum dixit. Et videamus quid
quid dixit iste medicus contra Aristo-
telem se aliquid dixisse cum nichil dixe-
rit licet multum sumpserit de causis igno-
rans tamen est radices sue et infra 20
capitulo Nos enim medici sumus super
illud quod ostendit medietatem magis-
terii et dixit se scire philosophiam qui dixit
istas rationes varias

# Utrum omne

sperma prolificum sit forma-
liter animatum arguitur
quod sic primo omne sperma prolificum habet
in se aliquam potentiam anime generativam quam con-
tinet eo quod non possunt potentie anime ab-
solvi ab ipsa anima et assumptum patet quia
omne sperma prolificum in se formaliter
habet generativam potentiam. Secundo quodlibet
semen prolificum est per se operatum infor-
mali animati productivum ergo etc. quia
tenet eo quod operatio arguit formam et
assumptum patet per operationes seminis
prolifici distinguendo materiam eius genera-
tionis actualiter distinctionem retinet
impuro expellit liniat figurat et ad omnem
differentiam positionis materiam moveat
secundum exigentiam formandi fetus sed hec
non videtur posse alteri forme quam anime
attribui ergo etc. 3o semen prolificum est
agens per se principale particulare fetus
productivum cuius generatio est vitalis sed fetus
est formaliter animatus probatur assumptum
primo enim quod generatio fetus humani sit vi-
ta patet quod tamen concurrit sperma tamquam
principale particulare arguitur quia
non concurrit tamquam instrumentale prius vel
alicuius alterius ergo etc. probatur assumptum
primo enim quod non sit instrumentale alterius
a parte patris patet et quod non prius a quo deci-
sum est arguitur quia principalius con-
currit semen ad generationem fetus quam
pater a quo deciditur ergo etc. antecedens probatur
quia semen concurrit tamquam agens esse-
ntialiter subordinatum pater vero ut accidentaliter
ordinatum sed prius ad quemlibet ef-
fectum et principalius est causa essentialiter
quam accidentaliter ordinata ergo etc. probatur

maior quia retractio actualis concursu et influxu spermatis aufertur generatio sed retractio influxu vel concursu prius non quoniam causa essentialiter subordinatarum cessante actore primarie cessat prioris cessat actio posterioris sed non econtra quoniam cessante actore prius in generatione fetus non cessat actio seminis licet bene econtra quoniam semen est ad fetus productum essentialiter pater vero accidentaliter subordinatus ¶ Confirmatur idem sic quod celi motore virtus est forma spermatis quoniam forma vegetativa prius quam semen est animam quod tenet quia nulla forma animata est alia forma anime motrice eo intellectiva et assumptum arguitur quia intellectivae operationis est forma secundum unde quod forma vegetativa prius producitur eo quod vegetativa prius precise potest iam genita membra nutrire augere et conservare forma vero spermatis membri non degenita potens est de novo producere quod ipsam iam genitam conservare ergo sed sperma est huiusmodi ut colligitur prima primum capitulo de membris et doctrina vi capitulo de virtutibus naturalibus indistinctionibus quarto in Tertio ad principale spiritus tamen fluens quod motus est formaliter animatus ergo semen prolificum saltem quo ad partem spirituosam eius formaliter est animatum assumptum probatur primo quia spiritus est corpus mobilis ad omnem dicendum positionis sed corpus taliter moveri solum competit animatis hoc colligitur 2o. de anima et octavo physicorum 3o ut maior patet experimento in accidentibus enim anime movetur spiritus quandoque ad intus et quandoque ad contra et sic de aliis differentiis positionis quarum in ea non sit nova facta mutatio vel impressio que sit illius motus causa et enim in perfectis animalibus ambulat patet etiam idem expressius de spiritu gignitivo in semine incluso qui intercepto seminis in loco generationis materiam generationis attrahit perforat et totam vat et ad omnem positionis differentiam penetrat limando figendo nulla superveniente in eo mutatione que sit horum motuum causa 3o ut 2o spiritus est subiectum propinquum sanitatis vel egritudinis 3o ut consequentia tenet

quia sanitas et egritudo est solum viventis passio ut primo de sensu et sensato et assumptum colligitur primo quia primum capitulo de substantiis medicine item in casu per dispositionem preter naturam subiective consistentem in spiritu immediate leditur viventis operatio 3o aliqua dispositio subiective consistens in spiritu est egritudo assumptum patet ponendo in spiritu oculis solum esse distemperiem per quam non possit oculus operationem visivam debite perficere sed in ipsa sensibiliter impediatur quamvis in substantia oculi nulla mala qualitas imprimatur verbi gratia ubi debet esse spiritus visivus subtilis sit grossus et ubi debet esse lucidus sit tenebrosus et arguitur sic tunc per aliquam dispositionem vite sensibiliter leditur operatio visiva et non per aliam quam per dispositionem vitam substantiae consistentem in spiritu ergo ut ¶ Et per idem arguitur sic dispositionem in spiritu subsistente consistentem esse sanitatem quia tunc intentio precis est egritudo eius contraries est sanitas ut primo de accidenti ¶ Similiter sicut per tenebrositatem et grossitiem spiritus primus immediate sensibiliter ledebatur operatio visiva, ita per claritatem et subtilitatem eiusdem eidem superveniente eiusdem adeo immediate perficitur operatio visiva igitur sicut precedens tenebrositas et grossities in spiritu fuit egritudo ita subsequens subtilitas et claritas erit sanitas ¶ Confirmatur idem sic tertio sic febris effimera est febris spiritus et non in membro vel humore ergo in spiritu maior colligitur communiter fere omnium et patet minor quia in effimera quando huiusmodi non sunt membra in calefactione sed habent precise caliditatem sicientem a calefacto esse spiritus dependente ¶ Quarto ad idem arguitur sic spiritus a corde membris influxus est perfectior membris quibus influitur ergo est animatus consequentia tenet quia nullum inanimatum est altero animato perfectius et assumptum arguitur quia hic spiritus est sic gratia unus a natura inventa sicut membra tam simplicia quam organica sed semper

finis est perfectior ordinatur ad finem
ut colligitur secundo de anima unde sep
timo politice semper deterius est gratia
melioris ergo ut maior colligitur 2o vel
liget 5o capitulo ubi ponuntur membra
simplicia inventa esse propter compo
sita disponuntur eius secundum cor
congeniam compositam vero propter
calorem sive spiritum. Tertio sic nisi
spiritus saltem aliquis esset formaliter
animatus non potest signari probabilis
causa propter quam commotu spiritus hominis
sequitur velociter gradatim post quietem
agitatione notabili tempore durat
vel ergo si eius spiritus non est formaliter
sentiens ut visus videns non appare
ret commotu circulari spiritus oculi vel
cerebri appareant obiecta continue cir
culariter moveri magis quam commotu
aeris continentis obiectis exterioribus quam
existentibus quamdiu cum spiritus oculi
circulariter moveatur movet tamen
idem aspectus obiectorum et propi
quitas et per consequens spiritus reciperet im
pressio secundum aspectum eadem et
rectitudinem eandem in organo.
Organo ergo et obiecto quiescentibus
ergo semper in eodem situ perciperet
obiectum et per consequens non ap
pareret circulariter moveri. Et pro
isto videtur sententia Avicenne prima
primi tractatu quarto primo capitulo
dum inquit Et quando revolvuntur
spiritus imaginatur homo quod res re
volvuntur nam equale est si dividisset(?)
proportio partium spiritus ad partes me
dii continentis ipsum ex parte spiritus
sive dividisset illud ex parte medii
[illegible] Et infra subdit nam cum sentiens
movetur per [illegible] sensatum hic
expresse spiritum sentientem appellat
Et colligitur idem tertio problematum
nono problemate propter quid ine
briato omnia in circuitu videntur fer
ri Et infra solvendo aut quia mo
vetur visus spiritus visivus dif
ferunt autem nihil visum moveri
aut quod movetur idem facit ad ap
tendum(?) ut. Cum ergo ex corporibus
visum non accidit motus vertiginis
nisi in spiritu ex conturbatione phi

in spiritu esset visum et per consequens
ipsum esse sentientem et auditivum. Pro
isto etiam videtur sententia Aristotelis in libro
de morte et vita dum dixit quod do
nec vivens esse prima participatio
anime intrinsece in calido naturali. Et
idem secundo de generatione pluries ubi
virtutem spermatis et spiritus gigni
appellat intellectivam artem et virtutem
divinam et Averroys septimo metha
phisice 31o dixit Avicenna in libro de ani
malibus quod iste virtutes sunt similes a
genti per intellectum et Avicenna
prima primi doctrina 6ta capitulo quarto
deinde spiritus secundum Aristotelem recipit prin
cipium primum quo anima prima quo qua
alie profluunt virtutes. Et Galienus
secundo complexionum ultimo capitulo
dixit virtutem informativam esse [illegible]
in natura sapientem et prudentem
Et primo virtutum naturalium capitulo 10
ad finem virtutem informativam sive
plasmativam esse artificialem et summe
artem et optimam et omnia gratia al
icuius facientem et non calido humido fri
gido et sicco operantem ut vide ibi. Ad
oppositum arguitur nec quo ad pri
mum corpulentum nec quo ad spi
rituosum est simul(?) formaliter animatum
ergo questio falsa. Assumptum arguitur
quia anima est actus primus corporis orga
nici physici ut patet ut 2o de anima sed nec pars
corpulenta nec spirituosa seorsum est
corpus organicum cum quelibet harum
sit homogenea cum quelibet quantitativa
pars eius recipit denominationem. Pro
isto forte dicitur quod anima est actus aggre
gati ex corpulenta et spirituosa parte. Conse
quenter contra hoc posito sequitur
aliquod totum esse animatum cuius omnes
partes quantitative sunt inanimate quod
non est rationabile. Secundo sic semen quan
tum quod prolificum non est in aliquo gradu
viventium responsibile(?) ergo ut. Antecedens arguitur
discurrendo per omnes gradus viventium
non enim est in gradu vegetabilium quia
non nutritur nec augetur simul(?) si esset
in gradu vegetabilium distincto contra
gradum sensitivorum et motivorum
secundum eum tamen esset planta quod non
conceditur. Et per idem arguitur

quia non est in gradu sensibilium aut
mobilium 2m quia nec sentit nec lo
quitur nec localiter movetur et si li-
quia iam esset in genere brutorum et p
simile patet non esse in gradu viven
tium vite intellective quia tunc esset
homo et non intelligeret 3o generaliter
arguitur quia tunc semper tam essentia
compleretur ethica eo quod quandocumque
cordis substantia acuta est in tali esse
esse tunc est ethica sed quandocumque est
essentia aliqua substantia acuta cordis
est in tali esse facto esse si sperma est formaliter
animatus ergo etc. Et per idem deducitur
quod essentia et ethica non abuterent generaliter
distinguuntur sed cum in tali esse facto
esse non sunt in subiecto ut genere vel
speciei distinctionem omnino adhuc in similibus
specie talia cum sint substantia adhuc
consimili anima acuta Quarto sicut
anima seminis est eiusdem speciei cum anima fetus
producendi vel differt ab ea specie
si primum sequitur semen esse essentialiter
hominem et animal rationale et
plura alia que non sunt ratione consona
Si dicitur secundum tunc erit in gradu
viventium inferiorum puta bruti vel
plante et sic de per se producentis ho
minem erit planta vel brutum ytem
vel anima spermatis corrumpitur in
generatione fetus vel remanet post
generationem in fetu Si primum sequitur
individuum alterius speciei corrumpi
in individuum eiusdem speciei essen
tialiter quod est contra formalem ra
tionem corruptionis substantialis
per quam perditur nomen et diffinitio
non enim corrumpitur aqua in aquam
aut ignis in ignem similem sed aqua
in ignem vel aerem et ignis in san
guinem et si dicitur secundum quod illa forma
manet in fetu vel ergo nova forma
generatur vel non Si primum sequitur
duas formas substantiales solum
numero differentes quarum una non
est alia nec pars eius nec ambe ali
cuius tertie forme sunt partes esse in eodem
subiecto adequate sic enim unus homo
vel unum vivens esset duo viventia to
talia Si dicitur quod nulla nova forma

in fetu inducitur sequitur embrionem
non generari in matrice sed ponitur in me
bro generationis informat in matrice postquam
prius non informavit eadem et ma
teriam spermatis in matrice informare
desinit postquam prius informavit eadem
ergo etc. Hac argumenta evidenter apparent
tenenti in nobis esse unicam formam
substantialem scilicet animam intellectivam
individualem quamlibet partem nostri
corporis inherentem informantem Sexto
sequitur potentiam anime generativam non
posse ab aliis potentiis anime potentiis
absolvi quod philosophus 2o de anima potentiam
nam vegetativam esse priorem omnibus
aliis potentiis anime ideo posset ab aliis
aliarum absolvi licet non econtra unde
etiam propter hoc precipuum omnibus viven
tibus inest Et consequentia patet quia
in semine non videtur alia potentia
anime a generativa Septimo tunc in
quolibet homine habente potentiam gene
randi essent simul plura animata solum
ordinata non constituentia unum quia
in quolibet est anima informans membra
sua et cum hoc sperma ad conditionem generationis
impellibile Similiter tot in eo essent anime
quotiens per actum coytus semen posset
emitti Similiter tunc sperma esset anima
tus totus vel membrum eius ergo sperma
non sit humor vel superfluitas eo quod
est res animata sequitur quod membrum est
Similiter sperma non recipit diges
tionem quartam que sola videtur ad
animationem preparare De hac ques
tione due sunt positiones prima po
nit generaliter omne semen prolificum
esse formaliter animatum sed solum vir
tualiter animatum ad hunc sensum quod
omne semen quantumcumque prolificum est
substantia inanimata licet in se virtutem
habeat aliquam per quam est ipsum est
anime productivum utraque autem istarum
videtur probabiliter sustentabilis ideo
primo tractabo primam positionem pro
babilem modum sustinendi semen
omne prolificum esse formaliter animatum
forma vel anima eiusdem speciei es
sentialiter cum anima fetus 2o tangetur
modus probabilis modus defendendi
positionem oppositam Quantum ad

Primum ad hanc positionem ali
qualiter tollerandum sit hec presuppo
nit[?] cum ut[?] istud quod formis substantialibus
specifice distinctis correspondent anima-
lia[?] distincta instrumenta quibus
actus et operationes suas perficiunt eo
enim quod distincte forme secundum speciem
debent distinctas operationes producere
eisdem distincta instrumenta cor
respondere Secunda suppositio quasdam
vivencium operationes anima perficit per
spiritum et per complexionem spiritus
tamquam potissimum instrumentum hec sup
positio est de mente omnium auctorum et
patet discurrendo per omnes viventium
operationes vitales animales et naturales
Tertia suppositio est perfectio operantis quod
forma materialis operationes sibi debitas
aliis partibus per instrumentum sibi co
niunctum quam per instrumentum ab ea sub
iecto separatum perfectio enim potest que
libet forma materialis operationes sibi
debitas aliis partibus per instrumentum
sibi coniunctum ad actionem dirigere
quam instrumentum ab ea separatum ut
simile exemplum etc. declarari potest Quarta suppo
sitio est quod motus spiritus cum[?] in se
mine ad varias positiones differe
ntias secundum exigentiam fetus formandi
et influentis in nobis adinuicem[?] corporis ut
secundum operationem anime exigentia
est motus naturalis et hic naturale
contra violentum aut contra preter
naturam distinguendo suppositio
hec nota est Prima conclusio quod
spiritus influens vel innatus existens
in vivente est formaliter animatus per-
suadetur conclusio sit per idem tempera
mentum qualitatiue preexistit quod est anima
et forma operationes spiritus notabiliter
sibi debitas ergo anima et forma
spiritus non sunt specifice distincte consequentia
tenet per primam suppositionem et antecedens
patet per suppositionem tertiam secundo instrumentum
qualitatiuum cum quo debet anima opera
tiones sibi debitas producere sine perficere
debet esse anime coniunctum subiecto sed
ipsa per temperamentum spiritus suas
operationes immediate perficit ergo temperamen
tum spiritus est anime subiecto coniunctum
et per consequens spiritus est animatus

maior patet quia perfectior est opera
tiua forma per instrumentum sibi coniunctum
ut per tertiam suppositionem et patet
minor per secundam Item dato oppo
sito non apparet qualiter saltem non
potest anima cordis in vena exem
pli in sincopi spiritum cordis ad motiua
tionem non enim est sibi immediata quo
ab eis similiter distans Quare qualiter
ergo rationem aut alterando aut ad
disponendo potest spiritum manus cor
dis in vena exempli ad cor eiusdem
motum ponam etiam spiritum platonis
sibi immediatum aut propinquioris
consilii alterare disponere et mouere
et sic rediret positio Anima quoquo modo ymp
bata Item mali quo accidenti anima
contingit spiritum aliquem cordis mo
uere ad intra et aliud ad extra sicut
ut prima primi capitulo de hiis que
proueniunt ex motu anime ut in posi
tione anime dicit Hely quid ergo sit
alterans has spiritus aduersas consimiles
alterationibus inclinantibus ad motum
oppositorum est difficile ymaginari cum
agens sit idem et passum consimiliter
dispositum penitus ut pono Ideo sa
nius videtur dicere spiritum esse forma
liter animatum et quod sicut in uno animato
diuersa membra sunt inclinata ad
motus oppositos ut manus dextra et
sinistra secundum exigentiam operationum anime
ita diuersi spiritus Item motus ad extra
est naturalis ergo prouenit a principio
intrinseco primo sed nullum intrinsecum
principium materiali extra[?] primo et naturaliter
inclinans potest ad differentiam posi
tionis oppositam ut colligitur secundo de anima
et octauo physicorum Secunda conclusio quod
spiritus genitiuus in semine prolifico
inclusus est formaliter animatus persua
detur primo quia naturaliter mouetur
et extra primo ad omnem differentiam
positionis materiam concauando limando
et figurando secundo quia videtur integra
ri ex virtute animali et naturali quarum
quilibet est animatus per quem precedente
Et pro ista conclusione et precedenti
procedunt omnia argumenta adducta
ante oppositum Ex quibus sequitur primo
omnes istos spiritus innatos et influe
ntes animales naturales non esse specifice

essentialiter similes sequuntur circa spiritum
generativum naturalis spiritum esse essentialiter
similem. Secunda pars scilicet quod corpulenta
non est formaliter animata probatur quia
quia est superfluitas ut supra ostensum
est et nulla talis est animata formaliter
item quia subintrat saltem secundum
medicos materiam generationis. Ex hoc
sequitur primo quod parte seminis cor
pulenta et spiritu generativo in eo in
cluso non constituitur essentialiter
unum. Ex illis enim duobus natu
ralibus quorum alterum est animatum
reliquum vero inanimatum fit essentiali
unum. Unde probabiliter dici potest
contra videtur auctoribus dissen
tio quod pars spermatis corpulenta est
a natura solum generata spiritus gene
rativi inventa primo ut tamquam eius
vehiculum ipsum ad locum generatio
nis deferat. 2o ut ipsum contineat et
prohibeat ne evaporet et evanescat
et resistat ne ab corrumpentibus alteratio
nibus distemperetur. 3o ut ex priori
parte eius regeneretur et restauretur
spiritus generativus cum in eo continue
fiat resolutio. Et penes hoc probabi
liter conceditur spiritum aliquo modo
nutriri et restaurari licet propter
velocitatem sue restaurationis auctores
sibi solam generationem attribuunt tam
velox est enim resolutio eius et reno
vatio ut non videatur notabili tem
pore posse idem numero permanere ut
membra propter quod membris magis
videtur augmentatio et nutritio attri
buenda quam spiritum licet in rei ve
ritate nullum ipsorum pro ydemptitate
propinquissime sumpta idem notabili
tempore permaneat. Hiis probabili
ter positis penes hanc viam respondetur
ad argumenta adducta prius ante
oppositum. Ad primum conceditur sper
ma prolificum quo ad spirituosam partem
esse formaliter animatum. Et cum arguitur
quod non quia non est corpus organicum
primo probatur concedi potest spiritum
generativum esse organicum corpus. In
cludit enim in se partem spirituosam
vitali spiritum proportionatam et sibi
ciali et naturali que sunt veluti pres
consimiles totum unum organicum scilicet
generativum componentes. Vel dicitur
quod anima est actus corporis organici instru
mentalis quo scilicet veluti instrumen
to vel organo anima est suarum operatio
num perfectiva. Nec ubi sumitur orga
num ut distinguitur contra similiter.
Alii autem dixerunt omnem animam
talem esse actum totalis corporis orga
nici necessario cum viventis totale est
organicum. Ad 2m conceditur omne
semen prolificum esse in eodem gradu
viventium essentialiter in quo est illud
animatum a quo decisum est licet non
omnes tales anime operationes sufficiat
producere sicut licet ex caro cor homi
secundum commentatorem viam ponen
tem omnia membra nostri corporis
unica forma secundum speciem in
formari sint essentialiter in eodem
gradu viventium non tamen omnis
operatio apta provenire a corde est
producibilis ab osse vel carne licet ergo
sperma viri sit in eodem gradu vive
ntis in quo est homo essentialiter non
tamen sequitur ipsum sentire vel
intelligere. Tenendum est enim
iuxta hoc spiritum generativum viri
antequam scilicet intellectum datum quia
partem corpulentam spermatis sibi
assimilat. Et consequenter patet quod se
men virile non est in gradu vege
tabilium contra gradum sensitivorum
vel essentialiter distincte licet bene
accidentaliter. Ad 3m negatur quia
et negatur ulterius quod quoddam quod
substantia et pars cordis animata po
nitur in calefacto esse sic ethica ad
hoc enim requiritur calefactum esse
in substantia membrali ut solida pre
cordis impressum quod non necessa
rio est in effimera. Ad confirmationem
dicitur quod licet in natura rei spiritus et
membra non distinguantur genere
essentialiter apud tamen medicum de
bent poni tamquam substantie alie que
distincta cum multo maior secundum
sensum diversitas reperiatur vel non
minor inter spiritum et membra quam
inter humores et membra. Et penes

hoc nota consequenter concedendum
esse in omni febriente febre effimera
reperiri secundum pluralitatem febrem
effimeram factam et fientem, factam
scilicet in spiritu cordis et fientem scilicet
in membris. Et quod non repugnat duas
esse febres eiusdem speciei quarum
una fiens est et altera facta. Et con-
sequenter etiam tenendum est quod ad
esse effimere non requiritur substantiam
spiritus esse in calefacto esse et sufficit
ipsam esse in calefieri sensibiliter opera-
tiones ledente dum tamen illud non
fuerit causa permanens particulari de-
pendentia totaliter dependens ad
cuius remotionem fit illud apud remo-
tionem. Tenendum est consequenter
quod semper humoribus existentibus in
calefacto esse et potentibus spiritus
in calefieri spiritus ledente est corpus ef-
fimerans. Ex quibus ulterius sequi-
tur omnem effimeram in membris
esse accidens eo quod omnis talis est
dispositio preter naturam immediate
ab egritudine dependens quia scilicet
a dispositione spiritus preternaturali
que ponit hanc dispositionem est
egritudo. Et infinita alia consimiliter
concedi oportet que de quo modo loqui
videntur dissona. Ad quartum dicitur
quod anima fetus est eadem essentialiter
cum anima fetus et consequenter
conceditur quod sicut iste homo est
idem numero absolutus ita bene conce-
dendum est semen maternale esse hominem
sicut caput manus etc dicerentur ho-
minem hominem sed quia continuant
hic terminus homo animal etc non tenditur
animo sit absolute sed recte organi-
zationis eodem negantur iste propo-
sitiones tamquam impossibiles manus
pes semen hominis est homo et sic de
similibus. Ad quintum dixerunt
quidem probabiliter quod sicut spiritus gig-
nitivus remanet in fetu licet parum
post resolvatur ita anima et forma eius.
Concedunt utrumque producere aliam
formam hinc sensibiliter in specie esse-
ntialiter in specie similem in materia
generationis et quod hiis duabus formis
scilicet spiritus gignitivi et membrorum

fetus resultat una totalis forma. Ista
non videtur inconveniens quod forma
spiritus gignitivi et membrorum
fieri unam totalem tamquam quantitas
partibus sicut etiam quod ex spiritu illo et mem-
bris fit unum totale unitas. Aliter pro-
babiliter dicitur quod forma spiritus gig-
nitivi corrumpitur et nova forma
alia ab illa in materia generationis di-
citur nisi hoc aliquam clauderet repug-
nantiam naturalem sicut prodit [illegible]
non enim dum corrumpitur forma gig-
nitivi spiritus in materia eiusdem generatur
forma illi secundum speciem similis
licet bene in alio scilicet in materia gene-
rationis in qua corrumpitur forma se-
minis et patet hoc ratione formali
generationis non repugnare corrumpi
enim spiritus gignitivi quia in vaporem
convertitur aut corpus illud spensive
a spiritu distinctum ut patet intuenti.
Ad septimum neganda est consequentia
concessum enim est spiritum ita bene
in rei veritate membra sicut solida
membra et per consequens non absol-
vitur potentia eius generativa et
vegetativa. Alii negaverunt con-
sequentiam quia generativa potentia
sub genere potentie vegetative con-
tinetur. Ad septimum concedendum
illud consequens sicut etiam in mu-
liere pregnante quod pluribus embrionibus
sunt plura animata totalia etc. Et
conceditur etiam omne semen prolificum
secundum partem principalem animalis esse
plantam sed hic de cetero utamur talem
pertractabiliter non quotidianis orga-
nizationem vel totalitatem etc. Et
conceditur etiam omne semen pro-
lificum secundum partem principalem animalis
esse plantam sed hiis de cetero utantur
Dicitur ulterius quod non oportet ad
cuiuslibet animati generationem materiam
generationis aut nutritionem tempore
digestionis quamvis licet hoc bene
verum sit de materia nutritionis
membrorum de quo intellexerunt
auctores non enim oportet materiam
in spiritu transmutandam tot transire

dispositionem per quam materia transit in membrum conducendi eo quod materia generationis eius subtilior et purior non ergo oportet ipsam continue a superfluo depurari. Nota autem quod sequentes hanc viam non videntur debere concedere unicam esse formam in homine indivisibilem qualibet partem hominis inherentem informative, ymo preter hanc oportet in homine ponere formam extensam eductam de potentia materie et in tercia hac sunt consideranda. Quantum ad secundum articulum sit hec prima distinctio quod dupliciter potest dici aliquid animatum primo formaliter qualiter omne actu habens animam secundum quamlibet partem essentialem eius materialem informantem animam formaliter animatum sicut hominem equum bovem et leonem etc. 2° virtualiter animatum sicut qualiter omne corpus non informatum anima, anime tamen productivum dicitur esse virtualiter animatum sicut etiam non actu informatum calore productivum tamen caloris ut solem dicimus virtualiter calidum. Secunda distinctio dicitur potest aliquod agens ad generationem fetus concurrere primo principaliter ut celum 2° instrumentaliter ut spiritus aut calor aut aliud simile. 3a distinctio quod duplex est instrumentum tale agens quoddam in cuius actione a principali particulari agente differunt aut hec abducere quia primum non agit nisi principali actualiter coagente unde requirit ad actionem eius actualem coexistentiam principalis particularis. Aliud vero hoc non requirit sed sufficit agens virtute eius tale instrumentum operatur eius virtute in ipso impressisse per quam ipsum sit operativum. Exemplum primi sicut lumen aut species coloris et similia utique enim lumen colorem aut calidum produceret nisi actu concurrente lucido virtute cuius illud operatur. Exemplum secundi sicut semen plante per virtutem in ipso a planta impressam non actu coagente planta tamquam instrumentale agens producit plantam. Unde et semen ponitur ab aliquibus tamquam emancipata proles sicut enim filius a patre emancipatus potest gubernationem domus disponere sine consensu patris ita semen sine concursu eius a

quo decisum est potest eius simile generare. Istam distinctionem posuit Auicenna sub hiis verbis quod duplex est instrumentum quoddam separatum quoddam vero coniunctum et idem sonat. Preintelligendum est quarto idem agens ad diversa relatum simul respectu eiusdem effectus esse principale et instrumentale denominabile. Ultimo est supponendum quod temperamentum spiritus genitivi aliud est a temperamento vitalis naturalis et animalis spiritus videtur enim operatio spiritus genitivi penitus distincta ab operatione animalis naturalis et vitalis spiritus ideo oportet temperamentum esse distinctum. Forte diceres temperamentum spiritus genitivi non esse nisi tria temperamenta vitalis animalis et naturalis spirituum in spermate genitorum sed hoc non apparet rationabile quia tunc non quelibet pars quantumcumque spiritus genitivi esset spiritus genitivus ymo aliqua esset spiritus animalis aliqua vero vitalis et aliqua naturalis spiritus. Item spiritus iam dicti ad constitutionem iam dicti generationi concurrentem sunt diversorum temperamentorum simul misti in suis qualitatibus refranguntur et aliud acquirunt temperamentum et hoc videtur magis consonum rationi licet argumentum non sit nisi probabile. Ex hiis premissis sit hec prima conclusio non propter spiritum influentem a principalibus membris esse formaliter animatum patet quia aliud est temperamentum genitivi spiritus et aliud est temperamentum influentis et ad hoc omnium influentium simul sumptorum quod licet spiritus influens habuit temperamentum sufficienter preparans ad animationem non licet concludere in genitivo spiritu esse tale temperamentum. Item probabiliter sustentabile est in generatione spiritus ex influentibus spiritibus influentes substantialiter transmutari sed hoc posito non appareret quia anima spiritus genitivus informaretur quia nec anima eiusdem speciei cum anima eius a quo decidit quia non esset sustentabilis transmutatio nec etiam alterius speciei ut patet in tercia serie precedentium conclusionum. Secunda conclusio

nullum semen prolificum quantum ad
spiritum in eo inclusum est formaliter
animatum hoc potest persuaderi per plura
tacta post oppositum patet etiam quia
oppositum huius adversatur fidei catholice
et veritati tenenti unicam esse formam
substantialem individualem etc. quia
penes rationem illam salvari non posset
etc. quia non fundatur illa positio super
evidenti ratione ut patebit in solutione
argumentorum. Tertia conclusio quia
omne semen prolificum quantum ad spiritum
inclusum in eo quod virtualiter animatum
patet quia nullum tale est formaliter
animatum per precedentem conclusionem
Et tamen quodlibet formaliter animati
productivum ergo etc. consequentia tenet per
quid nominis virtualiter animati supra
posita et assumptum patet intuenti. Et
colligi potest hec distinctio 2o de genera
tione animalium capitulo quarto Et si
arguitur contra conclusionem ut quidam
arguunt quia cuiuslibet rei virtus est
forma rei cuius est virtus ergo omnis
res virtualiter talis est talis formaliter ne
ganda est consequentia ad sensum
supra datum Concesso enim quod piper
est virtualiter calidum quia per aliquam
formam sibi inherentem est caliditatis
productivum non sequitur propter hoc
piper esse actu calore informatum
Sequendo ergo hanc positionem Respondetur
ad argumenta deducta ante oppositum
Ex quibus corroborabatur adversa posi
tio Ad primum dicitur quod potentia anime est
quid commune instrumentali et principali
principio quo perficit anima suas operationes
Instrumentale vero est complexio aut
compositio aut spiritus etc. Et iudicium est
plura istorum ab anima posse absolvi Prin
cipale vero est ipsa anima sic potens operari
et talis potentia procul dubio ab anima
non potest absolvi Dicitur ergo ad argumentum
potentiam generativam esse duplicem prin
cipalem scilicet quod hec est anima potens pro
lificum semen producere Et instrumen
tale et ille est spiritus generativus cum suo
instrumento et virtute ab anima generante
impressa Et hanc non repugnat ab
anima absolvi Ad 2m dicitur negando
consequentiam licet enim licet anima operetur
semen non tamen nisi tamquam agens
instrumentale sicut calor naturalis per
se quia naturaliter operatur [illegible]

que est actio formaliter animati quamvis
non sit formaliter animatus Ad 3m
conceditur quod generatio fetus a spermate
est [illegible] generatio univoca et negatur
sperma esse principale et particulare agens
ad fetus productionem concurrere per
particulare principale in generatione univoca
intelligendo illud cum secundum quam speciem
est generatum essentialiter simile Et con
ceditur ulterius quod concurrit velud prin
cipium instrumentale actionis patris separatum
et non coniunctum ad sensum datum Et
cum arguitur quod non quia principalius
concurrit semen etc. dicitur hoc negando
Et conceditur semen concurrere ad fetus pro
ductionem tamquam agens essentialiter or
dinatum negatur tamen omne agens es
sentialiter ordinatum principalius concur
rere exemplum gratia lupigines concurrunt
ad generationem radii ut agens essentiali
et lupinus ut agens accidentaliter or
dinatum licet principalius concurrunt
forma ignis quam lux potest etiam proba
biliter negari hec consequentia [illegible]
concursu actuali patris ad generationem
fetus fit generatio ergo pater non est agens
essentialiter ordinatum ergo etc. quia licet
ita sit non tamen potest fieri generatio re
tracto concursu virtutis generative a
patre in semine derelicte Et consequenter
potest dici ad hoc quod aliquod agens
dicatur ad aliquam actionem essentialiter
ordinatum non necessario requiritur illud
actu ad illam actionem concurrere sed suf
ficit quod ad illam actionem concurrat illud
vel virtus eius scilicet ab eo derelicta Et per
idem respondetur ad aliam confirmatio
nem conceditur enim quod in causis essentialiter
ordinatis cessante actione prioris sic quod
nec ipsa nec virtus ab eo derelicta conti
nuat cessat actio posterioris sed non econtra
patet autem quod cessante actione virtutis a
patre derelicta cessaret operatio spermatis
generative ideo non procedit argumentum
Ad quartum negatur assumptum negatur
etiam spiritum influentem esse post ad
omnem positionem differentiam naturaliter
mobilem dicatur etiam proprie moveri
post quod per influxum eius principium potest
eius motum inchoare absque hoc quod ab extra
nova mutatio superveniat que sit illius
motus causa qualiter anima post somnum
expergefactum potest motum eius progres
sivum inchoare inspiciendo mobile aut
appetibile per potentiam appetibilem in eo resultantem
quamvis nulla mutatio que sit [illegible]

sunt huius causa ab extra de novo super
veniat quod non est de influente spiritu
non enim de novo mobilis est ad aliquam
differentiam positionis nisi ipsum prius
a membris alterato alteratione inclinante
ipsum ad motum secundum convenientiam opo
nem anime verbi gratia comprehenso obiecto
terribili alteratur organum et anima cuius
ad quorum alterationem sequitur alteratio
spiritus inclinans ipsum ad motum ad
interiora e contra vero comprehenso obiecto
delectabili alteratur anima et organum eius
alteratione quadam occulta ipsum ad
motum ad exteriora inclinante non ergo
ex se movetur spiritus ad omnes positio
nis differentias licet ad eas naturaliter
moveatur sicut enim innuitur per diver
sas impressiones a membris receptas ad
omnes differentias positionis naturaliter
motum non dicitur ad illas moveri
ex se Contra quia primo nulla adveni
ente alteratione anime vel eius organo
contingit spiritum ab anima moveri
ad aliquam differentiam positionis
ad quam prius non movebatur ergo
non semper huiusmodi motus spiritus
insequitur alterationem ut assumptum
patet quia facta diminutione essentie in
pede licet ex hoc epar et cor nullam al
terationem receperint plus de spiritu naturali
et vitali ad eos regenerandum mittitur quam
ante deperditionem eius quod non videtur
propter novam alterationem a corde vel
epate provenientem pono enim cor et
epar et utriusque spiritum esse omnino con
similiter disposita Item secundum convenientiam
operationum anime movetur spiritus vitalis
ad omnem differentiam positionis quia
scilicet aliquis sursum et aliquis deorsum
ut si ergo hoc est propter alterationem
in spiritu a corde provenientem sequitur
quod cor simul alterat spiritum alterationibus
ad contrarias differentias positionis
inclinantibus quod non oportet dicere
eo quod spiritus totus vitalis est sicut totus
uniformis et agens est unum scilicet cor
Item totus spiritus vitalis existens
in corde est aptus impressionem recipere
inclinantem ipsum ad superiora et cor
est illius impressionis naturaliter
causativum ergo semper debet spiritus
a corde huiusmodi impressionem recipere
assumptum patet quia secundum convenientiam
operationum anime quibus spiritus vitalis
est aptus ad superiora moveri Item in

aliquo accidenti anime movetur simul
spiritus ad intus et ad extra ut in pas
sione dicta cum Sed non apparet aliqua
alteratio spiritum vitalem huius alteratio
nibus contrariis etc. Item in sincopi
spiritus existens in pede movetur ad
cor et non apparet verisimile cor in spiritu
pedis novam qualitatem imposuisse
Item sicut homine comprehendente terribile
vehementer aut delectabile movetur
spiritus ad intus vel ad extra Et con
sequenter homine comprehendente rem multum
delectabilem fieri comprehensio eo quod mo
vetur calor ad exteriora et ipsum rem ve
hementer terribilem comprehendere prohibet
comprehensio eo quod non prohibetur motus
caloris ad exteriora Item non apparet quod
quod nonsimiliter mobilis sunt ex se quamvis
assignata potest enim impetum mandatum
per principium intrinsecum inchoare motum
sursum vel deorsum nulla nova altera
tione ab aliquo extrinseco contingente
que sit illius motus causa et tamen
nullum tale dicitur ex se moveri ut
si in instanti ducatur ignis et ab intra
altereretur et levis fieret donec sit potens
moveri sursum propter hec et consimilia
dixerunt quidem spiritum influentem
posse ad omnes positionis differentias
naturaliter moveri quamvis ab anima
vel organis eius nullam novam altera
tionem recepit per suam enim formam
naturaliter inclinatus est ut secundum
exigentiam diversarum operationum anime
ad diversas positionis differentias mo
veatur sicut aer nulla mutatione in eo
facta movetur supposito graviori naturaliter
descendit leviori vero descendit Sic sile
apprehenso terribili insurgente timore
naturaliter movetur spiritus ad intra
insurgente vero gaudio ad extra spiritus
nullam novam impressionem recipit
non tamen ex hoc dicitur spiritus mo
bilis ex se licet enim non fiat in ea nova
mutatio que sit huiusmodi motus causa
fit tamen in alio sicut supposita aqua
aeri naturaliter ascendit aqua aer nulla
nova in eo mutatione facta quamvis non
dicatur aer ex se mobilis Alii concesse
runt probabiliter spiritum influentem
et spiritum genitum ex se moveri ad diver
sas positionis differentias et consequenter
quod omne mobile ex se est corpus animatum

licet omne tale sit animatum vel animae
in suis motibus subordinatum. Et
sicut autem Ar. in octavo physicorum
glosant ponentes sic animata sive corpora
ipsa esse mobilia i. sola animata vel animae
in suis motionibus subordinata. De
confirmatione vero mobilis corporis vi-
detur dicendum quod illa indiget supple-
menta sibi ut nec ab intra vel extra
mutatio quia manifestum principium
localis motus conveniter acquiratur
ut sunt levitas et gravitas sed hec
perscrutatio pertinet ad octavum physicorum.
Probabilior autem apparet via po-
nens spiritum ab anima et membris
alterationem recipere inclinatum ad
varias positiones differentias secundum
exigentiam operationum animae licet de spiritu
generationis hanc specialem difficultatem
includat quid sit ipsum alterans de
quibus plene tractabitur cum queretur
de hiis que proveniunt de accidentibus
animae et solvuntur argumenta in contra.
Ad quintum quo arguitur spiritum esse for-
maliter animatum negatur assumptum
per subiectum propinquum sanitatis
intelligendo illud quod est proprie et
principaliter sanum vel egrum denominabile.
Et pro auctoritate cum dicitur primo quod
locutus fuit distinctive vel dicatur quod
est subiectum improprie quia dispositio
qua membrum paratur ut sit subiectum
sanitatis et egritudinis ut bene de-
claratum est prima primi. Ad aliam
confirmationem concesso antecedente negatur
consequentia non enim sequitur dispo-
sitio subiective existens in a est sanitas vel
egritudo ergo a est subiectum pro-
pinquum sanitatis vel egritudinis. Cer-
tum autem stat quod a non sit denominabile
proprie et principaliter sanum vel egrum
quod tamen requiritur ut aliquid
sit subiectum propinquum sanitatis
vel egritudinis non enim repugnat
per dispositionem non existentem sub-
iective in substantia membri denomi-
nando membrum proprie esse egrum
sicut vesica per lapidem existentem
in ea denominatur egra quamvis in
ea non sit subiective lapis. Contra
omnis forma existens inherens illud
subiectum denominat sed egritudo est
subiective in spiritu [illegible] est verum ergo

spiritum denominat et non denomina-
tione alia quam egra ergo ut prius.
Effectus formalis non est a sua causa
formaliter separatus sed esse egrum est
effectus formalis egritudinis ergo in
quocumque est egritudo illud est egrum.
Pro primo dicitur quod egritudo existens
in spiritu denominat spiritum alia deno-
minatione quam egrum quia non est
subiectum ut possit illa denominatio
attribui; denominat autem spiritum calidum
frigidum turbulentum sive clarum etc.
Pro secundo dicitur quod effectus ade-
quatus formalis egritudinis non est esse
egrum immo non repugnat in aliquo
esse dispositionem que est egritudo
quamvis illud non sit egrum. Sufficit
enim ab illa recipere aliam denominationem
formaliter recipere quia si calidus est
denominatur calidum frigidum si
frigiditas. Contra quia contingit
egrotare membrum et tamen nec per
proprietatem nec per totalitatem; argumentum
consequentia quia stat neutrum spiritum vi-
sivum esse distemperatum per quod sensi-
bilitas impeditur operatio visiva cum
in substantia oculi nec aliqua membra
fuerint distemperata ut ponit hec ratio
sed tunc non egrotabit oculus per pro-
prietatem nec per communitatem pre-
supponit membrum egrum per esse-
ntiam sed nullum est membrum per es-
sentiam lesum vel egrum ergo. Pro
isto potest dici probabiliter quod oculus
egrotat per essentiam vel proprieta-
tem et quod sua complexio est egritudo
quia licet sit complexio gradualiter
temperata non tamen est a spiritu de-
bite dependens quod tamen requiritur
ut sit sanitas. Aliter dicitur oculum
esse egrum per totalitatem et non quod
egritudo membri per totalitatem pre-
supponit membrum egrum per pro-
prietatem sed sufficit in alio membro
spiritu vel humore esse dispositionem
per quam membri leditur operatio
communis membris non paratur essentia-
qualiter est in proposito. Utrum autem
istarum opinionum sit probabilior in
sequentibus apparebit. Ad confirma-
tionem tertiam dicitur quod quelibet febris
effimera est vere febris sicut et quod quelibet
est caliditas preternaturalis principaliter

dependentia in corde et membris
pendens a tali facto esse spiritus dicitur
tamen secundum quosdam facta quod
non pendet a re corpulenta grossa cum
digestione et evaporatione ipsa sit evapo-
randa sed hec tractabuntur tertio huius
Ad quartam confirmationem negatur
assumptum negatur etiam spiritus esse si-
ne cuius gratia sunt membra orga-
nica a natura inventa Et pro auctoritate
eius dicitur quod non plus voluit averroys
nisi quod membra organica sunt sic vel
taliter a natura plasmata ut velut
instrumento possint operationes proprias
exhibere tamen non arguitur spiritus
esse finem gratia cuius est inventum or-
ganum sicut manum dicimus esse factam
propter instrumentum eo quod sit taliter
vel taliter apta disposita et in partibus
suis plasmata ut debite in posset in-
strumentorum tamen instrumenta
non sunt finis gratia cuius est manus
inventa sicut etiam caput situatum est
supremum propter oculos quamvis oculi
non sint finis gratia cuius est caput
inventum Alii autem glosant dicentes
quod ibi loquitur de spiritu innato quem co-
tendunt animam esse et esse finem gratia
cuius creata sunt organica Alii dixe-
runt quod loquitur de complexione naturali
membrorum qua principalius perfi-
ciuntur operationes vitales quam per orga-
nicam naturam sensus ergo est quod
natura organica est inventa propter
complexionem ut scilicet ex complexio-
nali coadunatione concurrat ad actio-
nes organici dicitur a quibusdam
aliter ad visionem concurrere spiritus
et aliter aerem exteriorem concurrit
enim aer solum tamquam medium species
delativum spiritus vero animalis concurrit
tamquam instrumentalis causa et me-
dium ideo non est mirandum si commo-
to spiritus accidit varietas in operatione
visiva variato enim instrumento co-
veniens est actionem ab illo depen-
dentem variari appellat autem Aristoteles spiritum
improprie sentientem quia sensationis
instrumentum sicut instrumento frequentius
principaliter operanti attribuuntur de-
nominatio Aliter dici potest probabili-
ter quod species obiectorum in spiritu impressa
notabili tempore post eius absentiam
reservatur propter quod gyrato baculo

igneo videtur in aere circulus quidam
igneus quod non evenit nisi quia
species rei apprehensa in uno spiritus situ in
spiritu per tempus reservatur post recessum
eius a situ illo ideo si motus velox fuerit
priusquam species representantes obiectum
uno situ deleta fuerint causabuntur in spiritu
et organo species representativa eiusdem
rei in situ ab illa notabiliter distante
quare res illa simul apparebit in duo-
bus situbus et ita de tribus quatuor
in secundum velocitatem motus precorru-
pantur evanescentiam speciei in oculo
primo impresse Sic ergo in proposito
quod animali velociter moto obiecto
tamen quiescente per tempus reserva-
ta specie in spiritu quandoque multipli-
cabit speciem ad partem dextram cri-
stallini vel organum et quandoque ad sini-
stram et per consequens apparebit ob-
iectum nunc hic nunc ibi et consequenter
movere irregulariter sed hec difficultas
pertinet in libro de sensu et sensato et
ad perspectivam Ex hiis patet etiam
responsio ad argumentum Aristotelis 30 problematum
vocat enim spiritum visivum improprie quia
operationis visive instrumentum sicut
et dicit improprie ipsum vocat sentientem
Ad aliam confirmationem dicitur
quod quando dicitur est prima principa-
tio anime nutritive in calido naturali id
est in membro disposito per calidum
naturale scilicet per spiritum et per similem
calorem et hoc voluit Aristoteles pro cuius ta-
men auctoritatis allegata secundo de
generatione animalium quidam dixe-
runt quod virtus informativa existens
in spermate dicitur intellectus et divi-
na virtus primo quia et sic tamquam instru-
mentum operatur formando non tamen principali
particulari cooperante operatur ideo sic in
hoc videtur quasi separatum et divinum
Secundo quia hec virtus et spiritus in quo
ipsa subiective consistit in se virtualiter
continet omnia membra et omnes mem-
brorum virtutes que plurime sunt diversi-
ficate et per unum suum comparationem
est omnium istorum productivus vel aliis
spiritibus comparatis videtur quod in-
telligendo agens separatum et quod di-
vinum potissime cum divinus et separatis
substantiis pertinere videtur posse pro-
ducere effectus differentes indifferenter

quamvis nullum in se illorum formaliter contineat vel sibi similem. Aliter dixerunt alii quod quia spiritus genitus per virtutem eius informativam potest omnia membra fetus de novo producere et formare quod est opus multo excellentius quam iam producta nutrire et conservare virtus autem patris a quo fuit decisus non poterat in eo nisi membra conservare iam genita ideo quasi divinius et excellentius videtur hec virtus per illam enim potest spiritus in altiorem effectum transire quam principale agens a quo decidebatur. Alii dixerunt hanc virtutem multo divinam sapientiam et prudentiam nominari quia actio agentis mere naturalis et materialis ex uniformi materia videtur esse uniformis in materia vero non manifeste difformi non videtur nisi occulte difformis. Econtra vero actio artificis et intelligentie quantumcumque eius materia uniformis fuit potest tamen ars et intellectus quantumlibet difformes effectus ex illa producere sicut faber ex ferri materia quantumcumque uniformi posset cassidem gladium loricam et alia producere quia igitur materia generationis embrionis est fere uniformis et ex ea virtus informativa valde difformes producit effectus intelligentie arti et prudentie in hoc similatur unde multo intelligentia dicitur et sapientia et divina virtus. Alii autem hanc metaphorice aliter interpretantur dicentes quod virtutes occulte a superioribus influxe mirabiles effectus in his inferioribus producentes dicuntur divine quia quasi divinum apparet saturnum hic inferiora non contingentem per suas influxiones hic mirandos effectus producere et talis est virtus informativa nam non proveniente anima prius ad contactum mere generationis virtus hec ad illam per genitivum spiritum delata ex ea producit effectus mirandos. Consiliator vero differentia 88 nona hanc virtutem dixit appellari divinam et separatam quia in tanta operationum varietate nullum sibi limitat organum quo mediante suas actus exerceat sicut anima patris ad varios actus perficiendos distincta sibi limitat organa et secundum has intellectus aut aliquorum patet responsio ad auctoritates. Galli licet quidem crediderunt Galienum putasse quod propter formam genitivum spiritus et eius temperamentum intelligentia quedam coextitor formationis embrionis productiva genitivo spiritu appropriabatur et hanc appellant informativam virtutem quam etiam intelligentiam sapientiam et divinam artem nominant. Pro auctoritate vero Avicenne dixerunt quidem. Avicenna ibi locutum fuisse de spiritu creato quem asserunt esse formaliter animatum vel dicitur quod spiritus recipit animam secundum materialiter sed non formaliter vel forte ibi anima improprie pro virtute et temperamento quo suas anima perficit operationes. Ad argumenta vero quibus corroborabatur adversa positio Respondetur ad primum probans primam conclusionem negatur assumptum scilicet quod per idem temperamentum ut non enim precise per temperamentum spiritus et spirituum sed etiam per complexionem propriam membri subiective consistentem operatur anima suas operationes et actiones et consequenter negatur illa suppositio 2a. Ad 2um dicitur quod non omne instrumentum ut debet esse anime subiectum quoniam oportet enim quod secundum contingentiam operationum anime aliquod membrum quandoque fortius quandoque debilius operari impelli et moveri quod non potuisset anima nisi habuisset instrumentum deciduum ad omnem differentiam positionis portabilem secundum diversarum operationum contingentiam. Ad aliam confirmationem dicitur quod in actu debito anime alterato organis alteratur spiritus alteratione inclinante ipsum movere secundum contingentiam anime eiusdem corporis quod non contingeret de spiritu alterius corporis de quo tamen et sequentibus confirmationibus plene videbitur tertio huius et sic finis questionis.

**Utrum complexio temperata sit per eque distantiam inter extrema totius latitudinis humane complexionis**

Et arguitur quod sic primo sicut aliqua complexio est magis lapsa ita est magis

declinans ad aliquod extremorum
et per consequens maxime media
huiusmodi est complexio temperata ergo
etc. Secundo dato opposito questionis
sequitur aliquam complexionem distempe-
ratam esse ab extremis totius latitudinis
humane complexionis equaliter dis-
tantem arguitur consequentia quia
inter quecumque extrema per divisibilem
latitudinem abinvicem distantia dabile
est medium equaliter distans ab eis. Sed ergo
tale medium inter extrema totius latitudinis
humane complexionis non est data temperata
complexio illud erit distemperata complexio
complexio aliqua quod si concedatur contra est
extrema totius latitudinis humane com-
plexionis non est temperata complexio illud
erit distemperata complexio aliqua
quod si concedatur contra quia extrema
totius latitudinis etc sunt lapsus pessimi
ergo quecumque complexio est illis minus
participans est perfectior magis parti-
cipante sed minime participans hiis est com-
plexio inter iam dicta extrema eque
distanter media ergo illa est perfectissima
et per consequens non distemperata //
Tertio arguitur sit a extrema frigiditas
que eque distanter scilicet sit media etc quia
propter eius intensionem non potest
stare vita et arguitur tunc sit b minima
caliditas sic tamen quia non potest stare vita
et arguitur tunc sit a et b sunt extrema
equaliter mala eo quod per utrumque ipsorum
primum auferuntur operationes vite ergo lapsus
a et lapsus ad b sunt equaliter mali
sed omnes lapsus equaliter mali equaliter
distant a temperamento ergo a et b equaliter
tendunt a temperato et per consequens
inter a et b per equidistantiam mediat
complexio temperata et sicut arguitur
de extremis in caliditate et frigiditate
Itam argui potest de extremis latitudinis humi-
ditatis et siccitatis etc quia sicut tertia. Quarto
sic habet totalis habitudo complexionis
temperati ad extrema totius latitudinis
humane complexionis sicut temperamentum
simpliciter optimum ad extrema latitudinis
temperantie utrobique enim videtur tempera-
mentum medium optimum ad extrema propinqua
eius latitudinis sed temperamentum
simpliciter optimum est vere equidis-
tanter medium inter extrema lati-
tudinis temperantie ergo totalis lati-
tudo temperantie est vere media etc. Probatur
minor quia ex opposito sequitur
quod duobus corporibus omnino equa-
liter temperatis ab optimo temperamento
omnino equaliter labentibus de equales
eadem acquirerentur distemperantie. Sit
enim a temperamentum simpliciter op-
timum et sit b extremum medium distans
ab a et c magis distans et labatur sor
et plato temperatissimi sor versus b et plato
versus c equaliter omnino et patet quod
quod si b equaliter distaret ab a sicut c pre-
cise eque cito exiret sor latitudinem tem-
perantie sicut plato sed tamen non egreditur
sor latitudinem illam quam tunc ergo etc
et per consequens inequales distempera-
tie acquirerentur sorti et platoni. Secundo
dico non potest in casu velocius a tempera-
mento optimo recedere platonem quam sortem
recedat ab eodem et tamen inequali
tempore plus distemperabitur sortes quam
plato ponendo quod velocius recedat ab a
versus c quam sor versus b sic tamen quod proportio
distantie a c ad distantiam ad b maior
quam proportio velocitatis processus sortis et
sequitur conclusio. Item tertio si complexio
temperata non esset vere media sed ad alterum
extremum declinaret hec esset maxime
quia declinaret ad extremum minus ei
disconveniens puta ad extremum caliditatis
magis quam frigiditatis humiditatis magis
quam siccitatis ut dicunt quidem eo enim
quod minus repugnat vite caliditas quam
frigiditas et humiditas quam siccitas magis
illis participat humana complexio et per
consequens ad illa magis declinat sicut
liberalitas cum magis repugnat avaritie
quam prodigalitas propinquior est prodi-
galitati quam avaritie et fortitudo audacie
quam timiditati. Sed arguitur contra quia
dato hoc sequitur quod cum minori gradu
caloris supra temperamentum stare potest
vita et sanitas quam frigiditatis. Sequitur
etiam quod cuiuslibet corporis temperati lap-
sus ad calidum est aliis paribus deterior
quam lapsus ad frigidum eo quod per lapsum
ad calidum plus appropinquat extremo
tamen quo non stat vita quam per lapsum
ad oppositum. Ultimo ad idem videtur
sua auctoritas prima primi capitulo de com-
plexionibus dicens secundum medium
equalitatis esse medialem et contrarium

in medio latitudinis equalitatis primum
modi Et galienus primo complexionum
capitulo 2o dum inquit Complexio
temperata est in qua contraria secundum
equalitatem coniunguntur que autem ab
hac minime nominantur cum non sit superatio
in ipsa Et 2o complexionum primo capitulo
Temperatior complexionis est ille qui
inde est medium inter macrum et pingue
dinem duriciem et molliciem caliditatem
et frigiditatem Et infra in hoc 2o inquit
Medium enim perfecte corpus huius
est omnium superfluitatum Et infra Et qualiter
policreti statua ad summum venit mediocritatis
tantum contingit ut tangentibus quidem
nec durum nec molle nec calidum appareat
neque frigidum Et colligitur idem 2a primi
doctrina 3a quarto capitulo de signis
complexionum habentis equalem et
in libro de viribus cordis 2o capitulo//
Quanto amplius complexio ad medium vi
cinatur tanto quodlibet habilius redditur
ad recipiendum notabiliorem perfec
tionem etc. Ad oppositum arguitur ex
trema latitudinis humane complexio
nis sunt sanitati et bene temperantie magis
licet repugnantia vim corporis essentia
maior est bene et sanitati compossibilis
quam alicuius et assumptum infra declarabitur
Pro isto aliqualiter videtur facere Avicenna
1a primi doctrina 3a allegato capitulo
dum inquit quod temperantie signum est me
diocritas inter grossitiem et macilentiam
que magis tamen declinat ad gros
sitiem Item quarto arguitur sic ex
trema latitudinis in respectu temperamenti
in operationes inequaliter impediunt
ergo inequaliter a temperamento rece
dunt quod tenet ex dictis supra primo
huius et patet assumptum quia ceteris pa
ribus plus in operationibus impeditur in respectu
ad temperatam frigida quam calida ergo
ut melancolica et sanguinea Item san
guinis transit temperata complexio san
guinea quam melancolicam ergo ad eam
maiorem habet convenientiam et per
consequens minus distat ab ea Item quia
sic se videntur habere complexiones
distemperate ad medium sicut humores
cum ab eis distemperate complexiones
solent composite fiunt denominatione
sed humores sunt citius sive a tempera
mento equales equaliter distantes ergo etc.

Item nulla pars nostri corporis vi
detur per excessum frigiditatis tantum
a vite recedere sicut patet per caloris
excessum recedit ab eadem Item sicut
habet sanitas corporis ad eius extre
mas egritudines et lapsus sive sa
nitas que secundum virtus est ab extremis
viciis in equalitate distans et eisdem
inequaliter contraria ut colli
gitur 2o ethicorum 9o etc. In ista ques
tione primo ponam quem modum re
spondendi ad quesitum 2o tangam pro
babilem modum alias per me positum
quo probabiliter sustentari potest temperatam
complexionem non esse per equidistan
tiam mediam ¶ Quantum ad
primum ponitur primus modus re
spondendi per conclusiones primam
Temperatissimus homo est punctualiter
in medio totius latitudinis humane
complexionis Et potest hec conclusio
persuaderi per argumenta adducta
ante oppositum 2a conclusio licet ita
sit unum tamen extremum ad operationes
exercendas est deterius altero ut frigi
dum calido ceteris paribus vita enim
in animali permanet per spiritum
mediante spiritu qui est corpus calidum
et humidum et primum instrumentum
deserviens anime in operationibus in con
trarium facit frigus plus calore Ex quo ter
tia relatione concludunt quod licet temperantie
latitudo undique equaliter recedet tempera
mentum simpliciter optimum equali
recessu eius tamen extrema que ad
bonitatem vel perfectionem suarum
operationum ad illud medium inequaliter
accedunt patet ex quo alterum illorum
est deterius ad operationes producendas
Hanc autem positionem ponentes re
sponderent ad argumenta adducta
ante oppositum Ad primum negatur quia
et cum arguitur quod sic inequaliter re
pugnant etc. consimiliter negatur quia
Pro auctoritate vero dicitur quod qui alle
gaverunt forte dicerent quod magis decli
nat ad grossitiem id est facilius ad illam
permutatur vel magis accedat quia
illa est melior et corpori conformior
dispositio Ad 3m consimiliter negatur
consequentia concesso antecedente Ad
tertium consimiliter est neganda con
sequentia facilius enim transit maior

et est necessario propter distanciam
esse maiorem inter unam complexionem
et aliam nisi in aliis partibus quod non
est intemperata respectu sanguineo et me
lancolico cum corpus quadam comparatione
minus causis calefacientibus et humec
tantibus quam exsiccantibus resistit Contra
quia tunc ad temperamentum difficili
ius reducetur sanguineus melancolico
arguitur consequencia quia sanguineus
reducitur ad temperamentum per infrigi
dacionem et exsiccacionem melancolicus vero
per calefaccionem et humectacionem sed ceteris
paribus facilius est melancolicum calefacere
et humectare quam sanguineum infrigidare
et exsiccare ergo etc. Pro isto dixerunt ne
gando consequenciam licet enim per in
frigidacionem et exsiccacionem reducatur sangui
neus et melancolicus per calida et humida
non tamen sola calefaccio et infrigidacio
sufficit ad eorum istorum reduccionem et
per commixtionem debitam eorum medici
nalium in substanciam corporis permixta
dum quorum condicio melius sit in san
guineo quam in melancolico ipsorum et im
pressionem melius tollerabit sanguineus
quam melancolicus unde maior poterit corporis
qualitas sibi exhiberi aliam etiam in frigi
ditatibus et humiditatibus et alias res
non naturales secundum sanguineo quam me
lancolico potest mediante approximare sim
facilius et cum aliquo ponit ipsum ad temperamen
tum reducere hec est responsio quorum Sed
de hac certo hinc plenius tractabitur
Ad quartum negatur illa similitudo
inducta de humoribus in partibus active
recedentibus licet enim nulla forte parum
tamen per excessum frigiditatis recedat
a motu sic spiritus per caloris excessum
tantum tamen recedere potest spiritus per
frigiditatis excessum a temperamento quantum
sicut alius spiritus per excessum caloris
et ita de aliis modo proprie spirituum comparatio
videtur secundum hanc racionem forte
dicendum ad similitudinem inductam
de sanitate corporis et anime negant eo
quod illi abinvicem sunt specifice distincti deus
autem complexiones humane sub eadem
specie essentialiter conveniunt hanc
posicionem improbando non consequor
prosequor quia ex inferius dicendis ap

parebit eius insufficiencia preter hanc
etiam reperitur alia ignorancia posicio po
nens primo quod complexio temperata non
est per equedistanciam media inter extre
ma 2o quod temperata complexio est gra
dualiter propinquior extremo calido
tocius latitudinis quam frigido et humido
quam sicco quia minus repugnans humane
complexioni est extremum calidum quam
frigidum et humidum quam siccum extremo
autem minus repugnante medio plus ap
propinquat medium quam extremo magis
appropinquanti Et pro illo adducunt hec
posicio similitudinem iuxta ad extrema
bina gradualiter eius propinquior
est fortitudo audacie quam timiditati
quia minus contrariatur eidem ergo
parum pari racione videtur sanitate
que est sicut medium extremo minus con
trario magis appropinquante hinc etiam
posicionis insufficiencia consequentibus
apparebit // Quantum ergo ad secundum
articulum premittende sunt primo dis
tinctiones et supposiciones quedam 2o
conclusiones responsive ad questionem Sit
ergo hec prima distinctio quod dupliciter
dicitur aliqua complexio lapsa alia a
temperato distancior primo quantum ad
gradualem mensuram qualitatum in
quibus consistit illa complexio 2o quantum
ad gradum sue perfectionis Exemplum
primi sicut complexio calida in 2o gradu
plus gradualiter distat a temperamento
quam calida in primo Exemplum 2i secundum
melancolicum in primo dicimus a temperato
plus distare perfectionaliter quam sanguineum
in primo Istam distinctionem posuerunt
antiqui sub hiis verbis dicentes quod quedam
est distancia latitudinis quantitatis et quedam
latitudinis qualitatis sive virtutis per distanciam
latitudinis naturalem gradualem distanciam
intelligendo per distanciam vero latitudinis
naturalitatis distanciam perfectionalitatis
2a distinctio sequitur quod temperatam com
plexionem esse mediam per equedista
nciam inter extrema dupliciter potest in
telligi primo quantum ad gradualem
mensuram qualitatum ipsam componencium 2o quantum
ad gradum perfectionis temperate com
plexioni correspondentem exempla pa
tent 3a distinctio quod in latitudine humane
complexionis duplicia ymaginari pos
sumus extrema sub latitudinis differentia

tum quibus stat sanitas et latitudinis
dispositionum tum quibus stat vita probatur
eciam quod extrema non sunt eadem et de
utrisque istorum intelligitur in titulo ques-
tionis. Hiis premissis sit hec prima sup-
positio quod caliditas ceteris paribus est vite
et sanitati temperati corporis conformior
quam frigiditas. ¶ Colligitur hec suppositio primo
primi capitulo de complexionibus. ¶ In-
super ex hoc colligitur quod equalitas et sa-
nitas magis pertinet caliditati quam frigi-
ditati. Prima primi doctrina sexta 3o
capitulo. ¶ Et cum frigiditati est contra-
rie est in omnibus virtutibus sit con-
traria. Et secunda primi doctrina 3a
capitulo 2o in alio genere signorum dum
inquit ¶ Calor ergo innatus virtutum
omnium est instrumentum sed frigiditas
est eis contrariens. ¶ Et neque prodest eis
nisi esse accidentaliter ideoque dicitur calor
innatus non frigiditas innata nec compa-
ratur frigiditati proportionaliter corporis
illud quod comparatur caliditati et in
sedima de pulsibus octavo capitulo de-
bilitas quidem quam mala complexio frigida
hereditate fiunt est maior ea per quam
mala complexio calida fiunt hereditate
propter quod quarta primi 2o capitulo
in infrigidando est plus timoris quam cali-
ditas est amica nature. ¶ Et colligitur idem
septo de accidenti pluries et quinto affo-
rismorum et quarto methaurorum. ¶ Et ex hac
suppositione sequitur 2a quod lapsus tempe-
rati corporis ad frigidum aliis paribus est
vite et sanitati corporis eiusdem deterior
quam eius ad calidum per lapsum enim
ad frigidum acquiritur corpori dispo-
sitio vite et sanitati contrarior quam per lap-
sum ad calidum. ¶ Tertia suppositio ce-
teris paribus et notius apud est corporis
producti ad mortem et ad egritudinem
inter per lapsum deteriorem quam per
lapsum minus malum patet quod quo lap-
sus deterior est vite et sanitati repug-
nantior. ¶ Consimiles suppositiones per
omnia possunt de humiditate
comparatione siccitatis. ¶ Conformior enim
vite et sanitati temperati est humiditas
quam siccitas quare lapsus eius ad siccum
aliis paribus deterior est quam ad humidum
et siccius et ipsum productibile est corporis
ad mortem et egritudinem inter con-
similiter dicitur de lapsu ad calidum
et humidum comparatione lapsus ad frigidum

et siccum vel calidum et siccum vel fri-
gidum et humidum. ¶ Quarta suppositio
est quantum perfectionaliter distat
extremum latitudinis caliditatis tum
qua stat vita vel sanitas a temperamen-
to optimo tantum ab eodem perfectiona-
liter removetur extremum latitudinis
frigiditatis tum qua stat vita vel sa-
nitas patet quia quedam latitudo per-
fectionis mediat inter gradum corres-
pondentem temperamento et extremum
latitudinis tum qua stat vita vel sa-
nitas tantum media inter gradum eun-
dem et gradum correspondentem extre-
mo latitudinis frigiditatis. Item eo
quod utrobique mediat totalis latitudo per-
fectionis a gradu supremo perfectionis
ad non gradum denominationis eius.
ergo etc. ¶ Ex quo sequitur primo non
magis impossibile posse operationes a com-
plexione frigida vel melancholica quam a
complexione calida vel sanguinea etc.
¶ Sequitur 2o non perfectiorem operationem
esse sanguineum vel melancolicum ca-
lidum quam frigidum sit tamen ex dic-
tis clarius apparebunt. ¶ Hiis premissis
sit hec prima conclusio complexio tempe-
ratissima hominis non est secundum gradum
sue complexionis per equidistantiam
media inter extrema totalis latitudinis
perfectionis humane complexionis patet quia
in hac latitudine sue perfectionis appropriata
habet extremum quod est … ¶ Assumptum patet quia
sibi correspondet gradus secundum perfectio-
nes … in latitudine humane complexio-
nis. ¶ Contra quanta latitudo perfectionis
mediat inter temperamentum optimum et
extremum latitudinis frigiditatis ista tanta
mediat inter idem et extremum caliditatis
etc ergo ratione gradus perfectionis
equidistanter mediat inter hec extrema
¶ Quidam levis considerationis conces-
serunt hanc consequentiam et consequens
neganda tamen est sicut … sequitur
quanta latitudo perfectionis mediat
inter temperamentum simpliciter optimum et
complexionem … frigidam in primo
tanta mediat inter illud idem et opposi-
tam platonis etiam frigidam in primo
ergo temperamentum simpliciter optimum
equidistanter secundum perfectionem mediat
inter illos patet etiam quod aut est verum

et consequens falsum 2a conclusio
duobus corporibus eque temperatissimis
omnino equaliter labentibus uno
ad calidum et reliquo ad frigidum
et continuatis lapsibus huiusmodi usque
ad mortem numquam producetur ad mor
tem cum aliis paribus corpus quod
labitur ad frigidum sicut corpus quod
labitur ad calidum Probatur primo
deterior est uite temperatissimi corporis lapsus
ad frigidum quam lapsus ad calidum ergo
ceteris aliis paribus aptius est quantum corpus
ad mortem perducere assumptum est 2a suppo
sitio et consequentia tenet per 3am
suppositionem 2o per lapsum ad frigidum
ceteris paribus plus leduntur operationes
uite temperati quam per lapsum ad calidum
ergo hiis lapsibus omnino equaliter
continuatis inequali tempore maior
latitudo perfectionis operationum deperde
tur per lapsum ad frigidum et per con
sequens per eundem numquam deperdetur
tota latitudo operationum sed citius et ideo
prius ueniet mors quod est intentum Et fundatur
hoc argumentum super suppositionem 4am
Item labantur omnino equaliter usque
ad mortem sortes ad calidum et plato ad
frigidum et arguitur sic gradus preter
naturales cum quibus non stat uita sunt a
temperamento sortis et platonis per
fectionaliter eque distantes per quar
tam suppositionem et huiusmodi lapsus
continue maior gradus preternaturalis
acquiritur platoni quam sorti ergo numquam
perducetur plato ad gradum preter
naturalitatis cum quo non stat uita
quam sortes et per consequens etc Quarto
in eodem casu per lapsum ad frigidum
continue plus debilitatur uirtus in
platone quam in sorte ergo hiis lapsibus
ut supra continuatis numquam deperdetur
platoni tota latitudo fortitudinis uir
tutis quam sortis et per consequens numquam
morietur plato assumptum patet eo quod
lapsus deterior ceteris paribus uirtutem
magis debilitat et prosternit Similiter
potest poni conclusio de duobus cor
poribus temperatissimis equaliter omnino
labentibus uno ad humidum et reliquo
ad siccum uel uno ad calidum et humidum

et reliquo ad frigidum et siccum aut
uno ad calidum et humidum et reliquo
ad calidum et siccum Deterior enim
uite et sanitati est lapsus ad siccum
quam ad humidum et ad frigidum secundum
quam ad calidum et humidum et ad hunc ad
calidum et siccum quam ad calidum et hu
midum ceteris paribus 3a conclusio
sequitur quod duobus corporibus deo
equaliter temperatissimis pariter labentibus
uno ad frigidum reliquo ad calidum
et lapsibus hiis continuatis usque ad egri
tudinem uel neutralitatem numquam ad
egritudinem uel neutralitatem ueniet
deueniet corpus quod labitur ad frigidum
quam quod labitur ad calidum aliis paribus
probatur quia ceteris paribus plus le
duntur operationes per lapsum ad fri
gidum quam ad calidum ergo per lapsum
ad frigidum numquam perducitur corpus
ad sensibilem operationum lesionem et
per consequens egritudinem etc Et
per idem patet quod numquam egreditur latitu
dinem temperantie proprie et cadat in
neutralitatem etc Et pro ista 9a
possent adduci alia cuncta in probatione
precedentis conclusionis Ex hiis con
clusionibus et probationibus earum
sequuntur plura correlaria Primum
est equali recessu graduali duorum
corporum a temperamento uno per ca
lidum altero per frigidum recedente
sequitur inequalis recessus perfectio
nalis eorundem a temperamento 2m
correlarium plus distat gradualiter
a temperamento extremum intensius
latitudinis caloris cum quo stat uita quam
extremum intensius frigiditatis cum quo stat
uita eo quod plus de lapsu uersus extremum
caliditatis caleret temperamentum quam
uersus extremum frigiditatis Et conse
quenter patet maiorem esse latitu
dinem caloris supra temperamentum
cum quo stare potest sanitas supra
temperamentum quam frigoris Et conse
quenter plus distat extremum latitu
dinis caloris intensius cum quo stare
potest sanitas ab optimo temperamento
quam extremum intensius latitudinis fri
goris distat ab eodem Quarta conclusio
sequitur quod complexio temperatissima hominis

non est gradualiter per equidistantiam
media inter extrema totius latitudinis
humane complexionis patet quia nec
ratione gradus sive perfectionis nec
mensure qualitatum in quibus consistit
est equidistanter media. Tertia conclusio
pro intellectu auctorum complexio
hominis temperatissima est vere media
inter extrema vel excellentias earum
qualitatum ad operationes disproportio
natarum. Dico autem vere media quia
inter has excellentias gradualiter
situata a qualibet qualitate operationibus
disproportionata excluditur. Et solum
in ea includitur mensura qualitatum
operationibus proportionatissima. Istam
conclusionem puto intellexisse Galenum dicens
inquit mensura enim est corpus humanum
cum superius etc. Et nota quod tale medium
posset probabiliter dici medium non rei
sed quo ad nos quia aliqui medium
geometricum appellant distinctum contra
medium arismetricum quod est medium
rei sive per equidistantiam sicut etiam
virtutem moralem medium non rei
quo ad nos dicimus inter extrema
vitia non enim ab ipsis equaliter distat
nec etiam operationibus virtus est
medium equaliter distans ab opera
tionibus extremorum. Excluditur enim
excellentias et defectus secundum distantiam
indebitarum operationum sunt per pro
portionalitatem. Contingit quod plus quam
oportet sepius quam minus etc. propter anatomiam
dicte ... Ita in proposito complexione
calida maiorem caliditatis mensuram
includente quam oportet et minus
frigiditatis. Conclusio vero secunda patet
quia complexio temperata precise continet
virtutis mensuram operationibus pro
portionatam merito ergo dicitur me
dia quia inter has excellentias situatur
qualibet illarum a se excludit. Quamvis
non sit mathematice equidistanter media.
Et penes hanc positionem sequuntur
2 correlaria probabiliter sustinenda.
Primum aliqua complexio distemperata
vel lapsa a temperamento optimo est
per equidistantiam gradualiter me
dia inter extrema totius latitudinis
humane complexionis patet quia

aliqua est taliter inter extrema ut
et non est equaliter optima ut pro
batum est ergo aliqua lapsa ab eadem
vel distemperata. Secundum correlarium ca
lidior est complexio per equidistantiam
gradualiter media inter extrema to
tius latitudinis etc. quam complexio hominis
temperatissima patet quia plus distat
complexio temperatissima ab extremo
calido quam frigido ergo complexio equi
distanter media inter utrumque horum
extremorum plus appropinquat extremo
calido quam complexio temperatissima et
per consequens est calidior. Tertium cor
relarium est maior est latitudo sangui
neitatis supra temperamentum optimum
quam melancolicitatis et etiam sangui
neitatis quam colericitatis quia difformior [alias deterior]
sanitati et vite temperantissimum est re
cessus ad calidum et siccum quam ad calidum
et humidum aliis paribus. Quartum correlarium
sanguineus in extremo intensiori
sanguineitatis est calidior colerico in
extremo intensiori sive colericitatis. Quintum
est sanguineus calidior in extremo iam
dicto respectu temperati quam sit melanco
licus frigidus in extremo melanco
licitatis intensiori respectu eiusdem.
Et per idem plus recedit colericissimus
a temperamento per calidum quam flegmaticissimus
per frigidum recedit ab eodem. Sextum
correlarium latitudo caliditatis primi
gradus supra temperamentum est ma
ior quam latitudo 2i gradus frigiditatis
et sic deinceps quia tota latitudo est
maior tota sed qualis est proportio
totius latitudinis ad totam talis est
proportio partis ad partem proportio
nabiliter correspondentem. Septimum ad
inducendum lesionem operationum similem
gradum correspondentem in tempera
mento maior requiritur calor intensus
quam frigor eo quod frigiditas cum aliis paribus
est operationis magis lesiva et ista
hac non patet hanc consequentiam non
valere Sortes est frigidus in 2o respectu
temperati et Plato precise calidus in 3o
respectu eiusdem ergo plus gradualiter
removetur a temperamento Sortes quam
Plato. quia cum illo autem stat Platonem
plus moveri gradualiter a temperamento

quam distat Sor ab eodem,
sit enim quod in in duplo

quam distat sortes ab eodem. Sit ergo quod plato in duplo maiorem contineat latitudinem graduum caloris quam frigoris et per se quod sortes in prima mansione et per se plato talis quod in ultima mansione sic contingit plato per maiorem latitudinem moveri a temperamento quam sortem. Ex quibus sequitur secundo quod sanguineus et colericus eque gradualiter ab optimo temperamento distantibus et continuo equaliter producto eodem usque temperamento optimo alterato utrumque in greditur latitudinem temperamenti sanguinei et colerici ad maiorem eiusdem latitudinem extenditur temperamentum accedens adversus sanguinitatem quam versus colericitatem. Et consequenter sequitur quod duobus corporibus penitus temperatissimis equaliter omnino a temperamento permutatis uno ad sanguineam reliquo ad colericam complexionem in casu quod permutabitur ad colericam nondum fiat colericum quam corpus quod permutabitur ad sanguineam fiet sanguineum. Ex hoc ulterius sequitur quod totalis latitudo colericitatis secundum extremum eius remississimum plus gradualiter temperamento optimo appropinquat quam sanguineitatis. Consimiliter per omnia dicitur de latitudine melancolicitatis in comparatione ad latitudinem aliarum distemperantiarum compositarum. Ad argumenta principalia. Ad primum negatur assumptum cum eius concessum est aliquam complexionem ab optimo temperamento lapsam ad neutrum extremum gradualiter declinare et tamen est magis lapsa quam una alia data. Ad 2m conceditur quod complexio inter hec extrema equidistanter media est distemperata vel saltem lapsa ab optimo temperamento. Et cum arguitur quod non quia huiusmodi extrema sunt pessima ergo quanto aliqua complexio est illis minus participans etc. negatur consequentia et causa est quia licet lapsus ad extremum calidi sit pessimus eadem tamen mensura caloris extraneis proportionalissimam. Ad 3m admittitur casus et conceditur quod a et b sunt lapsus pessimi et consequenter equaliter mali.

Et ulterius conceditur quod omnes lapsi equaliter mali ab optimo temperamento eque perfectionaliter removentur licet non omnino eque gradualiter distant ab eodem nec sequitur quod sit per equam distantiam mediam ut patet in solutione argumenti facti contra primam conclusionem. Ad quartum negatur maior et conceduntur conclusiones ibi deducte ut patet in questione. Ad quintum patet quod licet humana complexio magis participat calido et humido quam oppositis extremis non tamen sequitur quod extremis in calido et humido magis gradualiter appropinquat. Ad auctoritatem vero allegatam patet qualiter sit respondendum.

Utrum complexio temperata sit omnibus distemperatis complexionibus longioris vite. Arguitur quod non primo longioris vite est aliqua complexio distemperata quam aliqua sta data temperata ergo questio falsa. Assumptum arguitur ponendo sortem esse a generatione temperatum in extremo temperamentie remississimo ad complexionem melancolicam et platonem vero extremum temperatum sub eodem gradu temperantie quo sortes et sit eiusdem etatis etc. Et patet quod longioris vite est sortes quam plato quia si toto preterito tempore fuisset plato temperatus sicut sortes nunc esset plato precise eque longe vite sicut sortes iam est plato brevioris quam nunc esset eo quod continue deterius est restauratus. Sit ergo quod in duplo longioris vite sit sortes quam plato et arguitur sic in duplo longioris vite est sortes quam plato sed minus quam in duplo longioris vite est sortes quam aliquis melancolicus certus datus eo quod latitudo melancolicitatis secundum quod eius perfectio tendit ad gradum temperantie sortis. Ex casu ergo aliqua complexio melancolica aliqua temperata complexione est longioris vite. Confirmatur idem sic longioris vite est temperatus in extremo temperantie ad complexionem sanguineam quam sunt temperatus in extremo remississimo temperantie ad

complexionem melancolicam calido
Ex quo habundancius est in eo humidum
et aquebene apud regulari calido
sicut in reliquo corpore sic quod in sene calido
et sic senis corpus numquam temperate tendit
ad complexionem sanguineam et plus
ad melancolicam. Et arguitur sic
in sene calido longioris vite est Sor-
platone sed minus quam in sene calido lon-
gioris vite est Sor quam aliquis sanguineus
recens signatus ergo aliquis sanguineus
est platone longioris vite. Cum ergo
Sor sit temperatus ex casu sequitur con-
clusio. Secundo ad principale arguitur sic lon-
gioris vite est complexio melancolica
quam complexio temperata ergo etc. Assumptum
probatur sic tardius resolvitur hu-
midum nutrimentale melancolici quam
temperati a calido naturali et aliis causis
naturaliter corpus resolventibus
ergo tardius advenit melancolico
mors naturalis scilicet per viam resolu-
cionis quam temperato. Assumptum probatur
quia in melancolico est calidum resol-
vens remissius et humidum resolven-
dum densius et terrestrius et confirma-
tur hoc quibusdam experimentis quia
videmus multa tam animata quam inanima-
ta alia ab homine terrestria quorum
complexio est similis et longioris pe-
riodi ut plante elephas lapides et mi-
neralia. Confirmatur quia complexio
melancolica est equalitati ponderali
terreus propinquior ergo eius perdura-
cio est propinquior equali ad ponde-
rale autem si esset longissime dura-
cionis esset eo quod contraria in eo essent
equata non vincta nec vincentia ergo
Assumptum probatur primo amplius
est humidum resolvendum per cuius
resolucionem advenit mors in com-
plexione flegmatica quam in temperata
cum/a calido tardius resolubile ergo etc.
Assumptum patet cum in complexione
flegmatica dicitur humidum racione
temperate respectu temperate et sic cali-
dum in ea respectu temperate dimi-
nute. Item longiori tempore consuma-
tur in corde flegmatico humidum
radicale a generacione continuacio tardius
eciam sit in parvum per adumpcionem

/ hoc

nutrimentalis humidi quam in temperato
ergo diucius permanet vita in fle-
gmatico quam in temperato quia tenet
quia naturalis mors ponitur conse-
quitur resolucionem humidi radi-
calis ut tenet schola communis et patet
assumptum quia calidum resolvens
in flegmatico est impotencius ad re-
solvendum et cum hoc humidum re-
solvendum est amplius et resisten-
cius ergo tardius resolvetur. Et per
idem sequitur quod tardius sit impurum
quia in equali tempore de nutrimen-
tali humido cum radicali numquam per-
miscetur per cuius adumpcionem sit
radicale impurum ergo etc. Quarto sic
longioris vite est complexio colerica
temperata ergo etc. Assumptum patet primo
quia una et potissima causa mortis in
senio contingentis est humor superfluus
flegmaticus frigidus ut prima primi
capitulo de complexionibus membrorum
et 3a primi capitulo primo cuius ag-
gregacionem maxime resistit complexio
colerica ergo etc. Item quia calidum
cum sicco mixtum videtur potissima
causa putrefactionis impeditiva propter
quod non repertum est ignem putre-
fiere quarto methaurorum sed naturalis
mors est via vel tendencia quedam
ad putredinem vel incineracionem
ergo etc. Sexto ad principale arguitur sic
longioris vite est sanguineus quam tem-
peratus ergo etc. Assumptum probatur primo
quia in sanguineo est calidum et humidum
humectivum quam in temperato et ideo hoc
in eodem tardius resolvetur humidum
a calido et consequenter tardius se-
quitur calidi extinctio ad resolucionem
huiusmodi ergo etc. quod tenet eo quod tar-
dius resoluto humido et extincto calido
tardius advenit mors per viam
resolucionis. Et probatur minor quia
sanguineo in calido et humido equaliter
a temperamento recedente maior est
in eo proporcio calidi ad humidum quam
in temperato eo quod maiori et minori na-
turaliter equaliter crescentibus decrescit propor-
cio maioris cum ad minorem secundum quod
minimus vero secundum veritatem qualitatis
a temperamento eque proporcionabiliter
recedente in ipso et temperato equalis

est proportio calidi ad humidum ta
ergo tamen calidum quam humidum deperdi
di sit maior latitudo in sanguineo quam tem
parato tardius aliis paribus in sanguineo
deperdetur etiam in sanguineo tardius co
sumitur humidum consummatione ad
quam sequitur caloris diminutio quo
sanguineo adveniet senectus et per consequens
mors Assumptum arguitur quia sig
nata ultima mensura humidi potente
sub eadem mensura calidum conser
vare que sit duorum graduum arguitur
sit ad hanc mensuram tardius produ
citur humidum sanguinei quam temperati quo
ad tardius incipit senectus in sanguineo
quam temperato Assumptum probatur quia
ab hac signata mensura plus distat
sanguineus quam temperatus et ad hac tar
dius resolvitur humidum eiusdem
vel saltem non velocius cum aliis paribus
ut supra deductum est ergo etc. Item
nisi ad mensuram humidi signatam
tardius sed velocius vel equivelociter
duceretur sanguineus sequeretur quod
semper sanguineum esse calidum et
humidum ymo aliquando foret re
spectu temperati consimilis etiam si sit
temperati iuvenis humiditas quatuor
graduum et sanguinei sex tamen si per
totam iuventutem hiis temporibus si
militer decurrentibus neque senesceret
sanguineus neque produceretur ad hu
ditatem duorum graduum quam temperatus
et per consequens aliquando erit in
iuventute sanguineus sive complexio
nis respectu temperati iuvenis quod non
est consonum rationi Item sanguineus
naturaliter per suas decurrens eta
tes est in senectute aliquando ut frequenter
temperatus sicut iuvenis ergo longioris
vite assumptum probatur ponendo san
guineum in principio senectutis respe
ctu temperati iuvenis esse calidum et
humidum in primo et quod per etatum
decursum in eodem inducetur equaliter
calidum et humidum Et patet quod aliquis
erit omnino consimilis complexionis
iuvenem temperato quia iam est calidus
et humidus in primo respectu temperati
iuvenis aliquando erit frigidus et sic
cus respectu eiusdem solum dum erit de
crepitus calidus et humiditatibus quo

cessibus omnino equaliter deperdens ergo
aliquando erit ita calidus et humidus
precise sicut temperatus iuvenis et prin
cipalis consequentia tenet quia tunc
consimilis erit habitudo vel propor
tio in eo activarum inter se et passivarum
inter se et iterum activarum ad passi
vas sicut in temperato sed consimili pro
portione harum qualitatum sequitur
equalis vite perduratio ergo etc. Pro
isto videtur sonare aristoteles in libro
de causis longitudinis et brevitatis vite
ponens potissimam causam longitu
dinis vite esse dominium calidum super
frigidum et humidi supra siccum et
debitam proportionem calidi ad humidum
quod maxime reperitur in sanguineo etiam
in libro de morte et vita calidum et
humidum causa existunt iuventutis
et vite et galienus 6 de regimine sanitatis
2o capitulo multo humidissimum et calidissimum
sunt longissimum et primo complexionum
2o capitulo vita est in calido et humido et
haly 2o tegni super illo passu decidete
vero Iste enim scilicet homo calidus et
humidus quanto conservatur complexio
eius et equantur ipsius et ca
dit ab egritudinibus putrefactionis
est longioris vite quam alii homines etc.
et propter illud laudavit philosophus in lon
gitudine vite terram calidam et hume
maris propter humiditatem aeris eius
et caliditatem eius et laudavit etiam
illo complexionem calidam et humidam
Ad oppositum arguitur primo complexio
temperata est omnium complexionum
aliarum virtute potestate et ordine
excellentior primo 2o capitulo ergo complexio
temperata est ceteris longioris vite quod
tenet eo quod omnes complexiones ad esse
vivencium et vite principaliter ordinatur
2o corpori complexionem temperatam
habenti insunt omnia mensurate ita
ut omnia nullo mensuratore indigeant
optima enim natura apparet cuius quantum
digerere bene potest 2o tegni que autem
nullo mensurante indiget ea ad vite
operationes potentior et efficatior quo etc.
3o omnes operationes in corpore temperato
sunt fortiores et perfectiores ergo opera
tiones ad vitam et eius perdurationem
facientes sunt in eo fortiores et per con
sequens vitam longiorem operantes
Assumptum colligitur 2o tegni et

in libro de bono habitudine et 2o com
plexionum primo capitulo et 2o parte tract(atus)
2a de signis complexionis equalis //
Item melius restauratur humidum ra
dicale et nutrimentale in corpore temperato
quam in aliquo distemperato sed melius est
humidum ceteris paribus calore diuturnius
sustentacionem ergo etc. probatur minor quia
tam in temperato quam in distemperato corpore
debito modo restauratur ei quod resolvitur
proportionale sed melius et perfectius in
temperato resolvitur ergo melius humi
dum in eodem restauratur pro isto est
auctoritas avicenne in suo tractatu de longitudine
brevitate vite et galienus in primo de
regimine sanitatis ubi dicit quod sicut
corpus est magis curatum ita et lon
gevum / de ista questione due varie sunt
posiciones prima ponit complexionem
temperatam esse longioris vite alia quod
sententia fuit Avicenne loco preallegato
et conciliator differencia 2a prima 2a
ponit complexionem calidam et humi
dam esse longioris vite ceteris paribus
et hanc exposuit hali secundo tegni loco
allegato et super eodem passu hanc se
quitur plus quam commentator Ad evi
denciam prime posicionis est sciendum
primo quod vita sumitur dupliciter primo
pro essencia vel forma qua vivens ha
bet esse formaliter qualiter accipitur
vita 2o de anima dum describitur quod
vivere est viventibus esse i. vita est substan
cialis anima qua vivens habet esse
formaliter et sic vita est actus primus
a quo viventes prodeunt operaciones
Sumitur vita pro actu 2o scilicet pro opera
cione viventis ab anima provenientem
in eo inquantum est vivens qualiter
operacionem nutritionem in vitam no
minavimus licet eciam quandoque sicut
sumatur vita pro actu vel operacione
vegetative potencie et 2m quod etiam ysaac
consideratur qualiter sumitur 2o de me
dium dicitur quod vita est consistencia per
alimentum et omnibus hiis modis sumi
tur vita potest in titulo questionis /
Preintelligendum est 2o quod duplex est mors
simpliciter naturalis et ista sequitur
consumpcionem humidi et calidi naturalis
extinctionem consequenter naturalem de
cursu corporis per etates suas absque cau
sa in corpus preternaturaliter imprimente.
Alia est preternaturalis et violenta que
consequitur impressionem causarum
corpori preternaturaliter occurrencium

verbi gracia humorum putredines vene
nosarum medicinarum puncturam gladii
perforacionem in ad propositum autem
mors excluditur violenta et sic sensus
questionis. utrum complexio temperata
per omnes suas etates naturaliter decur
rens sit ceteris distemperatis longioris vite
per suas etates naturaliter decurrentes
Qualiter autem sit aliqua mors de
nominanda naturalis vel non decla
rabitur 3o huius Sciendum est 3o
quod cause longitudinis et brevitatis vite
sunt multiplices quia quedam univer
sales quedam particulares / universa
les quedam sunt celum et celestes as
pectus et influencie secundum quorum
varietatem contrahunt individua
in sua generacione maiorem vel mino
rem virtutis fortitudinem contrahi
tur enim ab astris proprietates hanc
inferiorem naturam melius aut de
terius habilitantes unde et in variis
temporibus manifeste percipiuntur ho
mines infortunie et debilitate plurium
diversitas licet in complexionibus suis
ex manifestis qualitatibus resultantibus
similitudinem conveniunt particulares vero
sunt quedam extrinsece ut aer non
continens nutrimentum et aquarum dispo
sicio etc quedam vero intrinsece ut calidum
et humidum vita enim per hoc consistit
Nota quod calidum et humidum non qua
litercumque sunt principia vite convenienter
conservativa sed ad hoc plures requi
runtur condiciones quas explicat in
libro de causis longitudinis et brevitatis
vite prima est ut humidum sit digestum
et aereum ut eo calidum debite fove
atur ut eciam humidum non faciliter
putrefiat 2a condicio est ut non sit
superfluum ut debite a calido reguletur
3a condicio est ut non sit modicum ve
ro et faciliter desiccetur Et ex hiis etc
sequitur quarta condicio scilicet ut ad cali
dum debitam proporcionem habeat
ut super illud calidum debite obtineat
alias enim vel putresceret ut vegetatione
vel calidum extingueretur et suffocaretur
Ex quibus patet quod cause intrinsece potissime
perduracionis vite sunt debita mensura ac
tivarum qualitatum et debita mensura
passivarum et consequenter earum acti
varum quam passivarum in se debita pro
porcio et ad hoc activarum ad passivas
Sciendum tamen quod preter complexio
nem ex manifestis qualitatibus resultantem

ad maiorem vel minorem longitudine
tamquam in disposite conueniunt proprietates
occulte individuis a generatione vel tempore
contracte consequentes ut dictum est
a diversis astrorum impressionibus aut
preparationes occultas in materia gene-
rationis precoexistentes quas quidem com-
plexiones consequentes materiam nomi-
nant que occulte iuvant vel impedi-
unt virtutes et membra in suis actio-
nibus propter quod frequenter apparet
homo in complexione temperatus et in
virtute robustus qui tamen ex causis
similibus prenarratis incidit egritudines et
hec est sententia Averroys 6° colliget capitulo primo
Attendendum ulterius quod actus et operationes
quibus potissime et immediate et per se
conservatur vita sunt actus vegetatiue
virtutis in se vitalem et naturalem vir-
tutem comprehendentis vinentia propter hac
principia omnibus viuentibus inest
2° de anima huius namque est generare propriam
membrorum conservatiuum et alimentum distribuere
huius etiam est humidum membrale
loco dissoluti restaurare in quorumque
corpore sunt hii actus perfectiores in
eodem diutius conservatur vita Sed
cum hee operationes per se et immediate
vitam conseruant meliores melius
et diutius vitam conservabunt Ex
quibus patet primo quod tarditas reso-
lutionis maioris humidi membralis non
arguit vitam diuturniorem velocior
etiam resolutio huiusmodi membralis
non arguit vitam breviorem sed potius
bonitatem restaurationis et malitiam
consequitur vite longitudo aut brevitas
hiis premissis sit hec prima conclusio con-
tingens est aliquam complexionem
temperatam cum pari regimine etiam pro aliqua
distemperata esse breuioris vite persuadetur
conclusio primo ubi in complexione
distemperata inveniatur multo melior
astralis proprietas quam in complexione temperata
inveniatur multo melior ita quod merito
proprietas astralis multo plus prolongetur
vita in distemperato quam merito lapsus abre-
vietur econtra vero in complexione
temperata patet eadem conclusio ubi in com-
plexione temperata inveniatur complexio
insequens naturam ex occulta proprie-
tate mere generationis in temperato cor-
pore derelicta multum impeditiva
operationum provenientium a temperamen-
to Conclusio vero cum complexione
distemperata inveniatur occulta proprietas
membra et virtutes vivificans habilitans

ad multo melius operandum patet conclusio
quam sensit Averroys septimo colliget alle-
gato capitulo dum inquit quod non est im-
possibile videre quod sint duo homines unius
et eiusdem temperate complexionis qui
equaliter et uno regimine vivunt et
unus eorum devenit ad meliorem finem
quem consequi poterit per eius naturam
in alio vero eodem regimine existente
mali generabuntur humores qui mortem
inducunt et causa huius est quia in eius
complexione est mala preparatio fixa
que causa est ut in ipso hec malitia generetur
Et colligitur idem in suo tractatu de
causa brevitatis et longitudinis vite
hanc tamen varietatem occultarum prepa-
rationum reducunt astrologi in causas
celestes scilicet plagas ascendentem vel huius vel
talibus elementorum mensuris Utrum
autem hec complexio gradualiter tempera-
ta ab occulta proprietate quanta sit deno-
minanda iusticialiter temperata est questio
longa Ad quam ex dictis in precedenti
questione declaratis in primo huius fuit
patere potest responsio 2a conclusio
licet ita sit aliis tamen omnibus similibus
paribus longioris vite est temperata quam
aliqua distemperata complexio persua-
detur conclusio per aliqua ad dicta superius
post oppositum etenim cum dispositionibus
forme convenientibus longiori tempore
aliis paribus forma in materia conservatur
quam cum dispositionibus eidem minus con-
venientibus sed forme humane conve-
nientiores sunt dispositiones iusticialis
temperamenti quam aliculus temperamenti
ab eodem lapsi ergo etc Assumptum patet
discurrendo per quatuor conditiones
superius enumeratas ad hoc requisitas cuius
enim humidum est optime digestum non
superfluum non diminutum calido proportio-
natum etc Et plura alia hiis similia
pro ista conclusione potest adduci 3a conclusio
post temperatam complexionem ut communiter
lapsus compositus longioris vite est com-
plexio calida et humida ceteris paribus
persuadetur conclusio quia quelibet com-
plexio distemperata ideo est brevitatis vite
brevioris vite temperata quia in ea superhabundantia
similiter vel defectuosa prin-
cipia vite aut alterum deficit aut alterum
superhabundat vel deficit unum et super-
fluit alterum patet aut quod melius est
aliis paribus utrumque principiorum vite super-
habundare et utrumque deficere aut unum

superhabundare et alterum deficere ergo
etc. Quod tenet eo quod in complexione
calida et humida utrumque superhabun-
dat in qualitate aut alia distemperata
composita utraque deficit vel unum super-
habundat et alterum deficit. Hoc
argumento utitur Aristoteles de causis longi-
tudinis et brevitatis vite. Conclusio
quarta est post sanguineam inter ceteras
complexiones iam dictas longioris vite
est colerica probatur quia in eo predo-
minatur principium et solum alterum de-
ficit in reliquis aut vel dicitur predi-
ctum imperfectius vel ambo deficiunt
ergo etc. Contra velocius consumitur
et exsiccatur humidum in colerica quam in
flegmatica et mors per exsiccationem
est ipsius latitudo deperdenda ideo non
pervenit colerica ad humidi exsiccatio-
nem qua non stat vita quam flegmaticus et
consequenter est vite brevioris. Item
brevioris vite est corpus sicut colericum
quam sicut flegmaticum ergo absolute
brevioris vite est colericus flegmatico
quia tenet eo quod qualiter proportio ex-
tremi ad convenientem talis est compara-
tio medii ad totam cum aliis partibus
sic patet assumptum quia colericissima
complexio decidit in frigidam et sic-
cam ut in senectute decedente natura calida
et sicca grossi flegmaticissima autem pro-
ducente etate permanet flegmatica
sed longevior est flegmatica melancolica
ergo etc. Pro primo respondetur negando
consequentiam secundam ubi velocius ex-
siccatur licet enim ita sit velocius tamen
et continue perfectius melancolico
restauratur et hec est potissima ratio
longitudinis vite maioris ut supra
dicebatur. Sciendum tamen dixe-
runt non esse possibile flegmaticum
intensa frigiditate per omnes etates
suas durare et tandem morte natura-
li mori sed in senectute multum persistente
calido et naturali et eminima complexi-
one et augmentato accidentali humido
tandem suffocabatur calidum et sic no-
moritur corpus per viam resolutionis.
Et ita pro isto adduci potest probabile
argumentum quia multum difficile est
corpus qualitercumque temperatum in senec-
tute ultima et consumptione calidi per
per viam suffocationis preservari propter super-
habundantiam humoris [illegible] flegmatici
[illegible] ad cuius consumptionem tangere

do suffocando et qualitatem obviando
primo in capitulo de complexionibus
creaturam sed in flegmatico et senio un-
bellissimo et humor flegmaticus magis
autem ergo et ideo de hoc plus videbitur.
3o. Hinc pro 2o negatur assumptum et
conceditur quod illud corpus aptum est in
senectute in complexionem melancolicam
decidere sed negatur omne corpus me-
lancolicum esse quod flegmatico brevioris
vite nisi in lapsibus ponatur paritas
qualiter non est in proposito ut pate-
bit infra super illa parte accidente ut
calida et sicca grossi. 4a conclusio est
post coleram longioris vite est flegma
inter distemperatas compositas prout
de sanguinea arguebatur quod in melan-
colica deficit utraque vite principium in
flegmatico vero calido altera quamvis de-
ficere ceteris paribus eo quod ceteris paribus
in proposito laudabilior est superhabundan-
tia quam defectus ergo etc. Ex quibus dili-
genter apprehendentibus facile compre-
henditur potius que disposicione simpliciter
sit longioris et que brevioris vite. Si quis
autem vellet 2am positionem probabi-
liter sustinere ponentem complexionem
calidam et humidam longioris vite sol-
veret argumenta persuadenda pri-
mam positionem. Ad primum adduc-
tum post oppositum neganda est [illegible]
et ad probationem dicitur quod omnes com-
plexiones ad esse et operationes viventis
principaliter ordinantur et non solum
ad esse quibus ambobus simul melius
subserviunt temperata complexio quam cali-
da et humida ad maiorem productionem
faciat. Pro 2o etiam negatur quod
et conceditur quod temperata est sufficientior
quia cum modici ampliori sufficient vitam
conservare cum quo tamen stat com-
plexionem calidam et humidam debere
preservatam longiori tempore posse
vitam conservare. Ad 3m negatur etiam
consequentia negatur etiam quod si opera-
tiones vite in aliquo sunt fortiores lon-
giori tempore possint in eodem vitam
conservare in aliis ponatur paritas. Ad
4m dicitur quod melius pro operationibus
restauratur humidum in temperato quam in
sanguineo melius tamen in sanguineo
pro vite perduratione. Et consequenter
negatur quod omne humidum restauratum
altero melius sit calidi natura [illegible]
conservatum pro auctoritate cum Andreas

dicerunt quidam ipsum fuisse illius
opinionis. Alii quod temperatam intellexit
calidam et humidam a iustitiali temperato
parum distantem. Consimiliter dicit
ad autem galienum ad probationem
primam rationem complexionis positionis
eiusdem dicitur quod iustitialis temperamen-
tum est dispositio conveniens forme
quo ad eius operari sed non ratio quo
ad conservari sicut iuventus et pue-
ritia et sic negatur assumptum sic
intellectum. Contra tunc non deberet
medicus complexionem calidam et
humidam tollere ad temperamentum re-
ducere negatur quia non eam per re-
ductionem principaliter queritur vite
longitudo sed principalius operationis
perfectio et potentia maior resistendi
causis preternaturaliter diminuentibus
per quarum accursum frequentius
accidit mors quorum utrique melius
temperata complexione perficitur.
Ad 3um dicitur quod calido et humido re-
pari optime simul conveniunt omnes
conditiones facientes ad vite longitudinem
operationis bonitatem et preternatura-
lium impressionem prohibitionem
cum quo tamen stat conditionem vi-
te longitudinem promoventem ponere
esse sanguineo. Ego vero contra hanc
habeo argumenta evidentia que forte
infra tangentur cum tractabitur de
restauratione humidi tenendo ergo
primam positionem respondetur ad ar-
gumenta adducta post oppositum. Ad
2um conceditur aliquam complexionem
distemperatam aliqua temperata esse
longioris vite statuta etiam paritate
in regimine et etate per disparitatem
aliis causis contingentem nec repugnat
rationi conclusionis. Et potest etiam dari
responsio quam tu collige ex dictis
in precedenti questione et primo huius.
Ad confirmationem negatur assumptum.
Ad probationem eius negatur quia ut ex
dictis patet in precedenti questione. Ad
2um principale dicitur quod licet tardius re-
solvatur humidum melancolici etiam
cum hoc tamen tardius multo et
deterius restauratur et ideo hoc a se
securitatem et cum quo non stat vita cum
pato melancolicus remoritur. Ad
confirmationem conceditur auctoritas

phlegmatica et plantas et multa operatione
homines melancolica esse longioris pre-
cedit homine in quolibet tamen calido
auctorum specie illud quod est iustitialiter
temperatum est ceteris paribus longioris
perdurationis distemperato eiusdem speciei
ut elephas temperatus elephante dis-
temperato unde autem proveniat va-
rietas perdurationum hoc alibi perscrutandum
est. Ad aliam confirmationem quod quod
sit de durabilitate equalis ad pondus
non plus concludit argumentum nisi
quod simpliciter frigidior est melanco-
licus equali ad pondus quam temperatus
et propter hoc tardius ad ultra alteratur
et tardior est eius humidi eiusdem re-
solutio a calido sed ex illo non sequitur
quod sit longevior ut ex dictis patet. Ad
3um dicit conciliator differentia 22a quod hu-
midum diverso resistens consumptioni per
quod permanet vita est humidum aereum
non tamen aqueum sicut pingue-
dinis adipis primum quidem amplius
est in temperato quam in flegmatico. 2um vero
e contra primum autem est unctum 2um
vero oppositum quia calidi suffocativum
magis quam conservativum vel dicitur
negando consequentiam quia licet
huiusmodi humidum tardius resolvatur
cum hoc tamen tardius etiam et de-
terius restauratur licet quidam dixerunt
non esse corpus flegmaticum ad mortem
naturalem permanens flegmaticum perdura-
bile. Ad confirmationem negatur
consequentia licet enim dicimus conservet
radicale humidum a ignitione quantum
in flegmatico quia tamen non solum per
illud sed etiam per nutrimentale con-
servatur calor et vita et istud multo
deterius restauratur in flegmatico patet
non procedere argumentum. Et supposita
hac responsione quod non oportet radicale
a ignitione continuatum conservari
usque ad finem vite. Dicitur etiam
quod licet radicale humido flegmatici
adveniat humidum nutrimentale mi-
nus adveniat tamen sibi deterius
nutrimentale per quod magis efficitur
impurum sed etiam aliter dici secundum
fundamentum positum a conciliatore
et tu considera. Ad quartum negatur
assumptum et dicitur ulterius quod licet in

colerico in senectute aliqua de causis
concurrentibus ad mortis accelera-
tionem sit maior quam in temperato vel
huiusmodi flatibus Et aliter tamen
cause vite longitudinem promoventes
sunt in temperato efficaciores ideo non
procedit argumentum etc. Ad quartum
negatur similiter assumptum et ad
probationem concesso quod illud humidum
est amplius ad tardius resolvatur
quia tamen deterius et minus aereum
et purum restauratur non sequitur
eius humidum terrestrificari tardius quam
resistitur ad quam sequitur naturalis mors
et tota causa est quia temperamentum
iustitie existente aere magis proportionato
primo a generatione contrahitur humidum
magis aereum et consequenter illo me-
diante melius potest anima partes
impuras excludere et magis aereas
in nutrimentum convertere quam in sangui-
neo diceret etiam concluditur amplius
esse humidum in tempore per eius re-
solutionem debet sequi mors quod est ae-
reum conversum et calidum deterius
sustentatum quam in sanguineo Et
per idem similiter patet solutio ad
primam confirmationem dicitur-
enim quod non est eadem mensura humidi
[illegible] in quantum
conservam calidum sub eadem mensura
in sanguineo et temperato sed alia et alia
sicut humidi decrescit gradualiter est sangui-
neus in principio senectutis quam temperat-
us Et quod ad mensuram in illam hu-
midi correspondentem temperato tar-
dius producitur temperatus quam sanguineus
ad mensuram sibi correspondentem
Ad aliam dicitur quod licet aliquando
sanguineus in senectute habeat com-
plexionem iustitie temperate simile
gradualiter non tamen illa est iustitie
temperata oportet enim ad hoc quod [illegible] in
corpore reperiri cum aliis debitis circum-
stanciis puta cum debita dependentia
ab humoribus et spiritibus et in debita
aeritate humidi membrorum que non in sa(nguineo)
senio reperitur ut supra plenius fuit de-
claratum. Pro auctoritatibus sonantibus
calidum et humidum esse magis longe-
vum dicitur quod ibi comparatur calida
et humida ad alias distemperatas com-
positas complexiones cum aliis pluribus
preter hoc quod fuit opinionis opposite.

ut visum est. Si autem dixerunt auc-
tores quod calidum et humidum sunt
cause longeve vite et quod vita consistit
in calido intellexerunt illud in con-
ditionibus tactis in questione que in
temperato optime sunt reperte

## Utrum complexio

a generatione calida et
sicca tempore etatis pera-
[illegible] in senectute pertineret ad fri-
gidam et siccam Arguitur quod non primo quo-
niam innata et naturalis est complexio
colerica colerico quam flegmatica flegmatico
vel melancolica melancolico et sic de
aliis sed nec flegmatica ab utero in etate
provecta senectute permutatur ad complexio-
nem naturalem aliquam denominationis
quia semper melancolicus remanet
melancolicus usque ad senectutem et
flegmaticus flegmaticus ergo etc. Probatur
maior quia ita potentia sunt vel esse
possunt principia generationis ad impri-
mendum complexionem colericam et ita
disposita potest esse materia ad ipsam
recipiendam sicut flegmaticam vel
melancolicam ergo ita sicut imprimi
potest complexio colerica sicut melan-
colica vel flegmatica Secundo sequeretur
quod colericissimum a generatione fieret me-
lancolicissimum in senectute et si sit me-
diocriter colericus mediocriter me-
lancolicus et remisse colericus fieret
in senectute remisse melancolicus et per
consequens non esset dabilis aliquis
senex colericus qui a generatione fuisset
colericus quod non videtur rationabile
Tertio hoc non videtur propter nimiam
resolutionem in etatibus anterioribus se-
nectutem factam in humido propter quod
impotens sit humidum tantam caloris
mensuram conservare licet enim causa
et non alia videtur in hoc tolli Sed
arguitur quod non propter hoc primo quod
difficilius est humido conservare calorem pre-
ternaturalem multe intensionis quam con-
servare calorem naturalem sub eadem
mensura quia post fuit sed huiusmodi
humidum corporis potest maiorem calorem
preternaturalis mensuram conservare
si sic illud corpus ethicum ergo a fortiori

et mensura caloris naturalis vel
per habitum conservare potest probatur
maior quia plus resolvit et terre-
strificat humidum calor intensior
preternaturalis quam calor remissior
et hec est potissima causa qua redditur
humidum impotens ad conservandum
calorem ideo etc. Confirmatur idem
sic quia data hac causa sequitur omne
animal respectu humidi sue speciei multum naturaliter
colericum in senectute fieri melancolicum
respectu eiusdem sicut est leo passer ac-
cipiter et huiusmodi arguitur quod
multo plus dicitur calidum in talibus
animalibus supra suum humidum quam
calidum colerissimum hominis supra humi-
dum eiusdem resolvendum sed propter
hanc resolutionem sit impotens humidum
colerici ad conservandum naturalem mensuram
caloris quia respectu speciei dicitur cole-
ricus ergo etc. Confirmatur quia tot
quantitatis quod flegmaticum est magis
calidum et siccum etate quolibet co-
lerico sed etate colerica in senectute propter
resolutionem sui humidi in precedenti-
bus etatibus contingeret fieri melan-
colicum propter humidum eius non
posse colericum in mensura qua deno-
minatur colericum conservare si quod
est verum ergo etc. a fortiori. Cor quandoque
flegmaticum ex tali etatum decursu fit
melancolicum et per consequens nunquam
nunquam complexionis sunt cor a generatione
permutabitur cor in penultima etate ad
melancolicam respectu temperati cordis
Item nullum membrum a generatione
colericum sit per decadentiam respectu aut
melancolicum ergo nec aliquod corpus
plus a generatione colericum debet re-
spectu temperati corporis fieri per decaden-
tiam melancolicum quam tenet eo quod
non minor est distemperantia corporum
lapsorum a temperamento quam membrorum
lapsorum a iuvente et assumptum sic patet.
Quarto ad principale arguitur sic
quod aut talis complexio esset corpori naturalis
aut consuetudinalis non potest dici 2m quia
per hanc perficit hoc corpus operationes
sibi debitas. Et quia hic ponuntur signa
complexionum naturaliter lapsorum si dicatur
primum. Contra hec complexio est sue
complexioni naturali contraria non est
sibi naturalis assumptum probatur patet
quod sua naturalis complexio calida est
Item corpus colerissimum a generatione
est simpliciter ergo tale merito suorum
[…]cipiorum aptum semper vel ut in pluribus
permanere tale et per consequens non
faciliter nec ab intra ad complexionem
melancolicam labi. Secundo sequitur quod
ante adventum senectutis merito solius
etatum decursus fieret notabilis caloris
diminutio. Contra autem primam primi
capitulo primo de complexionibus cita-
tum et 3a primi capitulo primo ar-
guitur ponendo formam esse corpus
tale a generatione colerissimum et sit
nunc in principio senectutis. Et quero utrum
in complexione sua sit melancolicum an
colericum alia eius non videntur danda
media nisi diceretur quod esset in actionibus
temperatus. Si primum ergo totus excessus
caloris quo temperamentum excessit iam
est deperditus et non nisi in etatibus
antecedentibus senectutem ut sequitur
oppositum ergo etc. Si dicitur quod sit colericum
sequitur oppositum questionis. Ultimo
habens complexionem talem est in
senectute multorum pilorum ut ponit Gal.
in libro sed multitudo pilorum non provenit
nisi a forti calido ergo etc. Ad oppositum
est Galienus in libro. Respondendo ad que-
stionem primo premittere oportet
distinctiones quasdam 2o conclusio-
nes ad quesitum. Quantum ad
primum sit hec prima distinctio quod
dupliciter contingit aliquam complex-
ionem ad aliam ab ea specie denomi-
nationem in genere complexionum specie
distinctam permutari primo propter co-
ntrarietatem vel dissimilitudinem specie-
rum non naturalium corporis complex-
ionem immutantium ut aer cibus etc. Et
talis complexionis permutatione non
est sermo in proposito sed videtur in
3o huius. 2o ab intra quidditative […] ap-
proximate fuerint corpori res non
naturales corporis complexionem vel
lapsum proportionate et de tali est sermo
in proposito. Secunda distinctio permutatio
ab intra contingens penes consuetum
modum loquendi medicorum est duplex

una generalis que ideo generalis dicitur quia cuilibet corpori per etates decurrenti quandoque naturaliter advenit qualis est permutatio complexionis decursum etatum quia secundum quam omne corpus in iuventute denominatur in complexione siccum respectu sui met in pueritia et e contrario humidum et in senectute respectu iuventutis in pueritia melancolicum et de tali complexione in littera non loquitur in proposito nec Galienus in littera sic enim debuisset ponere signa flegmatice melancolice et sanguinee decidentie. Altera est permutatio specialis ab extra contingens que ideo specialis dicitur quia soli corpori colerico est ab auctoribus attributa licet omne aliud corpus ex etatum decursu permutetur ad complexionem in senectute respectu pueritie melancolicam aliorum tamen quodlibet ad complexionem spectantem temperato in consimili etate consimilem retinet denominationem nam quamvis sanguineus sit in senectute melancolicus respectu sanguinei pueri respectu tamen temperati senis denominatur sanguineus et calidus et humidus et flegmaticus frigidus et humidus respectu temperati senis. Corpus autem a quadratione multum calidum et siccum in oppositam denominationem iuxta sententiam Galieni saltem in activis qualitatibus decidit in senectute ita quod non solum sit respectu pueri colerici calidum sed etiam respectu senis temperati denominatur frigidum et siccum. Tertia distinctio quod lapsus corporum calidi et sicci a temperamento quandoque est magnus et quandoque est parvus et e converso quandoque est magnus in caliditate et parvus in siccitate quandoque econtra. Quarta distinctio quod quandoque corpus colericum regitur regimine sibi proportionato scilicet complexionis colerice conservativo quandoque vero contrario puta permutativo aut preservativo a lapsu premittendum est ultimo quod potissima causa conservationis calidi naturalis in humido sub eadem vel equali mensura est debita habitudo et proportio calidi naturalis ad humidum quo sufficit seipsum debite fovere

ad quod requiruntur conditiones tacte in precedenti questione. His premissis sit hec prima conclusio: complexio calida et sicca a temperamento lapsa regimine sibi proportionato vita non necessario in etate senectutis in frigidum et siccum decidit respectu temperati senis. Patet quia ita parvus potest esse lapsus a temperamento ut a suo calido humidum non consumetur quin quo salvari possit maior calor quam requirat ut sit in temperato consimilis etatis ergo et cetera. Item quia tunc non appareret qualiter possit aliquis senex reperiri colericus. Secunda conclusio complexio colerica a generatione a temperamento lapsa regimine preservativo aut permutativo vita non usitato in spatio senectutis decidit in complexionem melancolicam respectu temperati senis. Patet quia per huiusmodi regimen sic potest lapsus tam in calido quam in sicco calidior corrigi ut eius calidum humidum non consumet et consumet exsiccatione ad quod huiusmodi decidentia sequitur. Tertia conclusio est complexio a quadratione colerica a temperamento multum lapsa vita regimine sibi proportionali per omnes suas etates naturaliter currens in etate senectutis in complexionem decidit melancolicam respectu complexionis senis temperati. Hanc complexionem intellexit Galienus in littera et persuadetur ratione quia lapsu in calido et sicco existente magno exsiccabitur humidum in senectute et terrestrificabitur exsiccatione eius quia non poterit tantum calorem nec mensuram conservare sed remittitur in temperato in eadem etate ergo preterit reddetur corpus frigidum respectu temperati. Et nota quod a priori male posset hec conclusio probari probatur autem a posteriori quia experimento patet talia corpora esse in senectute ad tactum frigida respectu temperatorum senum. Et alia sunt signa que complexionem attestantur melancolicam et cetera. Quarta conclusio est corpus colerissimum in etate senectutis ad melancoliam permutandum in aliqua parte sue senectutis erit respectu temperati senis colericum probatur sic tale corpus in iuventute multum

senectute erit colericum ergo per
tempus post illud quod erit colericum
assumptum probatur quia usque ad illud
instans nulla adveniet causa corruptio-
nis caloris extranea ut pono verum
trinsecus intrinseca quia non nisi post
etatem consistentie incipit calor gra-
dualiter diminui prima primi capitulo
de complexionibus etatum Ex quibus
sequitur quod per totum tempus antecedens
senectutem non sit calor naturalis
notabiliter minoratio et gradus caloris
a generatione contracti Ad argumenta
principalia ad primum dicitur quod licet
non minus naturalis sit huic complexio
que medicina preservatur ipsa tamen
est merito suorum principiorum minus
firma et apta permanere ad sensum data
Ad probationem dicitur quod licet etiam
ita patenter sint principia generationis ut
esse possint agentia ad complexionem
colericam imprimendam sicut flem-
tica [illegible] et similiter naturalis receptam
receptiva colerice sunt flegmatice
non tamen eque potentia sunt ad
hanc complexionem in sua latitudine
conservandam propter causam tactam
in questione Ad secundum concesserunt quod
consequens et quando illam sunt co-
lericissimo fiet a generatione mela-
colericissimum negatur tamen quod tunc
concluditur quod mediocriter colericus
fiet mediocriter melancolicus et re-
misse [illegible] dicitur negando primam
quam et consequenter dicitur quod
ita melancolicum in senectute potest
naturaliter inclinantur ut sanguinem
attrahant quo humidum resolutum
in eis restauratur ita et stomachus
Ex quo patet quod hic appetitus non est
fames de qua queritur hic sicut enim
omnia membra famescerent Aliter est
appetitus animalis sive sensitivus

qua tristem quandam in stomacho sequens sensationem et hanc propter famem diximus et de hac queratur in proposito. Secundo 3o ad videndum tamen hec motus concurrunt primus est membrorum inanitio 2m est naturale desiderium quo sanguinem a venis attrahunt ab epate 3m est suctio venarum a stomacho 4m est sensus stomachi huius suctionem percipiens quintus est actuum desiderium quod est cibum famis quo stomachus cibum petit ab extra ut hanc istam passionem removeat et hec est fames. Ex quo patet quod ordine naturali membra inanita fuerunt querunt sanguinem fontem scilicet epar meliorabz(?) venis et cum in epate fuerit sanguinis copia non exurit actuat ut galienus 3o de virtutibus naturalibus allegato capitulo ideo cum tunc attrahit epar a stomacho epate autem non habente sanguinis copiam non appetit a stomacho sed continuum trahere vel alio membro sic enim ordo esset perversus nec stomachus nec aliud membrum sit sanguinis fundum(?) potens defectum epatis et aliorum membrorum sanguinem mittendo succurrere ergo esset iste appetitus inanitionosus(?) sed apparet epar tenuem attrahendo qua posset pro toto sanguinem generare tale vero non est sanguinis nec substantificum humidum sed chilus ideo naturali appetitu promovetur epar ad stomachum queratur et ab eo membris necessarium chilum recipiat in quo delectatur et voluptuatur stomachus et continuam precedentis famis removeat dy notanter insurgit sensatio tendiosa(?) conpellens proportionalis obiecti suctione et remotione et per consequens sano homine consistente promovetur ad cibum ab extra recipiendum quo iterato chilum generet et predictam istinam removeat. Ex quibus concluditur hec conclusio prima quod fames naturalis non sequitur directe et immediate consumptionem humidi nutrimentalis scilicet sanguinei caloris cum consumptione

paulatim sunt etiam insensate 2o quod sequitur consumptionem humidi chilosi. Pro 2o ista positione plura adducta ante oppositum. Item si causaretur fames per consumptionem humidi nutrimentalis scilicet sanguinei vel substantifici et non chilosi vel illa consumptio consequeretur actionem caloris dicti stomachi aut influentis a circumstantibus membris vel consequenter solam suctionem ab epate membris mesaraicis humidi nutrimentale iam dictum aut substantificum attrahente non primum quia natura stomachi magis intenta est ad consumandum primum humidum actuum aut nutrimentale stomachi quam chilum ergo primum per calorem naturalem consumit chilum quam aliquod humidorum aliorum et per consequens non quod fieret fames nisi humido chiloso in stomacho primus consumpto quod dicit esse contra experimentum plures enim famelicos experimur vomitu talem humiditatem expellere non propter 2m quia calor hic insufficit ad consumandum calorem stomachi in digerendo et suas naturales actiones producendo sed stomachus per calorem dictum magis inclinatur ad consumendum chilum quam sanguinem aut humidum substantificum 3o in vel 2m quoniam est in epate necessitas aut humidum substantificum recipiendi sed solum chilum ex quo epar est sanguis pro toto naturaliter producturus ergo etc. Pro isto forte dicitur quod hec omnia concurrunt ad quod contractio chili a stomacho est causa causa dispositiva famem cuius est causa sicut prohibens removens nam predicto chilo in stomacho debilis et tarda et insensata est humidi consumptio substantifici ex 2o et quod tali consumptioni fortior resistit chilus simul cum humido substantifico et nutrimentali stomachi ipse vero ad epar attracto potentior redditur calor simul dictus et influens ad consumendum humidum substantificum ex eis(?) propter quod velocius consumit

illud et fortius vide
perpetitur actio illa

illud et forcius videtur percipitur actio
illa sensatione quadam tristi ad quam
sequitur fames nec oportet ad hoc ut
fiat hec fortior et propter consumptionem co-
nium chilum stomachum egredi sed suf-
ficit ipsum multum non et sic huius
positionem non repugnat conveniencia
allegatum de famelico chilum per
vomitum emittentem hanc racionem eius
removere temptant primo quia tunc
omnis fames naturalis immediate
fieret contra galienum 2o tegni de signis
stomachi et qualiter quia similiter
omnium auctorum Item tunc quantum sto-
machus esset calidior aliis partibus
esset eius appetitus ad cibum vehemen-
cior et quanto frigidior obtusior cuius
quod quia sicut calidior est stomachus
ita activitatis chilo ad epar calor agens
in humidum eius substantiatum re-
plendo est fortior et per consequens
aliis partibus fortiorem et magis per-
ceptam inducit alteracionem et quanto
quanto est frigidior tardiorem et
minus perceptam inducit alteracionem
Item nunc qualescumque cibus sit appetitus
fortior quod in senibus aliis partibus tar-
dior tamen est in eis actio caloris digesti-
vi et influentis simul in humidum substan-
tiatum oris stomachi Item propter
consumptionem humidi substancie
inclinatur stomachus ut sanguinem
attrahat que substanciam resolutam
reponat ergo non ad cibum ab extra
attrahendum inclinatur et per consequens non
fames sit Item data hac responsione
nisi quod stante in stomacho copia sanguinis
laudabilis fieret iterum appetitus quod
est contra conveniencia de corporibus
carcelatorum arguitur quia quia stante
copioso sanguine in stomacho non fit
in ore stomachi humidi substancie sic
velox et perfecta consumptio a calido
innato et influente sed ad hoc ultimum
dicitur quod corpora carcelatorum non incur-
runt verum appetitum sed negatur
quod consuetudine cibum assumunt vel dicitur
quod illa corpora ad eorum conservationem
plura indigent tali humiditate quam
alia licet etiam plus de tali humiditate
habent quod ad sui conservationem in-
digent illo vel plura assumpto chilo
activitatio propter conubernacia sui ca-
loris amittit forcius et perfecte consump-
cio quare in hiis insurgit iterum ap-
petitus Sed nulla istarum responsionum
evitat difficultatem quia in corporibus ethi-
corum experimur insurgere appetitum
licet in stomachis eorum sit calor sepius
et humidum consumptionem resistens
plurimum Ideo hic est similiter prima posi-
cionis 2a posicio ponit quod fames est
appetitus immediate sequens sensationem
quandam tactivam oris stomachi
eo quod fames est appetitus alimenti con-
sequitur ergo actum qui est sensatio alimen-
tum huiusmodi est tactus 2o de anima
Conveniens 2o quia sensatio sensitivus tactus
quam fames insequitur non est sensatio
primarum qualitatum tangibilium
absolute est enim sensatio decidui et
appropriati obiecti Ex quo infertur sensum
tactus non solum esse qualitatum tangi-
bilium absolute perceptivum sed etiam
multarum aliarum nam quamvis os
stomachi qualitates primas absolute
percipit ut calidum frigidum etc non
tamen cum illa sensatione appetitus sur-
geret licet etiam convenientia principalis
membri absolute calidum vel frigidum
occurreret non tamen cum illo sensatio
talis insurgeret qualis cum fames e-
missione cibi ideo sensatione talia
lud ab hiis membris percipi quam ab-
solute calidum frigidum etc Pre-
venitur 3o quod sensus tactus cum sensatio-
nem sequitur appetitus qui est fames
est oris stomachi et non alio membro
appropriatus hic etiam similiter Avicenna in 3o
primo capitulo ponens [illegible]
fuisse unum esse membrum appetens
hoc appetitum et supportans omnis
licet ergo alia membra resolvuntur
sicut stomachus propria in tamen
maximus non sentit ut stomachus
ut ergo in toto ad visceria consistere
magnum sequitur inconveniens
scilicet nocumentum cum etiam sufficeret
unum esse membrum pro toto ab quo
cibum recipiens sufficere debuit

vnicum esse membrum pro toto appetens
Premittit quarto quod primaria causa
famis naturalis est membrorum reso
lutio licet ad hanc concurrant per plures
motus intermedios ut supra declaratum est
in precedenti positione et hec est sententia Ga
leni quarto de vtilitate particularium
et quarto de accidenti allegato capitulo
Ex quibus premissis hanc suppositionem
sequitur hec prima quod contra precedentem
positionem non sola remotio vel re
solutio chyli ab ore stomachi in illato
incedente alia positiva causa in ore sto
machi imprimente est causa immediata
famis persuadetur primo non sola privatio
chyli in sto est causa cessationis famis
ergo etc. Assumptio patet quia quandoque
plus cibus aut chylus esset in stomacho
si nulla in stomacho fieret alteratio realis
in eo diceretur delicia aut amovetur
tristitia sicut in igne puncte manum ut
in manum imprimet vna realis unde seque
retur delectatio ac tristitia vel eius re
motio si a manum recederet nulla per co
sistente impressione ab eadem quilibet
actus sentiendi tactivus qui est famis
per eundem quo actu sentiendi sensu
tactus est ut supra compromissum est ergo etc.
2a conclusio sequitur per positionem
probabilius est hanc tactivam sensa
tionem ad quam sequitur appetitus
consequi consumptionem humidi sub
stantifici oris stomachi a calido resol
vente quam humidi chyli si persuadetur
hec conclusio primo quia non aliter
videtur causari appetitus in stomacho
quam causatus fuisset in aliis membris
si in eis sensus proprie nominationis fuisset
sed tunc insurgeret in eis appetitus per
consumptionem humidi substantifici
et non chylosi ergo etc. Secundo quia ut ar
gutum est non sola remotio obiecti
potest esse effectiva causa sensationis
alicuius. Tertio quia dato opposito sequitur
quod quam cito chylus descendit ad intes
tina stomacho vacuo remanente de
beret famis insurgere contra experimen
tum et contra sententiam auctorum et quod
tenet quo positione. Pro isto diceret ad
oppositum negando quam quia cito totus

chylus ex stomacho simul egreditur
ad intestina descendit sed in pluribus
viribus remanet eius ultimo portio
illa chyli quam stomachus suis rugo
sitatibus appropriavit quam diu retinet
et residuum dimittit attrahi et ad
epar compelli dum autem hec pars ul
timo sugitur insurgit appetitus modo
supradicto. Contra quia tunc chylus
postquam a stomacho recederet saltem
partem eius corrumperet argumentum
quod quia virtus stomachi in se hoc
complexione digesta cibum digerit et cibo
debitam dispositionem concedit ergo quando
ultra hanc dispositionem imprimit in
chylum vel suis primam dispositionem
corrumpit propter hoc cum cibaria
facilis digestionis assumpta post assump
tionem grossorum corrumpuntur in sto
macho ut 2a primi capitulo de re
gimine eius quod comeditur et
bibitur et quarto 3a capitulo de correctione
cibi et capitulo de debilitate digestio
nis et quarta primi quinto capitulo
cum chylus iam digestus est stoma
cho approbatus longo tempore post
eius digestionem in stomacho mo
retur sequitur ipsum primus quod stoma
chum comedatur corrumpi vel sale
prava dispositione infici. Quarto quod
animalia in cavernis longo tempore
latitantia toto tempore quo latent
non famescunt quamvis ab ore sto
humidum chylosum totaliter moveatur
evidentem enim apparet diu aliquam
portionem chyli quocumque tempore ante
compositionem quadam appellatam stoma
cho servari in eo per totam hyemem do
nec iterato appetitus insurgat. Similiter
si chylus esset aptus tanto tempore con
servari in stomacho sine corruptione
non appareret cur ita detestarentur
auctores sumere cibum levis digestio
nis post cibum grossum difficilis
digestionis causa ergo propter quid
toto tempore non appetunt illa ani
malia videtur quia in ipsis congregati
sunt humores grossi flegmatici vel venti
et non quia chylus toto illo tempore

resoluentur calido autem naturali illos humores digerente in sanguinem conuertente adest continue quemcumque sanguinis copia vnde non cogitur epar a stomacho trahere nec potest calor naturalis humidum substantificum oris stomachi a sensata resolucione resoluere substantificum humidum oris stomachi velocius et resolucione sensibili propter quod tunc appetitus insurgit et plura alia pro ista posicione inducunt que quedam tacta sunt supra. Alii autem ymaginantur sensacionem ad quam sequitur appetitus non insequi resolucionem humidi substantifici nam membris maxime trahentibus a venis et venis ab epate epar mediantibus miseraicis trahit ab ore stomachi sugendo aliquid humidi substantifici eiusdem. Et notum est successionem hanc non minus esse accionem insensibilem vnde stomacho hanc successionem percipiente ordine naturali promouetur ad querendum cibum ab extra ut hanc successionem et tristem sensacionem amoueat hic videtur sentencia galieni quarto de accidente quarto capitulo allegato et Avicenne libro 3° primo capitulo et tractatu de capitulo destructione et debilitate appetitus et prima primi vltimo capitulo ubi ponit desiderium cibi per sensum duabus virtutibus scilicet attractiua venarum et sensitiua stomachi.

Quantum ad 2m supponendum primo quod hoc nomen fames quandoque apud auctores importat sensacionem oris stomachi ad quam sequitur appetitus cibi ab extra quandoque vero magis proprie importatur appetitus iam dictam insequens sensacionem premissam causatur a galieno quarto de accidente et morbo allegato capitulo sensus autem hanc successionem sencientes famem appellant. Secundo autem modo sumitur 2° de anima | esuriens autem calidi et sicci est appetitus. Supponendum 2° quod quemlibet actum appetendi appetitu sensitiuo inmediate causaliter precedit actus sentiendi nam prius natura est animalis sentire quam appetere //

Ex quo sequitur per nullam impressionem ab obiecto appetibili in organo sensus inmediate productam posse virtutem appetitiuam inmediate moueri ad appetendum. actus enim appetendi naturaliter presupponit actum sentiendi ut suppositum est huiusmodi [illegible] parua ad secundum et 3m de anima. Supponendum est. Tercio cuilibet sensacioni sensus cognitiui correspondere obiectum positiuum quod illa sensacione percipitur non enim possibile sit obiecti comprehensio nisi per operacionem obiecti representatiuam nature [illegible] in ordine species nisi ab obiecto positiue in organo imprimente. Supponendum quarto quod licet non sit possibile ad obiectum a sensu cognitum [illegible] per rationem sub racione sensibilis communis quoniam ad hoc concurrit species a sensibili proprio in ordine sensacionis sensus impressa non tamen repugnat ad obiectum per sensum cognosci distincte proprie sub racione sensibilis communis quamuis non percipiatur ab eodem distincte sub racione sensibilis proprii sed confuse exempli gracia licet impossibile sit visum quadratum aut rotundum distincte comprehendere nisi concurrente specie coloris potest tamen a visu distincte comprehendi figura rotunda aut quadratum absque hoc quod visus distincte comprehendat colorem puta album nigrum rubeum ut tu enim a longe frequenter distincte comprehendis hominem [illegible] quamuis non discernas eius colorem et sicut de visiua sensacione dictum est ita de tactiua et sic de aliis intelligendum.

Premittendum vltimo iuxta consuetum modum loquendi prout illud denominandum esse obiectum alicuius sensus quod ab eo sensu percipitur ut color visionis calor tactualis sensacionis et sic de aliis. Hiis premissis videntur probare hee conclusiones in hac materia [illegible]. Prima quod tam consumptio humidi cibalis quam consumptio humidi substantifici est causa famis siue sumatur fames pro appetitu siue pro tristi sensacione appetitum cibalem precedente patet quia quelibet fames naturalis vtriusque iam dictorum consumpcionem naturaliter presupponit ergo vtraque illarum est causa famis

naturalis quia tenet eo quod non apparet aliquid aliud ad eius esse vel fieri naturaliter preexistere nisi illud sit eius causa et assumptum patet ex dictis 2a conclusio non est possibile consumptione humidi substantifici oris stomachi accidentaliter per successionem masticatarum ab eo esse causa famis naturalis persuadetur quod cum huiusmodi humidum substantificum sit satis densum et solidum et attractio masticatarum levis probabile est et rationi consonum quod huiusmodi sucaturam de tali humido substantifico attrahi et quia hec videtur contra Avicennam fenne prima primi ultimo capitulo et galienum quarto de accidenti allegato capitulo dum inquit sensus autem huius suctionem senciens in ubi expresse dicunt suctionem hanc ad famem effective concurrere Pro hiis dicitur concedendo ad famem naturalem necessario concurrere motum in ore stomachi a venis mesenteriis sugentibus provenientem non tamen repugnat ad hanc non mediate concurrere consumptionem humidi substantifici oris stomachi attracti per hanc suctionem 3a conclusio nec consumptio humidi chilosi nec consumptio humidi substantifici oris stomachi est causa effectiva vel obiectiva famis immediata sive sumatur fames pro appetitu sive pro sensatione ut prima pars patet quia per solam remotionem humidi chilosi vel substantifici ab ore stomachi nulla positiva qualitas vel est in ore stomachi de novo producitur ergo per solam humidi chilosi vel substantifici consumptionem nulla nova sensacio in ore stomachi imprimitur et per per consequens nec fames primo modo vel secundo modo sumpta et per idem patet 2a pars sicud quod non est eiusdem causa effectus 4a conclusio capiendo famem pro appetitu iam dicto cuiuslibet famis naturalis immediata causa effectiva est tristis vel tediosa sensatio oris stomachi patet quia non insurgit appetitus sensitivus nisi mediante sensatione ut supra suppositum est inter hanc autem sensationem et actum appetendi nullum videtur tale medium cadere nullum enim tale apparet dabile ut patet discurrenti

eo quod ad actum appetendi animalis non concurrit nisi obiectum species obiecti organum virtutis appetitive et sensatio ad quam sequitur actus appetendi actus que quam iam dicta sensatio nisi quis cavillando diceret actum senciendi non effective sed solum dispositive concurrere ad actum appetendi ymaginando quod virtus appetitiva orta pro sensatione disposito potens est in se tamquam totalis immediata causa appetendi actum producere quod forte esset probabiliter sustentabile rationabilibus tamen et veritati conformius apparet hunc actum senciendi virtuti appetitive naturaliter suberdinari velud instrumentum in productione actus appetenti sicut calor ignis immediate instrumentaliter subservit forme ignis in productione actualis calefaciendi et species visibilium in organo visus recepte virtuti visive subserviunt instrumentaliter in productione visionis quamvis esset concedendum sic actum senciendi ad actum appetendi dispositive concurrere non tamen colligitur quoniam ad eundem procedendum effective concurrat hec tamen difficultas ad superiorem pertinet artificem Alternativa conclusio probatur ponitur quia capiendo famem pro sensatione iam dicta causa obiectiva famis naturalis non est nisi motus fiens in ore stomachi a venis mesentericis sugentibus et licet ad hunc motum causandum coadiuvat humor melancolicus qui ordine naturali hora famis est ad os stomachi profluens que conclusio sic est intelligenda quod illa sensatione que fames dicitur nichil distincte recipitur nisi hic motus iam dictus concurrat persuadetur sic huius sensationis ad est positivum obiectum tale autem non est consumptio humidi chilosi vel substantifici ut supra nec aliqua qualitas prima per se proprie sensu tactus perceptibilis in ore stomachi impressa ergo etc Quia non est caliditas nec frigiditas et sic de aliis non enim potest poni caliditas quia cibaria acetosa et frigida non inducunt appetitum nec etiam frigiditas quia tunc stante mala complexione calida in toto ut febricitantibus nunquam bene insurgeret appetitus cuius oppositum comperimus

et consequentia patet quia aliquando
in eodem adequate ut in ore stomachi
simul esset mala complexio calida
et febrilis et frigida que esset obiec-
tiva famis. Item tunc vinum gravando
perceptum sufficeret etiam movere famem
naturalem quantumcumque fortem ori
stomachi occurrens quia gravamen
perceptum ori stomachi occurrens sufficit
complexionem illam frigidam re-
movere et calidam inducere. Item
quia tunc os stomachi apprehenderet
calidum vel frigidum igitur quod aut
tale obiectum non sit aliqua qualita-
tum passivarum sic patet intentio.
Sed contra conclusionem arguitur
quia talis motus factus in ore stomachi
est sensibile quia quod non potest ap-
prehendi percipi nisi per impressionem
sensibilis propriam huiusmodi sensatio-
nis obiectum est aliquod sensibile pro-
prium. Pro isto forte dicitur negando
quam concedunt tamen huiusmodi motum
non posse percipi nisi concurrente im-
pressione sensibili propria si enim per
possibile os stomachi ab omni quali-
tate tangibili absolveretur quantumcumque in
eo fieret motus iam dictus non perciperetur
dato possibili removeretur in eo
potentia sentiendi et sic conceditur
quod ad talem sensationem concurrat
aliquod proprium tangibile. Cum quo ta-
men stat nullum tangibile proprium
ab ore stomachi percipi sensatione ista
tristi que est fames. Et si queratur
que qualitas est illa qua percipitur hic
motus per eius impressionem dicitur
quod quecumque qualitas proprie per se
tangibilis fuerit illa sive caliditas sive
frigiditas igitur potest esse causa ut hic
motus percipiatur sensatione tristi sicut
sicut visibile coloratum motum percipi-
movere a colore aut quadratum aut
figuratum rotundum aut quadra-
tum sive tale album sive nigrum sive
rubeum fuerit licet non distincte al-
bum nigrum vel viride percipiatur a
visu igitur quia tunc illa qualitas vel spe-
cies eius est immediata causa effectiva
illius sensationis dicitur hec eo

recedendo nec hec dicta videntur esse re-
pugnantia iam supra dicebatur motum
illum esse causam immediatam illius
sensationis sed illius immediatum ob-
iectum quia si tali sensatione est so-
lum talis motus percipitur unde licet
illa qualitas proprie tangibilis ad hanc
sensationem concurrens etiam a sen-
su percipiatur oris stomachi non tamen
percipitur sensatione illa tristi que est
fames et penes hoc ymaginandum
in ore stomachi dum famescit dupli-
cem esse sensationem una est qua
confuse percipitur qualitas proprie tangibilis
altera est qua percipitur motus iam
dictus et prima sensatio
est tristis et per consequens fames
sed bene secunda licet hec secunda sen-
satio sit essentialiter dependens a prima
et ipsam necessario presupponat exemplum
huius est si faciem pulchritudine colora-
tam et turpiter figuratam aspiciens
unde est sensatio qua iudicat de colore
et illa est delectabilis. Alia qua iudicat
de figura et illa est tristis vel saltem
non delectabilis et quod ille sint distincte
sensationes persuadetur quia sunt dis-
tinctorum obiectorum vel saltem cause
secundum diversas rationes apprehense.
Alia est ratio qua comprehendis et
concipis quadratum et alia qua al-
bum. Item quia una potest ab altera
absolvi. Item quia prime propositiones
in sensationem quibus album colo-
ratum sive figuratum apprehendimus
sunt distincte et penes hoc fundamentum
tolleratum potest obiectum alicuius sensa-
tionis dolorose esse solam solutionem
continuitatis et non malam complexi-
onem ymaginandum quia licet non
posset causari dolor nisi concurrat
qualitas tangibilis et eius sensatio
stat tamen sensatione qua percipitur qua-
litas tangibilis non esse tristem nec do-
lorosam quamvis sensatio qua percipitur
solutio continuitatis sit dolorosa vel esse
sicut si per qualitatem tangibilem
oris tactus non sensibiliter distendere-
mur percipere solutionem oris tunc enim
perceptio illius qualitatis tangibilis
non esset tristis sensationum qua per-

petitur quoniam ipsum solum hec autem
sensationes sunt distincte sed de hac
plus videtur infra. Contra conclusio-
nem probatur contra precedentem qua-
litas aliqua per se proprie tangibilis
hora famis naturalis ori stomachi
impressa est primum et immediatum
obiectum sensationis ad quam sequitur
fames et hanc conclusionem sustinere
possum primo ymaginando quod partes oris
stomachi sunt difformes et in quali-
tatibus tangibilibus sibi invicem dissi-
miles. Secundo quia propter sucionem a
mesaraicis provenientem fit partium oris
stomachi corrugatio licet enim ad hoc
concurrat impressio quam facit humor
melancolicus missa enim ad os stomachi
frigidum facit et inspissat ut 34 3°
quod propter hanc corrugationem partes
oris stomachi in suis qualitatibus tan-
gibilibus sibi obviant et se contangunt
quorum contactus est dissimilis et adin-
vicem contrariant quod hac provenit tristabilis
sensatio ad quam sequitur appetitus
et iuxta hoc facile patet quod principale
obiectum quod illa tristi sensatione percipitur
est tantum qualitas subiective existens
in partibus oris stomachi. Maior autem
iam dictus non nisi dispositive con-
currit sicut et frigidum vehemens
propter dolorem occurrit sive tunc
dolorem inducat immediate et princi-
pale obiectum quod illa tristi sensatione
percipitur et frigidus vel frigiditas
maior vero ille est dispositiva causa
ut frigus vehemens inspissat et for-
norem causat dolorem. Contra quia
hora famis non comperimus nos sentire
calidum nec frigidum nec aliquam
qualitatem per se proprie tactu per-
ceptibilem. Respondetur hoc negando
licet enim non distincte talia sentiamus.
Percipiamus confuse tamen tan-
le percipimus sicut exemplificant quidam
quod musscam super manum vel pedem
leniter gradientem tactu percipimus
et sic percipimus qualitatem per se pro-
prie tactu perceptibilem quamvis non
distincte nec frigiditatem nec duritiem
etc. Et in frequenter hominem vides

a longe venientem et non nisi per
speciem coloris eius ad tuum oculum
pervenientem quamvis non distincte
percipias albedinem vel nigredinem
et sic de aliis et per hec patet quare
sumpto cibo cito cessat fames stoma-
cho statim enim assumpto cibo partes
aliquae subtiles per mesaraicas attra-
huntur quare cessat suctio et per consequens
corrugatio et contactus prius iam
dictarum. Alii autem dicunt quod
statim sumpto cibo rugositates oris
stomachi statim partibus subtilibus
assumptis implentur propter quod pro-
hibetur partium illarum confricatio vel
saltem minuitur quare diminuitur
vel cessat fames. Alii vero ad salvan-
dum hanc conclusionem dicunt
ad quem famem naturalem quere
melancoliam naturalem ordinem na-
turalem etc. Et quod qualitas impressa
a melancolia est proprium
?inamenitum? sensationis ad quam
sequitur appetitus licet tamen hoc re-
quiratur sicut iam dicta. Et videtur
hic modus colligi posse ut 34 particula
2a capitulo de restructione appetitus.
Contra primo quia tunc non statim
sumpto cibo cessaret fames quia non
statim removetur impressio causata
ab humore melancolico in ore stomachi.
Item quia potest sumi cibus illius qua-
litatis augmentativus vel confirmativus
quam removitivus quo posito quamdiu aliquis
de illo cibo sumeret non cessaret fa-
mes. Item suppono quod per humorem
melancolicum ad os stomachi natura-
liter profluentem non imprimitur
in ore stomachi qualitas que extra
latitudinem sue temperantie perducatur
quia aliter in omni fame naturali esset
stomachus quamdiu quis famescit
vel mente decidentie quod non est ?
consequens hoc enim sumpto sequitur
quod per solam in stomachi latitudinem
sue sanitatis poterit naturalis fames
removeri absque cibi assumptione qua
per qualitatem ab humore melancolico
impressam sic stomachus naturaliter
famescens quia non trahitur extra

latitudinem sue sanitatis ergo per
qualitatem illius impressionis re-
mota non extra latitudinem sanitatis
stomachum alterantem in stoma-
cho impressam removebitur fames
Cum igitur sensibile tangibile sit cibus sto-
machum alterantium sensibile remove-
bitur a stomacho fames sine cibo
quod non apparet rationabile Experimen-
to enim patet cum aliqua in parva
quantitate sumpta sive fuerint
notabiliter calefacientia sive infri-
gidantia confortantia ut non minu-
unt appetitum Nec diceret ad
istarum annullando quod melancolia
imprimit in ore stomachi qualitatem
aliquam tangibilem que non est calidi-
tas frigiditas ut sicut quidam re-
dixerunt quod non videtur nisi asserere
preter sensus quod ab aristotile 2° de
anima tangibilem esse sensum ab illis separ-
ate distinctum Similiter quia talis
qualitas necessario esset aliqua com-
plexio resultans ex primis qualita-
tibus tangibilibus omnis enim qualitas
tangibilis est prima vel resultans ex
primis necessario ergo sequitur quod eius
secundum dictam proportionem illa-
rum in ore stomachi contrarie impressa-
rum et tunc iterum procedet argumentum
quia removens illam proportio-
nem qualitatum contrariarum remo-
vebit obiectum proprium sensationis
illius et per consequens cessabit fa-
mes Ad primum istorum quidam
concedunt consequens non cessare tamen
sumpto cibo conveniente quantitate
cessat fames propter quod comprimitur
in debito sanitatis regimine non sum-
endum usque ad satietatem completam
imo comedendo quiescendo aliquid
appetitus in stomacho relictus que
post in brevi tempore evanescunt
ut colligitur 2a primi capitulo de eis
que comeduntur et bibuntur vel dicitur
negando consequentiam non enim
ista qualitas impressa est obiectum fa-
mis sufficienter cum nisi generata
fuerit tali ore stomachi corrugatione

et motum ideo illa cessante et si ali-
quanto tempore illa impressio re-
manet non tamen durabit fames
et per idem solvitur ad 3m posset
tamen concedi consequens illud
talis enim posset sumi cibus qui stomachum
ad appetitum tantum produceret Ita
quod quantumcumque de ipso sumeretur non
sedaretur sed cresceret appetitus sed
melancolia aut acetosum flegma
preternaturaliter fluens ad os stomachi
appetitum causat caninum vel bulimum
quantumcumque flueret appetitum diceret
nisi forte os stomachi nimium infri-
gidando tandem sensum destrueret
Et similiter de cibo tali si daretur
dicendum est Ad 2m dicitur quod illa
non potest esse nisi causa oris stomachi
preternaturaliter occurrens etiam
id preternaturaliter imprimens vel
naturalem impressionem tali hora
stomacho debitam prohibens concedatur
autem quod a causa preternaturali
in ore stomacho imprimente vel
naturalem impressionem prohibente
sine cibi assumptione potest cessare
fames et hoc non videtur inconveniens
sicut sudatur in argumento Qualis
autem debeat stomachus esse deno-
minandus sanus eger vel neuter
per solam sensationem huius impressio-
nis quam medici in commentum ponunt
imprimentur non est ad presens dis-
cutiendum sed infra de hoc videbitur
Ultima conclusio probabiliter tenenda
vicinius remota causa famis naturalis
est fumo humidi chilosi vel propor-
tionalis eidem quam substantifici oris
stomachi patet quia prius natura
a tempore consumitur humidum insub-
stantificum tam oris stomachi quam aliorum
membrorum quam oris stomachi ante
sorbitionis [?] ingruentibus humido chiloso
vel sibi proportionali Concluditur ergo
remotior causa famis naturalis est
humidi substantifici consumptio oris
stomachi quam humidi chilosi //
In summo igitur tenendum est quod veri-
tas istorum est dimidiata causa famis

naturalis et quod utraque est eadem specie
eiusdem remotior tamen est consumptio
humidi substantifici quam chilosi licet ali-
quod oppositum probabiliter experimur circa
hanc materiam tamen remanent diffi-
cultates non leves primo videtur quod
fames naturalis non sit appetitus anima-
lis sed pure naturalis per famem
enim naturalem fertur potentia ap-
petitiva in subiectum appetibile puta
cibum nulla precedente obiecti appre-
hensione ergo talis appetitus est mere
naturalis quia tenet eo quod in hoc vi-
detur naturalis appetitus ab anima-
li differre quia animalis non fer-
tur in obiectum non comprehensum
naturalis vero sic. Ursinus enim primo
ad lucem conatus famescit et tamen
cibum non apprehendit. Pro isto
forte dicitur quod licet forte non pre-
cedat hunc appetitum apprehensio cibi
ad contra precedit tamen sensatio qua-
litatis obiective triste sensationem
tandem quam appetit stomachus
removere. Contra primo quia sic
fames non est appetitus animalis
cibi sed solum qualitatis male impres-
se removende. Item tunc motus
virtutis naturalis expulsive contrarie
a renovante esset motus naturalis
quia consequens appetitum animalem
et sic motus tenesmus in respectu
tangens esset motus animalis et
voluntarius [illegible] naturalium quarto de ac-
cidenti et Avicenna prima quarti capitulo de
regimine et complexione arguitur quod
nam sunt appetitus cibum ad contra
consequuntur perceptionem qualitatis
impresse in ore stomachi ita appetitum
comminuendi materiam malam in
rigore imprimentem consequuntur sen-
sationem male qualitatis impresse a
materia nocente ergo sicut fames
dicitur propter illud appetitus animalis
ista et hic et per consequens motus
hunc quo appetitum est animalis et
voluntarius. Tertium dubium est quia si
fames naturalis consequuntur impressio-
nem factam in ore stomachi quoniam

stomachus appetit removere. Preterea
quod omnis appetitus stomachi quantum
ad se naturalis est ad illa que apta
sunt dispositionem existentem in sto-
macho qua famescit removere sed
talia videntur hanc dispositionem conservare
ergo non. Forte conceditur quod omnis
appetitus naturalis stomacho est ad
contrariam dispositionem quam sto-
machi est actu famescens licet enim
non sit absolute contraria dispositioni
naturali stomachi. Contra quia tunc
non apparet differentia inter appetitum
naturalem stomachi preternaturaliter
dispositi sicut enim stomachus naturaliter
dispositus appetit contraria dispositioni
actualiter existenti in stomacho dum
famescit non tamen absolute contraria
sue naturali dispositioni. Item con-
tingens est stomachum naturalem
calidum preternaturaliter vero
infrigidatum appetere contraria
dispositioni in eo preternaturaliter existenti
non tamen absolute dispositioni sibi
naturali quod expresse ait sanitatis
Galienus in libro de morbis inquit Et cum
in ventre distemperantie differunt quod
ea secundum quod contraria complexio-
nem. Quartum dubium tunc naturali or-
dine ad comedendum appetitum hoc
fames movetur melancolia ad os
stomachi ad comedendum tamen sicut
non sic ordinavit natura nec enim
aliquid ut colera aut aliquid aliud
impressionem causans ad quam sequi-
tur non enim apparet ratio diversitatis
nec non minus videatur necessarium
potius animalibus potu utentibus quam
cibus. Primum dubium est quia non videtur
talis ordo servari in moventibus
famem naturalem accedentibus quod
dictus est puta quia primo membrorum
mouetur et consequenter attractio a
venis etc. quia membra nostri corporis
sunt in calore suo valde dissimilia et
in facilitate et difficultate resolutio-
nis valde difformia. Cum enim multo
calidiora sunt [illegible] difformia [illegible]

dicitur multo notiora similius et cum
adueniat ob resolutio necessitatis
ad attractionem sanguinis a uenis quod
spermatis et si sit stabit naturalis su
mes quamuis saltem spermatica non
sint mamilla cum oppositum dicebatur
forte dicitur non oportet in fame na
turali omnia venis membra attrahere
sed sufficit aliqua damna. Contra quod
quamuis non repugnaret corpus aliquod
naturaliter se habens esse in disposi
tione famelica arguitur quia quia
qua ratione solet transformationibus mamme
membris spermaticis ponatur ergo
transformatiua mamilli in hora et per
mediam horam attrahere ipsis mamil
lenas uero damni ~~et per unam horam~~
~~attrahere~~ in hora et in media et per
horam attrahere ~~et patet quod 2a hora diei~~
ossi uero in duabus mamilli et per unam
horam attrahere et patet quod secunda
hora diei hic famescit quia aderunt
omnes hic motus famem. Adhuc item
3a hora quia attrahet ossa et sic deinceps
etc. Ad primum istorum dicitur quod dupliciter
dicitur aliquis appetitus animalis
primo proprie ut supra describebatur
et sic concedimus famem non esse appe
titum animalem sed naturalem. Secundo
dicitur est appetitus obiecti apprehensi
ymo prius tempus vel saltem natura
est appetitus hic quam cibo
vel obiecti in quem fertur animal
apprehenso. Et causa enim quare con
siderat animalis de cibo et apprehendit
est quia famescit et non econuerso fa
mescit quia desiderat de cibo. 2o dicitur
appetitus aliquis animalis quia quia
sibi necessario presupponens vel inse
quens sensationem quamuis illa non
sit sensatio obiecti quod appetitur et sic
famem esse dicimus appetitum animalem
et differt ab appetitu naturali mem
brorum quia hic necessario presupponit
cognitionem quam insequitur tamquam
causam. Appetitus autem naturalis mem
brorum non. Ex quo patet motum oris
stomachi ad cibum attrahendum impe
tum hunc insequitur appetitum non esse
voluntarium sed naturalem denominandum

Sequitur ulterius famem non esse
proprie denominandum appetitum
animalem ad cibum esse enim appe
titum animalem ad cibum est esse appe
titum ad cibum cognitum vel apprehensum.
Sequitur ulterius appetitum mouentem
compulsiue lacteorum continentium lactes
in uigore percepto nocumento impresso
a pungitiis vel nocentiis materia esse ita
appetitum animalem denominandum scilicet
appetitus oris stomachi ita cum ille ap
petitus presupponit cognitionem sic hic
et consequenter quod ille motus consecuti
consecutiuus est animalis quodam sumptum
et consequenter quod idem appetitus et
motus est naturalis et animalis secundum diuer
sas acceptationes horum nominum. Ex quibus
patet ulterius non omnem motum animalem
esse motum voluntarium denominandum.
Ex quibus patet modo ad argumentum
in hoc primo dubio tactum. Ad 2um quando
appetitus stomachi naturaliter se habet
simul ad similia preter naturaliter non
dispositi ad contraria mouetur sicut debet
infra in uno principali quesito. Ad 3um
dicitur quod a calore stomachi et circumstantium
membrorum sufficienter consumari potest
os stomachi et roride humido primam
consumatione ad quam sequitur sicut ad
famem autem non sufficit sola consumptio
vel qualitatis impressio sed queritur cum
hoc quietatio et constrictio oris stomachi
ut tactum est ad quam perficiendam
optime facit humor melancolicus
paucitate sua. Ad quartum dicitur
quod ad famem naturalem ordinate concurrunt
motus iam dicti sic solutum quod naturalis
fames naturaliter presupponit et ne
cessario membrorum resolutionem et
contractionem a venis et venarum
ab epate ut non tamen oportet habere ad
ut actu sit fames naturalis actu ina
nita membra esse sed sufficit ipsa iam
ta fuisse inanitione tanta quod ab epate
sanguinem attraxerunt ita ut in epate
et venis non remanserit sanguis quantum
debitus pro nutritione membrorum
quare requiritur vene attrahere ab epate
et epar a stomacho ut chilum accipiat
ex quo debitam quantitatem sanguinis

resumat. Et iuxta hoc imaginari oportet quod epar non propter quamlibet attractionem venarum ab eo attrahit a stomacho nec similiter quod qualibet attractione membrorum ab eis promoventur ad attrahendum ab epate sed tamen epar quamvis bene retentam sibi quantitatem sanguinis limitatam citra quam quantitatem diminutus sui sanguinis in eo contentus promoventur vene ut ab epate attrahant et epar a stomacho sive ergo omnia membra attrahant actualiter a venis sive non dum tamen tanta iam fuerit attractio facta ut sanguis in venis et epate citra quantitatem iam dictam sit minoratus attrahant vene ab epate et epar a stomacho et sic fames et quod hec patet responsio ad dubium. Patet ulterius quod non repugnat aliquam naturalem famem sentire quamvis actu non sint membra attrahentia omnia vel plura. Ex quo sequitur ad famem naturalem non necessario simul actu concurrere omnes motus iam dictos et plura alia que hic concludi possunt. Ad argumenta principalia. Ad primum cum nititur probare consumptionem humidi substantifici non esse causam famis immediatam et hec conceditur pro forma tamen argumenti dicendo negando illam quam non cum repugnat actionem paulatinam et insensibilem causam esse effectus vel dispositionis sensibilis. Consimiliter dicitur ad primam et secundam confirmationem. Ad primum principale videbitur in una questione principali. Ad tertium illud probant consumptionem humidi chilosi esse causam famis sed ex illo non sequitur quod consumptio humidi substantifici non sit etiam illius causa ut ex dictis patet in ultimo articulo. Et per idem patet ad confirmationem solutio eodem modo dicitur ad quartum. Ad quod dicitur quod ex consumptione humidi substantifici res non appetitur nisi sanguis et humiditates etc. appetitu naturali actuali tamen appetitu taliter sumpto ut superius sumebatur appetitus ubi non sit illius totalis et immediata causa. Ad septimum et eius confirmationem videbitur infra cum queritur de siti etc.

sequentia prout consumptionem humidi non esse causam immediatam famis non tamen arguunt famem naturalem presupponere huiusmodi consumptionem tamquam causam eius. Ad obiecta post oppositum videbitur infra quod ista probant quod fames naturalis non pendet a consumptione humidi chilosi tamquam a causa essentiali ordinata quia contra rei non repugnat quod stomachus chilo et omni nutrimento chilo proportionato privatus de novo tamen famem incurrat secundum plurima tamen fames naturalis pendet aliquomodo ex consumptione humidi chilosi sicut sine quid in hac [illegible] generalis argumenta hinc inducta pro positionibus horum istarum positionum facile apud intelligentem solum predicta in ultimo articulo. Utrum autem corpora [illegible] per [illegible] possunt incurrere famem vel appetitum videbitur infra in uno quesito principali.

## Utrum consumptio humidi radicalis membrorum stomachi sit causa famis immediata

Arguitur multipliciter quod non. Primo quia tunc semper famem incurreret quod est contra experimentum. Arguitur secundo quia resolubilius est humidum in corpore [illegible] consumptione causatur sitis quam humidum quod in consumptione causatur fames et talis resolutione est idem ergo etc. Confirmatur quia cum tamen membra [illegible] non insurgit fames ergo etc. Probatur maior quia [illegible] membra ad porositates eorum parentes attrahunt cibos ut in [illegible] [illegible] et [illegible] est sicut [illegible] primarum [illegible] de humoribus et patet minor quia [illegible] membris non insurgit fames nisi prius a venis attrahant et ab epate et epar a stomacho mediantibus [illegible] ut quarto de accidenti et in precedenti questione declaratum est. Secundo sequitur quod pueri iuvenes famelici et novis [illegible] et magis

potum apperent ceteris paribus tunc appositum colligitur 3a problematum problematum 6ti arguitur quod quia talem habet proporcionem humidum corrodens ad calorem in iuvene qualem substantificum [?] humidum ad substantificum in iuvene tamen aliis paribus sed propter humidum substancialis [?] pueri est subtilius et magis resolubilius substancie sicco in iuvene facilius famem incurrit puer et ideo magis appetit iuvene ergo etc. Et per simile dicendum potest facilius sitim incurrere pueros senibus tunc oppositum conclusionis tenet. Tercio sequitur quod iuvenes sepius et facilius sepius sitim incurrent arguitur quia ubi calidum est potencius ad resolvendum et humidum resolubilius citius advenit sitis si questio est vera sed hec in iuvenibus respectu senum ergo etc. Pro isto forte diceretur quod licet in iuvene sit calor forcior quam in sene sicitas tamen consumens humidum corrodens est in sene multum magis. Contra quia multum efficacior in resolvendo et consumendo est caliditas quam siccitas ceteris paribus. Item quamvis naturali humiditate sit iuvenis humidior sene accidentaliter tamen est senex humidior iuvene. Prima pars patet [illegible] calo de etatibus sed accidentalis humiditas maxime videtur sitim prohibere vel compescere ergo etc. 8to ad principale aliquod animal altero calidius est et sitim quam tamen eodem aliis paribus difficilius et tardius sitim incurrit ergo questio [illegible] consequencia tenet eo quod sicut dicat est tardius et sitim ita facilius et citius sit in eo corrodi humidi consumptio et assumptum colligitur 3o de partibus animalium 8o capitulo patet etiam cum experimento aves enim causa huius calidissime sunt et sicci et comparati corpori propter quod et audacissime quarta problematum [illegible] problematum que tamen comparatione aliarum sunt nichil potus unde [illegible] de historiis animalium 2o capitulo est autem genus avium omne quidem pauci potus causa huius autem et sine potu omnino. 4o tunc egritudine frigida et humida stomachi sitit vehementer sitis sed tunc egritudine frigida et humida stomachi non sitit humidi corrodi vehemens consumptio ergo etc. Probatur maior quia quilibet species ydropisis assonatur vehementi siti ut patet per 34 capitulo de signis quibus species ydropisis et omnes ille species ydropisis non evacuatur a siti clamorosa et aliqualiter per 34 tractatu 20 ultimo capitulo et primo de simplicium medicina distinctione [?] nota ultimo capitulo. Sed aliqua ydropisis originaliter provenit a frigiditate et humiditate minera stomachi totius et intestinorum ut per 34 capitulo de ydropisi ergo etc. Confirmatur aliqua sitis non est appetitus sicci et humidi ergo aliqua sitis immediatam causam non consequitur consumptione humidi corrodi ergo etc. Assumptum probatur quia aliqua sitis consequitur superfluitatem calidi et humidi in ore stomachi ergo aliqua sitis est appetitus frigidi et sicci. Assumptum colligitur primo de simplici medicina allegato capitulo ubi nobis galienus sedare sitim a calido et humido provenientem non vero provenientem a calido et sicco. Secundo per solam inspiracionem aeris sedatur aliqua sitis naturalis ut 20 tegni capitulo de signis distemperanciarum pulmonis et per 34 allegato capitulo et 10 34 capitulo de signis complexionum naturalium pulmonis sitis sedat aer frigidus absque potu multociens sed per nullam aeris frigidi inspiracionem restauratur humidum corrodium cuius consumpcione causatur sitis ergo etc. Confirmatur quia tunc non appareret probabilis causa propter quam statim sumpto potu cessat sitis non enim statim restauratur humidum consumptum. Similiter non appareret per solam questionem ubi bene [illegible] sitis insurgeret quia non appareret unde [illegible] cibus ingrediens stomachum ita cito posset in ore stomachi humidum consumere. Ultimo a mala complexione frigida potest sitis provenire et humidi corrodi resolucionem impedire ergo etc. Assumptum colligitur prima quarti capitulo de regimine sitis in febribus putridis. Et sitis quidem quandoque fit a frigore et ipsam sedat sompnus et quandoque fit a calore et ipsam sedat vigilia. Et per 34 allegato capitulo ubi ponitur frigiditatem epatis superfluam causam esse vehementis sitis. Ad oppositum arguitur quia aliter non appareret probabilis causa propter quam habentes stomachum

sicuum facile sitim incurrerent et
parum eis sufficeret potus et econtra
habentes humidum tardius sitim incur
rerent neque parvo saciaretur potu intel
lligitur in littera hoc enim non propter aliud
evenit nisi quia in stomacho sicco humidum
corridum (?) cum consumptione causatur
sitis est modicum in humido non multum
Pro isto etiam videtur facere galienus in
libro de melancolia complexionis dixit
quarto capitulo Accidit passio propter
permixtam humiditatem in dispositione
sitis respondetur in 2o de anima et 3o colliget
capitulo de causis accidentium conveniens
desiderio oris stomachi ponitur sitis appetitus
frigidi et humidi oris stomachi Solutio
huius questionis secundum magnam partem
pendet ex dictis in questione precedenti
Sciendum ergo in stomacho duplex est
scilicet humidum unum grossum solidum quo
calor naturalis stomachi fovetur et sus
tentatur reliquum aqueum fluidum secundum
imbibitum cuius presentia prohibetur caloris
inflammatio constrictio et arefactio sub
stantie stomachi nec solum in stomacho
sed indifferenter in omnibus reperitur humi
dum tale constrictionis membrorum pro
hibitivum in prima primi capitulo de mem
bris et prima quarti capitulo de ethica propter
quod assimulatur rori propter quod ros
vel humidum| Primum ergo humidum
2o apparatum calidum est et siccum econtra
hoc secundum prima quartum frigidum et humidum
utraque autem istarum per accionem caloris
accidit consumptio sed per consumptionem
primi infrigidatur os stomachi sublato enim
humido cum presentia sustentatur calor et fo
vetur saltem quantitative paucificatur
cum hoc enim paucificatione caloris ut sup
tactum est convenit impressio huius
melancolia hora famis ad cumulandum
nature ortus profluente ex quibus duobus
resultat in stomacho notabilis et sensata
impressio ad quam sequitur appetitus cibi
sibi ad contra quo consumptum humidum
et calidum recuperetur et tristitia sensate
impressionis removeatur Ad 2m autem
humidi consumptionem sequitur stomachi
inflammatio et maxime oris aut arefactio
aut constrictio sensata sublata enim causa
inflammationem et constrictionem pro
hibente insurgit constrictio et inflamma
tio propter quod naturali ordine provenitur

stomachus ut rem appetat hanc abla
tionem et continentem tristitiam removen
tem Et quia prerequisitum humido convenit
simile aut proportionale quod et sibi
appropriet illud autem est humidum
quoddam refrigerativum quod potum quem ap
pellamus Ex quibus patet primo
quare fames ab auctoribus dicitur
appetitus calidi et sicci sitis vero frigidi
et humidi unde 2o de anima Esuries autem
et sitis concupiscentia hec esuries quidem
calidi et sicci sitis vero frigidi et humi
di Patet 2o quare quidem a iis resolventibus
siccis prius moriuntur tarde vero famem
quidam vero econtra Patet 3o quare
sitientes molestius et cum maiori no
cumento sitim tollerant quam famem
tenentes famem ceteris paribus ut 28o
problemmate quinto et sexto problemmate
In fame enim fit infrigidatio levis a
commoditum impressa in siti vero inflamma
tio et constrictio a causa acuta et fortiter
impressa licet huius problemmatis causas
alias complicat Aristoteles et tu vide Sciendum
2o tamen ista 2a famis quod sitis naturalis
in ore stomachi esse duplicem appetitum
naturalem scilicet et animalem eo enim
quod in fame est necessitas tristitiam re
movendi conuenientem impressionem
tam dicitur appetitus insurgit animal
ad calidum quo illa prohibeatur et
removeatur impressio quia tamen
cum hoc deperdita est humiditas na
turalis et proportionata stomacho quo
eius sustentabatur calido naturaliter
appetit stomachus ut hanc humiditatem
resumat etiam si non precessisset sensata
impressio ut per hanc calorem eius sus
tentet et foveat propter quod famem
dixerunt nonnulli compositam esse ex
appetitu naturali et animali Consi
militer vero membris auctoribus videtur
quod hoc nomen fames pro appetitu animali
sumptum sed naturalem quorat vel appellat//
subiectum eius magnum aut multum fuerit
Econtra autem proportionabiliter de parva
voce dicendum est Gravem autem et acu-
tum in voce proportionantur veloci et
tardo in motu sit enim velox motus est
quo magnum in brevi tempore descri-
bitur spatium tardus vero econtra Sic
acuta vox est que in parvo tempore
multum movet auditum gravis vero
econtrario que in multo tempore modicum
movet auditum levis autem vox est que
uniformiter et equaliter movet auditum
aspera vero inequaliter et difformiter
sicut vox gravis Clara vero que clare
movet auditum dicitur sonora rauca vero
confuse Harum autem dictarum causas colli-
gi possunt quod dictis auctorum in locis
allegatis In enim vox magna consequi-
tur multitudinem aeris moti quecumque

promovent aut diminuent motum multa
aeris sunt causa per se et per accidens me-
diata vel immediata magnitudinis vocis
non enim potest multus aer moveri
et frangi ad vocalem arteriam nisi trachea
lata fuerit Patet 2° quod hec non est adequata
causa magnitudinis vocis quantumcumque
enim lata fuerit trachea possumus volunta-
rie efficere parvam ut patet quod dictis.
Patet 3° adequata causa magnitudinis
vocis est latitudo trachee cum fortitudine
consufflationis ubicumque enim trachea est lata
et consufflatio vehemens multus est per-
cussus et motus aer Ex quo patet quarto
vocis parvitatem esse causam aut stricturam
trachee aut debilitatem seu parvitatem
consufflationis de acuitate autem et gravita-
te dicendum quod cum acuta vox sit que in
brevi tempore multum movet auditum
cum vero gravis causa adequata acuitatis
vocis est velocitas motus aeris moti
et percussi ad vocalem arteriam tarditas
vero gravitatis Ex quo patet primo quod
quecumque aliquomodo iuvant aut promo-
vent velocitatem aeris moti etc. sunt ali-
quomodo causa acuitatis vocis quecumque
vero tarditatem promovent causa sunt
gravitatis Patet 2° angustiam intrachee
causam esse acuitatis vocis latitudinem
vero gravitatis promotivam angusta enim
concavitate trachea paucus est movendus et
percutiendus aer quia facile est ipsum ve-
lociter movere Econtra vero lata multus
est movendus aer et per consequens dif-
ficile est ipsum movere Patet 3° strictura
trachee non esse adequatam causam trachee
nec etiam separabilem ab acuitate sicut nec
gravitatis stat enim tracheam esse angustam
virtutem causam promoventem aerem
adeo debilem ut non sufficiat parvum aerem
in trachea contentum velociter secundum totum
solum tarde movere sit econtra tracheam esse
latam virtutem tamen ita fortem ut
adeo multum aerem velociter moveat
ideo in primo casu erit vox gravis in 2°
acuta quamvis sit lata trachea Contra quod
galienus in littera ad addendum vero modi in
natura acuta vox sine angustia generatur
neque gravis sine latitudine quod ab acuitate
vocis non absoluitur angustia latitudo
eiusdem pro isto dicitur ut sit quantum tra-
chea est non esse inferiorem per acuitatem

vocis fit propter latitudinem trachee sed voluit quod aliis paribus ex parte vehementie et debilitatis consufflationis et aliorum ad vocis formationem concurrentium semper ex strictiori cannula provenit vox acutior latiori vero gravior. Ex quibus ultimo patet acuitatem provenire posse ex parte motivi et mobilis et breviter quod patet etiam neque magnitudinem neque parvitatem aeris absolute causans esse acuitatis aut gravitatis vocis magis simpliciter oppositi sed magnitudo eius in comparatione ad virtutem moventem. Ex quibus infertur causam magnitudinis quod acuitatis et gravitatis magnitudinem aut pluralitatem aeris moti esse causam aliter tamen et aliter multiplicando cum aeris moti absoluta causa est magnitudinis vocis paucitas parvitatis sed multitudo aeris in comparatione ad virtutem super quam si parvum dicatur virtus est causa gravitatis parvitas aut sibi opposita acuitatis. Ex quibus omnibus patet in voce combinationes has esse possibiles magnitudinis cum acuitate magnitudinis cum gravitate parvitatis cum acuitate et similiter cum gravitate stat enim vocem aliquam esse magnam et acutam sicut in tauro et vitulo ubi aer pulsus est multus paucus absolute tamen in comparatione ad virtutem quia supra ipsum intendi dicatur virtus tunc cum aer primo motus erit multus et motus velox ideo vox magna et acuta. Similiter stat vocem esse magnam et gravem primo secundum pluribus ita est ut pluribus cum aerem virtus multum non sufficit nisi tarde movere. Stat enim vocem aliquam esse parvam et gravem sicut in vitulo et vacca comparatione bovis et tauri. Et ratio est ubicumque aer motus est absolute paucus multus tamen in comparatione ad virtutem moventem quia [illegible] virtus eius modicum supra ipsum dicatur. Similiter stat vocem aliquam parvam esse et acutam primo secundum pluribus est ita ut pluribus cum aere parvo pauco moto consistente virtus ipsum velociter movet et per consequens vocem causat acutam. Ex quibus tamquam ex fundamento tali colligi possunt cause plurium problematum tactorum in de generatione animalium libro quinto capitulo penultimo et in problemate et tu vide de clamatione

autem et asperitate vocis dicendum quod in vox lenis fit vox equaliter et uniformiter movens auditum contra vero aspera vox lenis causatur ex equalitate et lenitate canne illa cum vix egreditur aer ad tracheam arteriam unde [illegible] frangitur. Contra vero vox aspera consequitur asperitatem trachee. Est autem asperitas ut in littera dictum est inequalitas quedam superficiei secundum durum corporis et propter hoc aer difformiter frangitur ad vocalem arteriam et sic aer causatur vox inequaliter et difformiter movens auditum. Ex quibus sequitur primo quod causa superflua humiditas quod superflua situata trachee potest esse causa asperitatis vocis ex superflua cum humiditate inequaliter dispersa per cannam fit canna secundum eius superficiem inequalis et irregularis et per consequens aer in eadem difformiter frangitur superflua vero siccitas inequaliter consumit substantiam arterie et per consequens ipsam reddit inequalem. Ex quo sequitur 2o quod lenitas vocis fit in sicut temperantiam et quoniam trachee saltem in qualitatibus passivis respectu asperitatis situatis cum superflua tunc asperitate. Similiter superflua humiditas asperitatem ergo hec est medium unde hec est causa lenitatis distinguitur autem asperitas a siccitate superflua proveniens ab asperitate proveniente ab humiditate superflua cum prima est clarius et sonoritas vocum 2a vero caret de causis vero raucedinis inde vide 3m primo capitulo et a galieno in libro de voce. Quantum ad 2m articulum sit hec prima conclusio non caliditas canne in vehementia consufflationis sed stante complexione trachee calida non ideo est canna lata aut consufflatio vehemens [illegible]. Totum assumptum patet ex dictis hanc conclusionem posuit galienus in littera dum inquit Non vero magnitudo vocis a caliditate fit quemadmodum neque pluralitas a siccitate superflua tamquam principali et per se secundum. Secunda conclusio caliditas canne est causa accidentalis magnitudinis et frigiditas pluralitatis vocis hanc etiam conclusionem intellexit galienus in littera dum dixit utrumque ut supra. Nota quod duplex aliqua dicitur causa accidentalis causa

alterius effectus primo quia m(ateria)^ta. qua
licet frequenter dixit galienus causa
morbi per accidens ledere quia s(ecundu)m se le
dit m(ateri)e morbo 2o quia accidentaliter
vel contingenter est causa quia s(ecundu)m se no
mino illa po(si)ta ponitur effectus ut cum
tum utrobique istorum modorum caliditas
tamen est accidentalis causa magnitu
dinis vocis frigiditas vero primario
prime quia m(ateria)le 2o quia contingenter
ut dum est ceteris paribus latior sit ca
na complexione existente calida et an
gustior frigida. Tercia conclusio quod
trachee ex qua provenit vox levis est
temperata respectu complexionum a quibus
provenit vox aspera patet quia causa
extensiva siccitas et humiditas extensiva
causa asperitatis ut supra ostensum est.
Quarta conclusio licet canna stricta
existente quandoque proveniat gravis
vox et ipsa lata existente quandoque sit
acuta ut plurimum tamen ex canna stricta
provenit vox acuta et ex lata gravis
patet quia ut plurimum aer moto pau
co existente velociter frangitur et mo
vetur multo vero tarde. Quinta quod
semper ceteris paribus canna stricta
semper provenit quod et vox acutior
lata vero gravior patet ex dictis et ad
sensum illius conclusionis exponenda
est l(ite)ra galieni dum dixit Nam natura
acuta est vox sine angustia gutturis
sit sufficiens vocis ex latitudine canne prove
niens. Et notandum dixit natura quia
quantitas utique angusta sive lata fuerit can
na s(ecundu)m voluntatis imperium variari
potest vox in gravitate et acuitate
ut ostensum est supra. Ex quibus in
fertur conclusio responsiva ad quesita
scilicet quod cause differentiarum vocis a
galieno in l(ite)ra posite convenienter intel
lecte posite satis sufficienter posite h(ec) patet
ex dictis. Ad argumenta principalia
p(ate)t alia ad primum conceditur caliditatem
esse causam magnitudinis vocis accid(entalem) tamen et
m(ateria)les et hoc non repugnat sine galieni.
Ad confirmationem posset concedi
illud consequens non enim sive in tem
perato et distemperato equalis canne
latitudo et concavitas equalis maior
proveniret vox in temperato vel de
negando quam qua utrobique aer

ex motus esset equalis esset tamen
acutior in temperato et tu considera
ut aliqualiter te laudo tactum est quid
sit per vehementiam exsufflationis
intelligendum. Ad 2m principale di
cendum est quod non oportet omnium causarum
contrariarum omnes effectus esse con
trarios et causis contrariis mediantibus
potest idem vel similis effectus s(ecundu)m
speciem provenire sicut a siccitate con
sumente difformiter humiditatem canne
vox aspera mediante asperitate canne
et ab humiditate superflua multiplica
te humiditatem inequaliter circa cannam
diffusam quare fit canne superficies ine
qualis et per consequens vox aspera
ut supra. Ad confirmationem negan
da est quia et negatur ceteris paribus
leviores esse voces puerorum et passas
voces quascumque auditum inequaliter
moventes intelligendo licet cum fre
quenter in hiis fiet vox inequalis a
siccitate in pueris tamen et mulieribus
frequenter et similiter fit ab excedente
humido. Si autem opponitur ad sensum
appareat asperiores esse quidem voces vi
rorum r(espondetur) hoc non accidit nisi quia
vulgares quidam discernere nesciunt
gravitatem et asperitatem sicut nec levi
tatem ab acuitate. Ad tertium dicitur
concedendo hoc omne quod stricta canna
sicut nec omnis gravis ex latitudine
licet s(ecundu)m plurimum ita accidat ut dictum
est contingit enim fieri vocem gravem
propter virtutis moventis imbecilli
tatem ut quinto de generatione animalium
allegato capitulo. Causa autem diversifica
tionis in acuitate et gravitate vocis
vituli vacce et tauri dimittatur quinto
de generatione animalium dixit ex quo prima est
in vitulo et vacca respectu tauri et bo
vis est virtus motiva aeris imbecillis
quia cum instrumentum vocis est in eis
valde amplum oportet ut multum
aerem moveat cum ergo in eis sit vir
tus illa imbecillis s(ecundu)m motiva tarde move
tur aer et per consequens fit vox gravis
procedente autem vitulo ad iuventutem
fortificatur illa principia qua aerem for
titer et velociter movebit et per quod
fiat vox acutior. Secus autem est in
aliis animalibus illis autem in prin

ricia et sexu feminino. Et si virtus sit
imbecillis ut in vitulo organum tamen
angustum est quare modicum oportet
aerem movere quod virtus illa velociter
movere sufficit et per consequens vox
causatur acuta. Cum autem ad etatem
completam perveniunt multum corporis
organa dilatantur quare necesse est
illa multum aerem movere qui tarde
movetur et sic fit vox gravis. Et penes
hac concedunt oportet primo quod in vi
tulo procedente ad iuventutem plus pro
porcionabiliter crescit fortitudo virtutis
motive lacertorum epiglotis quam latitudo ca
ne vel epiglotis. Similiter quod plus propor
cionabiliter excedit fortitudo virtutis
motive bovis masculi fortitudinem vir
tutis motive vacce quam latitudo organi ex
cedet latitudinem organi vacce. 3o quod
econtra in aliis evenit animalibus
plus enim in puero proporcionaliter crescit
tendente ad iuventutem latitudo canne
quam fortitudo virtutis motive que aliquem
velociter continue aut velocius moveret
aerem. Similiter plus proporcionabiliter
excedit latitudo canne viri latitudinem
canne mulieris quam virtus motiva viri
excedat mulieris tamen ymaginationem possum
probabilem quia aliquid est quod naturaliter
valde siccum ideo post tempus pueritie
multum induratam in eo canna particula
deinceps patitur extensionem. Et cum
multum crescit virtus ipsa ad iuventutem
tendente plus proporcionabiliter in eo
virtus crescit quam organum dilatetur quod
non sic evenit in aliis. Racio causa huius
diversitatis tangitur in loco preallegato
quia in bove respectu vituli multum
comitatur organum bovis quare tenditur
ut corda nimis ergo cum sit virtus multum
robusta non mirandum est si cum fiat
vox multum acuta. Et in hoc potest addi
quod multum ex illo pulmone et trachea
aer qui frangitur purior et subtilior quia
grossis vaporibus multis depuratus quare
facilius mobilis et pellucidus. Cuius signum
est quod aliqui cantores emittunt graviores
et yeme earum voces formant graviores.
Tandem non alii volentes difficultatem
effugere dixerunt per vocem acutam
intellexisse vocem sonoram per racio
nem vero sibi oppositam. Verum est autem

acutiorem quia magis sonoram esse
vocem tauri quam vituli aut vacce propter
causam vide ultimo tactam quamvis non
sit proprie acutior. Hec responsio est contra
comprehensum. Ad primam confirmatio
nem conceditur ad quod deducitur ut
est dictum quia non omnis gravitas sit
cum latitudine canne causetur propter quod
in hyeme voces emittimus graviores ut col
ligitur allegato problemate. In hyeme
enim est aer frigidior et grossior et ca
in nobis existens quod cum non provido tardius
movetur et pellitur et per consequens
etc. Eodem modo dicitur ad 2am confir
mationem. Sic autem vox castrati acutior
quia imbecillis facta virtute motiva
lacertorum epiglotis modicum dilatat
epiglotum et sic modicum stringit et
movet de aere propter quod fit vox
acutior. Et propter idem senes debiles
et convalescentes sunt acutissimi ut
quinto de generatione allegato capitulo
vide 10 34 allegato capitulo. Et scias
quod qualescumque debiles et languosi si
mulos cum debilitate sua eis propter
debilitatem in motum eorum sunt quasi
deficientes ab opere in aere pulmo quare
angustiatur corpus epiglotis ita ut emittatur
eorum vox. Ex quo patet quare cum hi
debiles nituntur magnam vocem facere
non audiuntur voces eorum virtute
enim multum debili aerem receptum
in epigloti non potest frangere et per im
pulsionem sonoram et per consequens
non auditur vox. Vide Aristotelem loco alle
gato. Et quando nituntur debiles ut dila
tent epiglotum suam gravetur vel magis fi
atur ut quidem componunt non audiuntur
dicto. Ad aliam confirmationem consimili
respondetur et dicitur quod in plorantibus
fit motus spiritus et caloris a circumferentia
ad centrum sunt enim contristati quare
infrigidantur et debilitantur et constrin
guntur organa vocalia et sic modicum dila
tantur et consequenter modicum movet
de aere unde fit vox acuta ad quod con
cinnat quod infrigidato organo sit solidius
et magis densum quam si intinctus parum aere
potest propellere. Econtrario in gaudentibus
et ridentibus apparet. Ad alias confirma
ciones patet solutio per dicta in primo et 2o
tractatulo etc.

Utrum in membris quibuscumque nostris non sibi tactis (?) sit a nobis cognoscibilis cooperatione quatuor virtutum naturalium scilicet attractive retentive et expulsive. Arguitur quod non primo aliquod membrum corporis nostri puta cutis non potest cognosci complexio ex operationibus virtutum naturalium ergo a fortiori neque membrorum aliorum. Antecedens probatur quia cutis nullam habet operationem naturalem cutis enim nulla fuit attractionem nisi quia est corporis operimentum 2o de accidenti 4o capitulo. Secundo impossibile est in aliquo membro inveniri quatuor virtutes iam dictas igitur neque ex earum operibus potest aliquod membrum cognosci complexio. Antecedens probatur primo quia perfectiores sunt forme animatorum quam inanimatorum sed nulla forma inanimati ad sui conservationem indiget hiis virtutibus aut earum operationibus ergo nec animatorum forme illis virtutibus aut operationibus indiget. 2o quia hee virtutes sunt contrarie sed non est possibile in eodem esse adequate contraria. Consequentia probatur maior quia plurium istarum virtutum operationes sunt sibi invicem contrarie ut expulsio et attractio sed sicut virtus ad virtutem sunt operatio ad operationem. 3o idem agens eiusdem passivi idem et eodem modo consistens non est contrariorum effectuum aut operationum contrariarum productivum sed attractio et retentio sunt operationes quarum subiectum quietatio ergo membrum idem non est inductivum eiusdem attractivum et retentivum. Confirmatur per ea que argumentum de attractione et expulsione. 4o Quarto retentio perficitur sicco expulsio vero humido dominante sed non est possibile in eodem adequate esse virtutem attractivam et expulsivam. Maior colligitur 6o de accidenti 3o capitulo et prima primi doctrina secunda capitulo primo et minor patet intuenti. Ad oppositum est hic Galienus in littera dum dicit membrorum intrinsecorum temperandum esse cognoscere operationes ex innatibus et motientibus et naturalium virtutum operationibus

In ista questione primo videndum est an in quolibet membrorum nostri corporis ponende sint quatuor virtutes naturales virtutum nutritive ministrantes attractiva scilicet retentiva digestiva et expulsiva. 2o respondebitur ad quesitum. Quantum ad primum supponendum est primo quod tum anima maxime animalis sit respectu aliarum formarum naturalium perfectissima et maxime operativa indiget instrumento maxime operativo. Tale autem instrumentum est calor ideo indiget aliquo subiecto disposito per calorem propter quod ut visum est supra generatio viventis quod est prima principalis. Ante nutritive in calido naturali vita autem huius permansio quamvis ab huius actuali calore non absolvitur ac non in humido quia humidum quod est eius subiectum continue resolvitur ut patet prima primi capitulo de coloribus et 2a primi primo capitulo undecimo sicut viventibus alimentum ex quo fieri possit restauratio dissoluti humidi ne vita animalis citius fine finiatur et ex hac patet cur non producit aliquod in substantia dura non resolubili sicut est ferrum aut marmor aut adamas tale enim subiectum non potest esse per actualem calorem dispositum ideo non habuisset instrumentum suis operationibus congruum. 2o supponendum virtutem naturalem in membris animalium reperiri esse duplicem communem scilicet et propriam communis que circa obiectum operatur ut attractiva retentiva digestiva scilicet expulsiva ut supra hac tamen aliis modis quandoque distinguuntur ab invicem virtutes quis et propria ut debet videri prima primi allegato capitulo. Qualiter autem hee virtutes ab invicem distinguantur declarare pertinet ad philosophum naturalem.

3o supponendum quod motus proprius nutrimenti ad membrum est sicut motus ferri ad magnetem colligitur hec suppositio a Galieno 2o alimentorum et Avicenna primo quarto 10 et aliqualiter prima primi allegato capitulo. Quarto et ultimo supponendum idem agens esse contrariorum effectuum aut operationum productivum ut hec suppositio in pluribus casibus verificatur. Primus casus ubi agens naturale vivum effectum per accidens et aliud

per se producat ut aqua frigida per
se infrigidat et per accidens calefacit
R9 est ubi agens naturale ad utrumque
contrariorum effectuum producendorum
concurrat tamquam agens universale et
medius et celum et celestis influentia calida
producit et frigida R9 casus est quo varie
tate ordinis aut dispositionis naturalis
in naturale agens naturaliter subordi
natur sicut aer per formam eandem
et qualitatem eandem localiter motiva
sub graviori consistens ascendit super leviori
descendit ut gravius et levius natu
ralis ordo sinetur forma etiam aeris
ad curandum vacuum aerem quandoque
movet sursum quandoque deorsum R9
casus est ubi agens naturale sit etheroge
neum in partibus eius habentibus
in se virtutes contrarias manifestas ut
inirabolus(?) per partem acutam solvit
per partem vero obtusam stipticat aut
occultas sicut magnes per partem eius
septentrionalem attrahit per partem vero
meridionalem ferrum compellit Ultimo
contrarietate dispositionis passi aut a
gentis in diversis temporibus sicut me
dicum sanguineum bonus attrahit quem
attractum si infirmatur compellit et mag
nes ferrum attrahit et aleo in unctus
compellit vel saltem non attrahit. Hiis
premissis sit hec prima conclusio ad salvan
dum ea que apparent in quolibet membro
pono quatuor virtutes naturales scilicet
attractivam retentivam digestivam
et expulsivam vel saltem in quolibet oportet
ponere virtutem operationis quadruplicis
productivam scilicet attractive retentive
etc. Colligitur hec conclusio 3o virtutum
naturalium nono capitulo et primo primi
doctrina 6ta capitulo 1o et 3o et primo afforismorum
commento 22o et alibi pluries et persuadetur
etiam ratione quia ad cuiuslibet membri
consumptionem requiritur nutrimentum
ut supra positum est cum ergo membra
non habeant nutrimentum continue a
natura continuum oportet in membro vir
tutem esse nutritivam nutrimenti que dicitur
distinctius attractiva. Et quia nutrimentum
attractum est membro nutriendo contrarium
ideo ut eidem simuletur necesse est ipsum
in sua complexione mutari donec com
plexionem acquirat formem membri pro

porcionatum hec autem preparatio est
digestio ideo preter virtutem attractivam
necesse est in membro ponere virtutem di
gestivam. Cum autem hec preparatio non
fiat nisi in tempore necesse est nutrimen
tum membro continuum tanto tempore con
tinuum servari in quanto fieri potest la
dicta mutatio hec autem est retinendum nutri
mentum ideo preter has virtutes ponen
da est retentiva. Et quia consequenter digestione
relinquitur superfluum ad cuius retentionem
potest esse causa lesionis membri ideo
preter iam dictas virtutes necesse est in quolibet
membro ponere virtutem expulsivam
2a conclusio ad salvandum ea que appa
rent ex operationibus naturalibus cum dicis(?)
non oportet in quolibet membro ponere quatuor
distincta principia vel quatuor virtutes ab
invicem realiter distinctas quarum una
mediante fiat attractio alia mediante retentio
ut quidam antiqui posuerunt ymaginando
quod anima membri intendens nutrimentum
attrahere utitur calido illud vero attractum
intendens sistere et retinere utitur frigido
dans(?) autem digerere utitur calido et
humido et sic de aliis probatur primo quod
agens mediante naturale passivo susceptivo
sue actionis debite approximatum non
potest naturaliter eius actionem prohibe
ut nono methaphisice sed toto tempore quo
fit attractio et similiter suo susceptibili debite
approximatum ergo toto eo tempore opera
bitur sicut nunc oppositum innuitur positio
item toto tempore quo fit expulsio ob
iectum expulsionis est actionis frigiditatis
susceptivum et eidem convenienter approximatum
ergo. Item qua ratione potest virtus sus
pendi actionem frigidi dum fit expulsio
posset etiam suspendere actionem caloris
et sic staret calidum tale sicut hic sine actio
nis receptiva debite approximatum quamvis
non fieret calefactio. Item non minus
sollicita est natura de humido naturali
membrorum conservando quam nutrimentali
attrahendo vel superfluo expellendo
sed natura potest per tempus suspendere
actionem frigiditatis a nutrimento ergo et
caloris continuam a naturali humido et
per consequens actio caloris naturalis
in humidum non est continua et plura alia
adduci possunt pro ista conclusione 3a
conclusio conformiter loquendo dicitur

Averroys quinto colliget probabile sus-
tinendum est quod a complexione una
omnes homines in eodem membro per-
ficiuntur iam dicte operationes persuadetur
sic a qua virtute fit nutrimenti quedam
attractio ab eadem fit autem retentio
retenti digestio et ab eadem superfluitatis
expulsio quod est intentum hec patet loquendo cum
conformiter Averroys forma specifica seu
virtus qua membrum trahit nutrimen-
tum proprium non est nisi complexio vel
qualitatum complexionalium proportio
potens alterare nutrimentum alteratione
occulta qua inclinatur ut trahatur nutri-
mentum ad membrum per eandem
inclinat etiam attractum ut iuxta membra
quietetur et hoc est sicut quod sunt eadem
forma et gravitate movetur terra ad cen-
trum et quietatur sive retinetur in centro
et eadem forma inclinatur ferrum ut
moveatur ad magnetem et quietetur
iuxta magnetem per eandem complexio-
nem membrum agit in nutrimentum at-
tractum digerendo et alterando et eadem
superfluum illius digestionis alterando al-
teratione inclinante ad fugam et reces-
sum a membro et per consequens expel-
lendo quod est intentum Exemplum ponitur si in
magnete esset potentia assimilandi partem
ferri puriorem et rubiginem aut partem
impuriorem expellendi per eandem vir-
tutem magnes ferrum attraheret et at-
tractum usque ad perfectam assimilationem
retineret et tandem rubiginem seu partem
impuram expelleret Contra hanc con-
clusionem et precedentem arguitur
quia multa complexione adveniente
distemperantia omnes leduntur quod falsum
et contra experimentum Item quia rese-
cante siccitate fortificatur retentio et de-
bilitatur expulsio et contra debilitatur retentio
ergo per aliud principium operatur
naturaliter actum retinendi et contra
tamen humiditate resecante fortificatur
expulsio et debilitatur retentio ergo
per aliud principium operatur naturaliter actum
retinendi et per aliud actum expellendi
unde solutionem huius supra de principa-
tu membrorum utrum autem preter
operationes virtute supra enumeratas sit
ponenda virtus et operatio distinctiva
ut sensit Averroys videbitur 3o huius

Quarta conclusio probabilius vi-
detur in quolibet membro preter etiam
et complexionem quod manifestis quali-
tatibus resultantem ponenda esse vir-
tutem occultam qua membrum proprium
nutrimentum attrahat et proprias su-
perfluitates expellat patet quia taliter
imprimunt membrum in nutrimentum
ipsum attrahendo qualiter magnes in
ferrum ut supra suppositum est sed preter
formam et complexionem magnetis
alia est in magnete occulta proprietas
per quam imprimit ad se movet ferrum
ut fere omnes concedunt quod est intentum Et non
solum attractione propria credendum
est occultam proprietatem concurrere
ymo etiam in attractione et expulsione
quod quia nutrimentum motu villorum
attrahitur vel expellitur quia aliter non
appareret in stantibus in intestinis
in sanguine et chilo chilus et non sanguis
traheretur ad epar et contra ad splen
sanguis et non chilus Similiter aliter
non apparent probabilis causa propter
quam splen sanguinem magis grossum tra-
heret quam subtilem utrumque enim attrac-
tio et expulsio et universaliter quelibet
naturalis operatio dependentium concludit ob
iectum non sufficiunt reddita posse videtur
illa operatio in manifestis qualitatibus sive
proprietate occulta quam specificam
formam quidem appellant utrum autem
hec virtus occulta sit substantia vel qua-
litas vel aliud accidens et qualiter in mixto
sequatur complexionem ex manifestis qua-
litatibus resultantem videbitur 3o huius
Nota etiam hanc virtutem occultam in
quolibet membro receptam non solum esse
potentiam attrahendi nutrimentum et
superfluitatis eius expellendi sed etiam re-
tinendi et digerendi ut supra de mag-
nete dictum est Quantum ad 2m intel-
ligendum est primo quod membra intestina
quorum complexio est permutata et
nocentia et virtutem et virium virtutum
naturalium cognoscenda ut dicunt plus
quam exteriora sunt membra intestina habentia
virtutem vitalem tantum aut virtute
vitalem et influentem de quibus non
fecit galenus superius expositum men-
tionem ut sunt renes intestina et ceteris
talium membrorum actus et operationes

non sunt igitur potentes sicut membrorum
principalium et aliorum de quibus
supra facta est mentio. Licet alii dixerunt
Galienum solum intelligere illud de ha-
bentibus virtutem innatam et influentem.
Dicendum 2o quod licet signum sumptum a
innatis et potentibus secundum plurimum
ostendat naturalem complexionem mem-
bri non tamen illud signum est semper
efficax ad distincte comprehendendum
membri complexionem. Non enim oportet
licet concludere membrum esse calidum
si faciliter patiatur a calido nec frigidum
a frigido ut supra ostensum est quia ad
hoc multum operari potest membri vari-
tas et virtutis imbecillitas quod quandoque
causa provenit ut supra de signis habi-
tudinis cum 22a primi capitulo de causis
debilitatis membrorum. His premissis te-
nenda est hec prima conclusio quod multorum
membrorum innatorum de quibus Galienus
non facit expressam mentionem cognosci
potest complexio per istam dicta signa patet
quod hoc enim quod rem aut simplex faciliter leditur
a frigidis ut in pluribus arguitur
esse frigide complexionis a calidis vel calide
quod hoc etiam quod operationes rerum et simplicis
in expellendo et attrahendo multum sunt
fortes idem concluditur cum imbecillitate
autem attractive vel expulsive arguitur
oppositum. Consimiliter de intestinis est
dicendum. Si enim faciliter leditur a frigidis
probatur eum esse frigida si a calidis
calida si expulsiva forte humida si debilis sicca.
2a conclusio hec cognitio est coniecturalis
et non certa ymo frequenter fallibilis patet
quia quod varietate membri contingit membrum
faciliter alterari tam a calido quam a frigido. Similiter
quod debilitate virtutis que
potest omne genus male complexionis
idem etiam patet de operationibus natu-
ralibus. Omnis enim immoderata quali-
tas debilitat actum proprie virtutis. 3a conclusio
est illa multorum membrorum nobis
indistinctorum nobis per signum sumptum
a innatis et potentibus ut a virtute
et vicio operationum naturalium potest pro-
babiliter cognosci complexio distincta
non tamen invariabilis cum potest esse medium
quam quod virtute et vicio operationum naturalium
ossis [illegible] aut signo sumpto a inna-
tis et potentibus distincte posset [illegible]

complexionem cognoscere. Nam calida vel fri-
gida esset etiam temperati ossis et similiter
cartilaginis et aliorum multorum. Talia
tamen quod probabili coniecturatione nosci-
non cognitio quod habitudo musculorum ten-
dinum et ligamentorum ossibus est calida
vel frigida probabile est complexionem
talium esse talem licet quod natura rei omni-
mode non repugnat. Et quod hoc patet
non fuisse intentionem Galieni quod omnium
innatorum membrorum temperamentum
sit quod antedictis signis complexionem
cognoscere. Ad argumenta principalia
ad primum dixerunt quidam quod vires nullas
habent actionem quarundam scilicet expulsivam
superfluitatem ad invicem. Alii dixerunt auc-
toritatem illam intelligendam esse de [illegible]
que dicitur pinea que proprie non est
membrum sed [illegible] coniunctum ad eius [illegible]
Ad 2m negatur antecedens ad probationem
primam patet responsio quod primo notato
in primo articulo. Ad 2am probationem
dicitur quod ille virtutes non sunt contra-
rie nisi improprie et per attributionem
ad operationes quia contrariarum operatio-
num sunt productive. Et cum arguitur
quia sicut se habet virtus ad virtutem sic
operatio ad operationem patet quod dictum est
illud non esse universaliter verum. Ad
aliam probationem dixerunt quod quies
in quo ad quem et motus in termino ad quem
non contrariatur motus enim de quo
et ad quem non contrariatur quinto
phisicorum vel negatur antecedens ut patet quod [illegible]
notato et primo articulo. Aliter dicitur
quod non repugnat agens aliquod esse
oppositorum simul contrarie productivum dum
tamen unum illorum ad alterum finaliter
ordinatur et sicut motus gravis ad terram
ordinatur ad quietem in centro et motum
ferri ad magnetem et horum utrorumque
[illegible] gravis et forma magnetis est
per se productiva. Aliter dicitur quod eodem
agens idem in passum idem [illegible]
circumstantionatum esse variorum effec-
tuum productivum ubi non sunt eodem [illegible]
in omnibus circumstantiis illud enim
est mere impossibile. Ad ultimum dicitur
quod omnes ille operationes uno et eodem
perficiuntur temperamento licet complexio
in qua dicitur siccitas sit conformior rete-
ntioni et in qua magis [illegible] dicitur humida
expulsioni

# Utrum dolor

sit actus vel operatio sensus tactus. Arguitur multipliciter quod non. Primo quilibet dolor est passio appetitus sensitivi inquantum appetitus est, ergo nullus dolor est actus vel operatio sensus tactus. Antecedens probatur quia quilibet dolor est tristitia. Omnis autem tristitia saltem sensitiva est passio appetitus sensitivi, quare eo quod dolor et delectatio sunt contraria quae sub eodem genere sunt ad eandem etiam pertinent potentiam. Secundo quaelibet tristitia sequitur tamquam causam propriam rei disconvenientis sub ratione disconvenientis apprehensae; ergo quaelibet tristitia tactualis seu dolor tamquam causam sequitur propriam rei disconvenientis tactui sub ratione disconvenientis apprehensae, et per consequens apprehensio tactiva est causa doloris et sic patet dolorem non esse sensationem tactus vel operationem sensus. Antecedens colligitur 2o et tertio de anima et nono ethicorum. 3o sic se habet apprehensio intellectiva ad delectationem sensitivam, sed apprehensio intellectiva non est delectatio vel tristitia intellectualis, eo quod apprehensio intellectiva est actus apprehensivus intellectus, quantum huiusmodi delectatio vel et tristitia voluntatis; ergo nec apprehensio sensitiva est delectatio vel tristitia sensualis. Pro isto videtur sonare Aristoteles 3o ethicorum ubi passiones animalis appetitus sensitivi nominat dicto: autem passiones concupiscentiam, iram, timorem et universaliter quibus sequitur delectatio vel tristitia. Quarto arguitur sic: non solum sensu tactus potest esse dolor, ergo non saltem quibus dolor est operatio sensus tactus. Antecedens colligitur 6to naturalium 2a particula et quarto de accidente 2a 6to capitulo delectationem et contrarium eius, id est dolorem, in omnibus sensibus fieri. Ad oppositum arguitur quia dolor est sensibilitas rei contrariae; ergo quilibet dolor est actus vel operatio sensus, et non apparet alterius quam tactus; ergo etc. Maior 2a primi doctrinae 2a capitulo de causis doloris. Ista quaestio propter

hoc mota est ut videatur quae res sit dolor. Et haec investigatio magis ad medicos et metaphysicum pertinet multum, tamen utile erit videndum inferioribus de dolore. Sciendum est ergo quod de hac quaestione duae famosae reperiuntur positiones. Prima posuit dolorem esse actum appetitus sensitivi et non sensus, cuius contrarium inquantum sensus est. 2a posuit contrarium. Primo ergo imitabimur primam partem tangendo modum ipsam probabiliter sustinendi. 2o 2a. Quantum ad primum sit haec prima suppositio quod ad hoc ut sensus aliquis cognitor sit denominandus formaliter sentiens praeter obiectum et speciem obiecti necesse est in actu vel organo eius ponere dispositionem quandam vel aliam quam sensationem. Quod iterum manifestatur: non enim repugnat conservatio rei in oculo ex tanta specie visibilis quamvis oculus non sit formaliter videns, repugnat tamen in oculo esse visionem obiecti quamvis oculus non videat obiectum. Similiter quia dato opposito suppositionis hoc apparet qualiter oportet in nobis ponere sensum agentem, nam cum agens sensus sensationes agit obiectum aut speciem repraesentativam obiecti aut dispositionem aliquam aliam ab his distinctam, sed non primum nec secundum ut patet, relinquitur quod tertium, et hanc ego appello sensationem. Secunda suppositio quod licet ex parte animae potentia sensitiva et potentia appetitiva sint idem realiter, actus tamen vel operatio ad quem denominatur sensitiva potentia realiter differt ab actu in ordine ad quem denominatur appetitiva. Aliud enim actus est sensatio et aliud appetitio, eo quod quilibet actus appetitivus est actualis inclinatio appetentis in appetibile. Sed non quilibet actus sentiendi est actualis inclinatio sentientis in sensibile. Item prius natura et tempore est sensatio obiecti quam appetitus eiusdem, sicut prius natura et tempore est apprehensio rei quam volitio vel acceptatio eius; non enim fertur voluntas in obiectum nisi sit praecognitum, 3o de anima. Item sic se habet actus sentiendi ad actum appetendi sensitivi appetitus quam est voluntas. Sed quilibet actus intelligendi differt ab actu volendi, quia alias habitus intellectuales non essent contra habitus morales realiter

distincti ideo etc. Cuius probabiliter
inferitur ista conclusio prima quelibet
dolor corporis est actus vel passio appe
titus sensibilis inquantum appetitus est. Prima
detur primo quelibet tristitia corporalis
est passio appetitus sensitivi sed quelibet dolor est
tristitia ut patet ergo maior colligitur 2°
de anima pluries et 2° ethicorum. Item
delectatio et tristitia sunt passiones co
nate sed omnis delectatio est passio appetitus
sensitivi ut colligitur locis preallegatis
etc. Item sic se habet dolor sensualis ad
appetitum sensitivum sicut dolor intelle
ctualis ut displicentia ad appetitum intel
lectivum sive voluntatem sed omnis dolor
intellectualis vel displicentia est actus
voluntatis [illegible] ergo etc. plura alia
pro illa conclusione adduci possunt
querenda quo 3° de anima etc. Contra vel
dolor vel tristitia est passio concupiscibilis
appetitus vel irascibilis ergo non est passio
appetitus sensitivi. Antecedens probatur quod etiam
non sit passio irascibilis patet quia non
repugnaret animam dolere et non irasci. Item
quia in oculo vel pede potest esse dolor in
dicibilis autem esset concedere oculum
vel pedem mansuescere vel irasci ergo etc.
quod etiam non concupiscibilis arguitur quia
non est concupiscentia nisi ad prosequendum
convenientis aut fugam disconvenientis.
Cum ergo non sit delectatio ad fugam
disconvenientis vel consecutio eius con
venientis sequitur delectationem non esse
concupiscentiam. Probatur minor quia
in omne consurgit delectatio quo quidem conveni
ti iam adepto sub ratione convenientis
apprehenso. Pro illo dicitur quod quelibet
concupiscentia est ad fugam disconvenientis
aut consecutionem convenientis et preter
hoc requiritur concupiscentia ad persistendum
in dispositione convenientia iam adepta
qualis est delicia vel delectatio. Unde sicut
non omnis appetitus naturalis gravis
vel levis est ad naturalem locum conse
quendum aut contrarium fugiendum aliquis
enim ad persistendum tantum in convenienti
iam adepto sicut terra quiescens in centro
actu appetit et non consequitur locum conve
nientem quia iam consecuta est nec fugam
disconvenientem ut patet sed persistentiam
in convenienti. Unde repugnat temporibus
ipsam a centro removere et ita propter

rationabiliter in anima hic appetitus dicendus
est. Secunda conclusio nullus dolor est
sensatio vel operatio sensus tactus ergo
nulla tristitia et per consequens nullus
dolor animalis patet quia quilibet dolor
est operatio appetitiva que precedatur compre
hensione. Item quelibet delectatio vel tristitia
sensitiva essentialiter pendet ab apprehen
sione convenientis vel disconvenientis
sed nulla sensatio tactiva pendet essentialiter
ab apprehensione convenientis vel disconve
nientis est etc. sed est ipsamet comprehensio
ergo etc. Tertia conclusio ergo volo illa positio quod
organo tactus naturalis disposito et eidem
presentato obiecto tangibili contrario
subito et intense imprimente producitur
in organo tactus sensatio tactiva qua per
cipitur obiectum disproportionatum.
Et ad hanc sequitur tristitia que est ap
petitus non persistendi sub hac dispositione
ergo hic appetitus est formaliter dolor
unde patet dolorem esse actum superadditum
sensationi tactive consimiliter per omnia
de delicia dicendum est comprehenso
enim obiecto convenienti producitur in organo
tactiva sensatio qua illud percipitur ut
conveniens et ex hoc insurgit appetitus per
sistendi in illa dispositione et hunc appe
titum delectationem vel deliciam vocant.
Et per consequens delicia est actus superad
ditus sensationi tactive. Sed contra hanc
positionem arguitur primo cuiuslibet
doloris causa per se et immediata est mala
complexio distracta vel soluta continuitas
sed nullus actus appetendi causa per se et
immediata est mala complexio vel soluta
continuitas ergo nullus actus appetendi
est dolor. Maior colligitur in textu et commento
colliget et 2a primi allegato capitulo
et quarto de anima decimo sexto capitulo et
patet minor quia quemlibet enim actum
appetendi et obiectum eius tamquam causa
mediat obiecti comprehensio ut supra
visum est. Item tunc non plus esset dolor
passio sensibilis tactus attribuenda quam
aliis sensibus sicut enim per tactum ab
comprehenso disconvenienti insurgit
tristitia et sic de aliis. Item si dolor est
actus realiter distinctus a sensatione
tactiva etc. et tunc nullam repugnantiam
obiectum disconve
niens subiecto et materialiter imprimens

quamvis ibi non sit dolor quia hec
comprehensio est tempore et natura
prior dolore sed non repugnat prius
absolvi a posteriori secundo in quibus tamen hec
repugnat ymaginationi quibus eadem yma
ginari potest organum tactus sine dispo
sitione ad sentiendum colorem et non
dolorem Item potentia appetitiva est virtus
interior puta estimativa vel cogitativa
nullius autem virtutis interioris sedes
vel organum est in organis exterioribus
et per consequens nec eius actus qui est
est appetere ideo etc. Pro ista videtur sonare
Avicenna 2a primi allegato capitulo dolor est
sensibilitas sensatio rei contrarie et per
consequens non appetitus et quarto 6ti
naturalium quinto capitulo gaudium autem
est delectatio omnis autem delectatio est apprehen
sio perfecte apprehensionis proprie virtuti
apprehendenti unde tamen hec est verba
cordis quarto capitulo Omnis delectatio
est apprehensio adventus proprie perfec
tionis ab aliqua virtute apprehensiva
Et colligitur 2o canonis primo 2o capitulo Dolor
nichil aliud est quam sensus nocivi sicut de
lectatio est sensus convenientis in alia trans
latione hec scribitur Delectatio est sensus hila
ris Dolor autem tristis sensus et colligitur
idem 3o colliget capitulo de causis doloris
quando permutatur tactus ad malum id est
mala subtilitas sensibilitatis que nomina
tur dolor etc. Ad primum istorum dicitur
quod nullus dolor causa sine dicta est
mala complexio et licet hoc utrumque posue
runt auctores licet tamen malam complexio
nem quam solutionem continuitatis posuerunt
causam doloris Ad 2um dicitur quod apud
auctores sumitur dolor quandoque quod quidem
ut distinguitur contra delectationem et sic
non minus aliis sensibus a tactu compe
tit dolor quam tactus quia cuiuslibet esse
potest delectatio eidem inesse potest dolor
taliter sumptus Secundo sumitur do
lor magis proprie et precise pro passione
seu tristitia consequente sensationem
ab indisproportione subito et violenter
imprimentem et sic soli tactui competit
dolor ad hunc sensum quod in solo impres
sione tactiva causatur dolor solum
cum obiectum tangibile ut tangibile
est potest organum sensus subito et violenter
immutare nam color colorem ideo infirmit

in sensum visus nec dulce dulcedinem
in sensum gustus sicut organum calor
autem et frigus post calefaciendo et in
frigidando organum tactus immutare
Contra quia lux in oculo generat lucem
vel qualitatem invisibilem ergo lux or
ganum visus naturaliter immutat antecedens
experimento patet si enim diu splendidum
in sole aspexeris deinde vertere ad obscurum
videbis splendorem et non nisi existentem
in oculo ideo etc. Pro illo dicitur quod lux
non convenit actione qualitatum
primarum non potest in aliquo subiec
to lucem producere lux enim in istis infe
rioribus est qualitas 2a consequens
proportionem determinatam qualita
tum primarum potest tamen lux in or
gano lumen idest radium vel speciem
lucis producere que in organo visus
impressa potest in eo absque presentia lucidi
per tempus conservare et pro toto illo
tempore apprehendit visus lucem ac
si presens esset sicut absente obiecto
per speciem reservatam potest sensus
interior obiectum comprehendere
negatur ergo illa minor assumpta scilicet
quod protinus non videt oculus nisi lucem
in eo existentem videt enim quod prius
videbat per speciem in organo visus re
presentativam Ad tertium dicitur quod
nullam claudit repugnantiam possibilitate
comprehendi ab organo tactus obiectum
disconveniens subito et violenter immu
tans quamvis ibi non sit dolor vel tristitia
quia quo illa comprehensio vel illa tristitia
sunt actus realiter distincta quia hoc
non includit contradictionem verum
tamen illud includit repugnantiam na
turalem quia per nullam potentiam
naturalem fieri potest quod causa ad effectum
producendum mere naturaliter concur
rentes sint cum debitis circumstantiis
approximate non tamen producatur
effectus ad productionem enim doloris
sufficit organum dispositio ad sentiendum
et obiecti disproportionati subita et
violentis impressio in hiis positis quo
necessitate naturali sequitur mentem
dolere Ex quo sequitur antecedens assumptum
in probatione quod esset negandum scilicet
comprehensio vel sensatio tactiva
est tempore et natura prior dolore

licet cum sit natura prior non tamen
tempore quia alias per tempus prius
perciperet organum obiectum disproportio-
natum subito et naturaliter imprimens
quod doleret. Ad quartum dicerunt
probabiliter quod non omnis potentia
appetitiva est virtus interior et ex-
terior ita duplex sibi correspondet
appetitiva virtus alias cum non appe-
teret qualiter fames et sitis sunt appe-
titus tamen sunt passiones oris stomachi
probabiliter etiam apparet quod sicut ap-
prehensionem per virtutem interiorem ob-
iectum sub ratione disconvenientis
insurgit appetitus ad fugam ita per
sensum exteriorem disconvenienti com-
prehenso insurgit appetitus ad non
innovandum in illa dispositione quod
dolorem vel tristitiam nominat. Pro
auctoritatibus vero allegatis dicendum
omnes illas intellectas ut verba sonant
esse negandas licet sint concedende sub
sensibus sub quibus ab auctoribus pro-
feruntur. Sic enim frequenter dicit Galenus
dolorem esse subitam alterationem organi
tamen tamen secundum veritatem dolor
sit sensatio consequens subitam altera-
tionem et non alteratio. Unde iuxta
antiquum modum loquendi omnes ille
propositiones intelligende sunt non
formaliter sed causaliter. Non enim do-
lor est sensatio rei contrarie sed est tristitia
causata ex sensatione contrarii. Similiter
delitia non est apprehensio proprie per-
fectionis sed consequens partem apprehen-
sionem proprie perfectionis. Similiter
non est sensus nocivi sed tristitia que
sensationem nocivi sequitur. Ex quibus
penes hanc positionem potest colligi
talis descriptio doloris. Dolor est tristitia
immediate consequens tamquam eius causam
sensationem obiecti disconvenientis
subito et naturaliter imprimentis. Circa 3m
ad 2m articulum sit hec prima conclusio
contra precedentem positionem preter
actum ~~tempe~~ sentiendi productum in
organo tactus ut tactus sit formaliter
dolens non oportet ponere actum apprehensivum
sensitivum ab actu illo sentiendi realiter
distinctum. Probatur primo quia omnia
salvari possunt ponendo in organo solum
sensationem tactivam et quod ipsa est dolor
dum est apprehensio disconvenientis
et delitia dum est apprehensio convenien-
tis frustra ergo ponitur actus appe-
titus additus. Item additum quiddam
vel hic actus additus est actus cognoscitivus
si primum hic non est appetitus animalis sed
pure naturalis. Item tunc ille actus
posset ab actuali apprehensione absolvi
et per consequens posset appetitus animalis
fieri in incognitum. Ad 2m tamen non sit ap-
prehensio aliqua quod obiecti subito et na-
turaliter imprimentis sequitur in quo-
cumque organo dolente simul esse duas
apprehensiones adequate eiusdem ob-
iecti solo numero differentes contra quemcumque
[illegible] omnium philosophorum. Item omnes
operationes appetitive sustinentur salvari
possunt ponendo solam apprehensivam in-
teriorem animalem salvatur enim fuga
nocivi et consecutio nutrimenti compre-
henso enim per exteriorem sensum ob-
iecto disconvenienti indicatur interius illud
esse fugiendum quare insurgit appe-
titus et motum imperat in organo na-
turaliter subordinata motum imperatum
consequentur frustra ergo ponitur in
membris exterioribus actus appetendi
immediate consequens sensationem ex-
teriorem. Ex hiis sequitur 2a conclusio
quibus dolor proprie sumptus est sen-
satio vel sensibilitas et per consequens
actus vel operatio sensus tactus patet
ex precedenti. Ego autem puto utramque
istarum opinionum esse probabiliter
sustentabilem. Sustentando ergo primam
positionem respondendum ad primum pro-
bans conclusionem huius 2e positionis
negando antecedens. Sicut enim datur virtus
interior et exterior sensitiva et mo-
tiva proportionabiliter apparet esse
interiorem et exteriorem appetitivam. Si-
militer quia pariter concedendum
esset quod comprehensio intellectualis
non differt a tristitia vel delectatione
intellectuali dicetur enim adversarius
quod illa est tristitia dum est comprehensio
disconvenientis delectatio vero dum
est apprehensio comprehensio convenientis.
Ad 2m dicitur quod ille actus appetendi
potest dici cognoscitivus pro quanto est
sequens cognitionem licet ille actus non
sit cognitio sicut actus volendi et nolendi

appellamus cognoscitivum quamvis neuter eorum sit cognitio. et quidem conceditur quod per aliquam potentiam supernaturalem posset ille actus appetendi separari ab actu cognoscendi hoc enim non implicat contradictionem sed pro tunc non esset ille appetitus animalis

Ad 3m dicitur quod non salvatur, possunt enim licet in nobis plures sint sensibiles voluntatum motus solum dependentes ab appetitu qui minori quia actualis inclinatio stomachi ad cibum et potum in fame et siti naturali sunt appetitus quidem ut fere omnes concedunt immediate pendent quod sensitiva impressione facta in ore stomachi nec sunt pendentes quod appetitu inferiori quid sunt ergo praeter sensationem disconvenientis in ore stomachi requiritur illi superaddita que appellatur fames aut sitis ita videtur probabilem quolibet membro praeter sensationem convenientis aut disconvenientis requiri in eo deliciam aut tristitiam posito vero 2a quod minor et modo loquendi auctoris conformior ideo ipsam probabiliter sustentando respondetur ad argumenta principalia ‖ Ad primum negatur antecedens ad probationem possumus primo negare probatur omnem dolorem esse tristitiam licet omnis dolor sit sensatio quam consequitur tristitia vel dicitur quod non omnis tristitia est actus appetitus intellectivi hec

Ad confirmationem negatur omnem deliciam esse passionem appetitus sensitivi licet concedendum sit omnem sensitivam delectationem esse eius passionem licet enim auctores communiter frequenter istis terminis dolor tristitia delectatio delicia proprie tamen videtur dolor importare sensationem quam consequitur tristitia que est passio vel similiter delicia proprie videtur importare sensationem quam consequitur tristitia pendet passio appetitus que est delectatio et per idem patet responsio ad 2m et 3m principale

Ad quartum patet quod dictis in primo articulo si enim dolor sumitur proprie solum tactum actibus potest dolor si vero quidem pro qualibet sensatione ei disconvenienti seu spiritualiter seu materialiter imprimentis omnibus sensibus inesse potest dolor et delicia et taliter loquitur Galienus loco preallegato Et quoniam quod tenendo illam positionem videtur quid tenendum quod fames et sitis in sinu actus appetitus sunt actus estimative vel cogitative in tantum quia sicut appetitus eius vel saltem actualem inclinationem que est in stomacho nolumus appellare appetitum dicendum est illam pendere quod appetitu animali quod quodam modo quia facta impressione in hora famis sensata in ore stomachi censatur sensatio tunc species pervenientes ad sensum quem et cogitativam causat iudicium disconvenientis quare insurgit appetitus ad sumendum cibum et ad hanc inclinationem interiorem sequitur inclinatio oris stomachi ad capiendum cibum Sicut visa bitha pulchra et candida per sensum quem apprehensa sub ratione convenientis insurgit appetitus interior ad consequendum ad quem sequitur inclinatio exterior ad bitham pulchram cum foramine sendo capiendum

# Utrum dolor

sit a nobis aliquo sensu perceptibilis arguitur quod sit

Primo dolor est signum demonstrativum presentis egritudinis vel neutralitatis ergo dolor est sensibilis antecedens colligitur in libro dolores secundum quem in continuitatis solutam qualitates aut subitam alterationem ostendunt et quidem tenet quia signum est quod sensui se offerens intellectui aliquid derelinquit

Confirmatur quia propter quod unumquodque et ipsum magis sed propter dolorem sentimus obiectum doloris ergo dolorem sentimus ‖ Item pro nichilo potest sensitiva potentia dicere in notitiam alterius sed per dolorem ducitur potentia sensitiva in notitiam obiecti doloris ergo dolor est potentie sensitive cognitum et per consequens sensatus 2o ad principale arguitur sic quod licet sensibiliter et manifeste prestantem inventum est sensu perceptibile sed dolor est

huiusmodi ut 2a primi capitulo de causis debilitatis virtutis membrorum et 2 tertii quarto capitulo ergo etc. Confirmatur quia sensus tactus datus est animali ut innaturale percipiat et prosequatur ut nocivum fugiat ut 2o de anima et primo de sensu et sensato naturalibus philosophies sed dolor est humani corporis magis corrumpens ut locus colligitur preallegatus ergo de dolore dedit natura per sensum comprehendere alias enim natura defecisset in necessariis. Consimiliter quia bruta dum dolent se dolere percipiunt et non per intellectum ergo per sensum. Ultimo pro illo videtur facere quod ponitur 2o afforismorum afforismo sexto quicumque dolentes aliquid corporis plurimum dolorem non sentiunt etc. Et Galenus 2a sexta naturalium sexto de tactu. Ad oppositum arguitur quia omnis dolor est actus sensus vel appetitus ut in precedenti questione ostensum est sed nullus talis actus est sensibilis ergo etc. Dicendum quod de ista questione sunt due positiones. Prima conciliatoris differentia 62a ponentis dolorem esse per se sensu tactus perceptibile. Secunda vero tenet oppositum. Ad declarandum autem positionem conciliatoris premittendo primo quod non possibile aliquid membrorum dolere dolore proprie dicto nisi per sensum tactus aliqua dispositio sensibilis actu percipiatur. Ridiculum enim esset dicere aliquod membrum dolere et tamen illud nichil per tactum percipere. Premittit 2o sensum tactus esse multiplicem secundum multiplicitatem obiectorum sensibilium perceptibilium qualia sunt calidum frigidum humidum et siccum grave leve asperum leve viscosum etc. ut 2o de generatione etc. Ex quo infert non omne per se tangibile esse nature ad calidum humidum frigidum et siccum reducibile. His premissis dicit conciliator indubitanter concedendum esse quod dolor est sensu tactus perceptibilis. Persuadetur primo propter dolorem qui percipitur mala complexione aut soluta continuitate sed propter utrumque est illud magis et hoc argumentum tactum superius. 2o contingens est membrum dolere nullo obiecto per se sensibili alio a dolore percepto ergo dolor percipitur a sensu per se consequentia tenet per primam suppositionem. Antecedens possibile cum est membrum aliquod dolere nichil tamen percipitur sensu tactus preter et ante dicit conciliator se expertum fuisse dum haberet materiam de dolore tractaret passus enim tunc non sentiens calidum tamen vel frigidum humidum vel siccum et sic de aliis arguitur ergo sic tali sensatione aliquod causat obiectum per se perceptivum et nullum aliud de delicia illa quia nec calidum nec frigidum et sic de aliis ergo delicia illa tali sensatione percipitur dum fit ad illam subita permutatio salvata cum membro virtute sensitiva sed dolor est dispositio contraria. Item omnis dispositionem contraria percipitur dum fit ad illam subita permutatio salvata cum membro in virtute sensitiva sed dolor est dispositionem contraria ergo dolor percipitur in subita mutatione membri ad dispositionem dolorosam. Maior patet quia alias in necessariis natura defecisset datus enim est sensus animalibus ut innaturale percipiatur etc. Item ad sensum sanis apparet dispositionem subito et maxime naturam prosternentem non esse sensibilem qualis est dolor. Et pro ista conclusione videntur auctoritates ad oppositum allegate. Ex quibus correlarie concluditur primo quod dolor proprie non est sensus vel sensatio patet quia quod est obiectum sensus per se non est sensatio ut patet in aliis obiectis sensus. 2o concluditur quod videtur esse dolorem esse passionem sensu receptive perceptivo doloris que occurrit. Contra arguitur quod dolor est tristis sensus seu nocivus ergo dolor est sensus. Pro illo negatur consequentia sicut non sequitur falsa est sanguis diminute decoctus ergo flegma est sanguis. Similiter non sequitur ros est pluvia et condensata pluvia parva est ros magnus nec primo metheororum ergo ros est pluvia vel condensata. Ex quibus concluditur primo quod dolor non est sensus absolute et obiective similiter et delicia non est absolute sensus sed passio hylaris et obiectum. Hec est in summa prima positionis conciliatoris. Pro eius necessariam secundam positionem que est veritati conformior premittendum primo quod est duplicem intentionem sensus et appetitus et de utroque est sermo in questione. 2o

[Con]cedendum quod nullus sensus exterior
est sui actus vel operationis perceptivus
propter hoc enim ponitur 2° de anima pre-
ter sensus exteriores sensus interior qui actus
et operationes percipiat sensuum exteriorum
et consequenter patet nullum sensum ex-
teriorem esse comprehensivum actus vel opera-
tionis alterius sensus neque enim tactus
visionem percipit nec visus tactum. 3° pre-
mittendum quod sensus interior sic est quod non
solum est perceptivus obiectorum exteriorum
sed etiam percipit actus et operationes exteriorum
sensus enim communis non solum visibilia et
tangibilia percipit sed etiam actum videndi
et tangendi vide hoc plenius super questione
de anima [...] huius 2ᵃ // Ultimo supponendum
quod sicut non repugnat visum comprehendere
colorem vel coloratum confuse quamvis
non comprehendatur distincte ut album
magnum etc. Ita per tactum comprehendi
potest tangibile confuse quamvis non per-
cipiatur distincte ut calidum frigidum
et sic de aliis speciebus tangibilium sicut
cum videmus multum distantem quandoque
visui percipimus ut coloratum vel lucidum
quamvis visus tunc distincte non perci-
piat albedinem vel nigredinem etc. ergo quod
pro tunc sensus nec de albedine iudi-
cat nec de nigredine. Item etiam sencien-
tam motam aut quiescentem super ma-
num tuam frequenter tactu percipis licet
tunc non distincte caliditatem percipias
vel frigiditatem vel duritiem vel mol-
liciem. Hiis premissis sit hec prima con-
clusio contra consiliatorem per nullum
sensum exteriorem dolor est per se sensibilis
probatur primo dolor est per se sensatio
sensus exterioris ergo per se sensibilis per
aliquem sensum exteriorem. Antecedens patet quia
dolor est sensatio tristis et consequenter
quod dolor non est passio sensus sed quietum
passio et obiectum. Similiter deliciat ut
supra licet verba satis confusa sint quia
accipiatur sensatio qua per se sentitur
dolor ex quo dolor est per se sensibilis et
patet quod illius sensationis aliqua res est
obiectum adequatum et illud non apparet
aliud quam dolor ergo dolor est aliqua vera
res tum ergo non sit obiectum doloris
nec specie nec anima nec organum sequitur
quod dolor sensualis est quietum passio et
obiectum et non est aliquod illorum
diversum puta ratione dolor vel tristicia
intellectualis est passio intellectus et ob-
iectum et nullum illorum diversum et
sic non esset anima intellectualis subiectum
adequatum tristicie intellectualis quod
non apparet rationabile // Item quero utrum
actualis tristicia que est dolor est per se
tactu perceptibilis vel visibilis et sic visi-
bile esset aliud quam non esset coloratum
vel lucidum vel lucidum quod non est audiendum
nullus enim [...] unquam dixit se vidisse
delicias sed rem delectabilem. Item si dolor
per se sit sensibilis aut ergo per seipsum
aut per aliam dolorem representativam
si primum pari ratione omnis sensatio
esset per seipsam visibilis. Si dicitur quod
per aliam hoc non potest esse nisi sensa-
tio a dolore distincta. Sed arguitur
quod illa est dolor est enim tristis sensatio
tactiva et si sit dolor percipietur per dolorem
alium a se et qua ratione primum posset
sentiri per sensum posset etiam secundum
sentiri per tertium et 3m per quartum
et sic deinceps. 2ᵃ conclusio quod dolor
proprie sumptus est sensui tactus per se
sensibilis patet quia quelibet sensatio
tactiva est a sensu quod per se perceptibilis
Ex quo sequitur primo non est compre-
hensum per sensum quem prius apprehendi
per sensum exteriorem quia dolor visio
etc. sensu qui percipiuntur et non sensu ex-
teriori. Sequitur 2° probabiliter sensum
quem non posse de solo obiecto exteriori
ferre iudicium nisi cum simul compre-
hendit obiectum et sensationem obiecti
qua species movens sensum quem
non est obiecti solum sed est ipsius sensus
representativum ergo sensus quis non sit
minus sensationis quam obiecti perceptivum
semper per speciem illam comprehendit
obiectum et sensationem obiecti. Ex qui-
bus ulterius patet absolute concedendum
esse dolorem esse per se sensibilem quod enim
est per sensum interiorem per se sensibile est
per se sensibile. Hanc ergo sequendo viam
respondetur ad argumenta quibus
colorabatur positio consiliatoris. Et
ad probationem dicitur primo quod signum
est quod sensu sit interiori et exteriori se offe-
rens etc. Non enim omne signum est sensu
exteriori perceptibile ut cogitatio ymagi-
natio etc. quibus auctores tamquam signis

obiciuntur. Similiter operationes naturales a nullo sensu percipiuntur licet ergo notitia sensitiva suppositivarum verumtamen in no-titiam naturalium operationum [illegible] ergo quomodo hoc argumento usus est consiliator ad colorandum positionem suam quia per idem probari potest omnes actus interiorum virtutum esse sensi-biles aut aliter siquidem est quod sensus sit efferens idest cuius notitia per sensum vel mediante sensu habita est etc. Ad confirmationem vide primo prius dicto-rum quibus conditionibus illa pro-positio est intelligenda quia homo est ebrius propter vinum non tamen vinum est magis ebrium et nos currimus et sedemus propter animam non tamen anima magis currit vel sedet. Ad aliam confirmationem negatur maior per speciem enim coloris non devenitur per omnia visiva in notitiam coloris propositione assumpta minor de proprie-tate sermonis est neganda non enim per dolorem devenitur proprie sensus quod tenor in notitiam primo dolor est illa no-titia qua formatur obiectum doloris comprehendimus. Nota autem quod du-pliciter potest esse potentia cognitiva per aliud duci in notitiam alicuius primo tamquam per obiectum et sic nihil cog-nitum etc. Secundo tamquam per speciem et sic per cognitum frequenter ducitur potentia cognitiva in notitiam alterius ut de specie coloris exemplificatum est //

Ad 2m principale negatur maior plu-rima enim sunt sensui occulta que ma-nifestum faciunt proscilia ut venena plurima ab occulta proprietate occidunt non enim repugnat causam effectus sen-sibilis insensatam sicut motus ferri ad magnetem sensu percipitur quamvis virtus a qua provenit non sit sensu comprehensi-bilis. Ad confirmationem dicitur quod da-tus est sensus interior et exterior animalibus ut sensatum percipiat etc. et sic dolorem sensu saltem interiori percipit. Aliter dicitur quod datus est tactus animali ut per ipsum percipiat obiectum tangibile non est autem datus tactus ut per ipsum percipiat aliquod omne cor-ruptivum quia multa non tangibilia sunt humani corporis corruptiva vel propter hoc etiam in necessariis deficit quia licet multa corruptiva non sint tangibilia non tamen corrumpunt nisi per qua-litates tangibiles prius inductas. Ad quar-tam confirmationem patet quia multa non per exteriorem sensum sed per interiorem se dolere percipiunt. Ad ultimum dicitur Ypocratis et Avicenne in locis preallegatis per dolorem causam obiectivam doloris in-telligi posse etc. Ad argumenta vero quibus probabiliter conclusio conciliatoris ad primum dictum est. Ad 2m negatur dubium et ulterius dicitur quod quando conciliator paciebatur dolorem in speculo percipiebat qualitatem aliquam per se tactu percepti-bilem licet confuse et non distincte percipie-bat sicut venientem a longe videns colo-ratum non tamen distincte rubeum album vel nigrum etc. Et per idem dicitur ad 3m quod in sensatione delitiosa in tactu ha-bita percipitur tactiva qualitas perceptibilis movens tactum ad sentiendum licet dis-tincte ut dictum est. Ad quartum nega-tur maior nec est absurdum dispositionem subito et maxime nocivam provenientem non esse sensibilem ut supra visum est.

# Utrum tantum

Tribus modis contingat quamlibet operationem ledi scilicet diminute ablate et corrupte. Arguitur quod non primo non quamlibet operationem contingit corrupte ledi ergo questio falsa. Antecedens probatur quia operatio rememorativa non potest ledi corrupte. Memorativa enim virtus cuiusque in ea impressa debet esse retentiva ergo quicquid retinet rememorativa tamen non retinet nisi impressum erat sua operatio naturalis et per consequens non corrupta. Pro illo videtur processus Galieni 3o de accidenti et morbo primi capitulo de corruptione memorie per diminutionem et ablationem memorie opprimentes de ipsius permutatione vel corruptione nullam fecerunt mentionem. Confirmatur quia tam sompnus quam vigilia sunt operationes virtutis anima-lis non tamen videtur sompnum aut vigiliam corrupte ledi sed solum

augeri diminui vel auferri ergo
etc. item non apparet quare retentiva
expulsiva vel attractiva operatio possit
corrupte ledi. 2o ad principale possi
bile est aliquam operationem lesam esse
per excessum eius ultra naturalem
mensuram ergo non tantum diminute ab
late vel corrupte potest ledi operatio. antecedens
patet de operatione expulsiva retentiva
appetitiva sompno et vigilia et ymagi
natione. omnes enim iste operationes
augeri possunt ultra naturalem men
suram propter quod dicere potest naturam
lesam. 3o impossibile est aliquam opera
tionem ablate ledi ergo etc. antecedens probatur
quod apposito eius sequitur contra
dictio si enim actio leditur tunc est ac
tio si aufertur ipsa non est. Si ergo operatio
leditur et aufertur et simul est et non
est eadem operatio // Quarto dolor est
actio lesa sed non ablata diminuta vel
corrupta ergo etc. probatur maior quia
dolor est accidens morbi et non complexio
immanentium aut qualitas mutata
et arguitur minor distinguendo partem
enim quod dolor non est actio diminuta
vel ablata et quod non sit corrupta arguitur
quia per dolorem percipitur obiectum quale
est et qualiter percipi debet secundum na
turam percipitur enim quale est vel ca
lidum frigidum acutum mordificatum
percipitur etiam qualiter percipi debet quia
nullum obiectum dolorosum imprimens
debet secundum naturam nisi dolorose per
cipi. Item quod naturale est alicui patere ob
iecto qualiter imprimente illud dolorose
percipiatur tamquam naturale est idem obiecto
disconveniens imprimente illud do
lorose percipere quia non minus datus est
tactus a natura animalibus ad percipien
dum disconveniens quam conveniens
in tangibilibus. Item si a sensatione dolo
rosa qua dolorose percipitur obiectum
minor arguitur sit a sensatione eius
quod sentit est percipiendum b ergo a sensatione
est recta et per consequens non cor
rupta. Item si a sensatione b taliter
imprimente b dolorose apprehendetur
a tactu a sensatione esset corrupta sed
nunc contrario modo se habet a tangi
tur ergo nunc non est sensatio cor
rupta ergo cum a sit dolor sequitur.

dolorem non esse actionem vel sensationem
corruptam // Quinto quot modis contingit
operationem aliquam preter naturaliter ledi
totidem contingit ipsam ledi naturaliter
et contra sed non contingit aliquam
operationem naturalem etc. vel ablate
ledi ergo nec preternaturaliter. probatur
maior quia quot modis contingit corpus
vel membrum labi preternaturaliter
totidem contingit ipsum labi naturaliter
et eiusdem varietas autem lesionis opera
tionis consequitur varietatem lapsus
ergo etc. Sexto debilis est operatio preternatura
liter lesa vel non ablata vel corrupta nec
ultra vel citra naturalem eius mensuram
aucta vel diminuta ergo etc. Antecedens probatur
ponendo in sorte esse appetitum caninum
propter frigiditatem intensam oris sto
machi et intestinorum. Hec frigiditas contineri
quousque appetitus in sorte totaliter aufe
ratur et patet quod in sorte nunc appetitus
intensus ultra naturalem mensuram
appetitus fortis et aliquando erit remis
sior quia per augmentum frigiditatis
totaliter inficitur ergo erit aliquando
omnino equalis appetitus appetitui na
turali stomachi fortis sit ergo nunc et appe
titus nunc appetitum esse preternaturaliter
lesum eo quod est accidens morbi scilicet frigi
ditatis complexionalis stomachi et non
est ablatus nec ultra vel citra mensuram
naturalem diminutus ut sequitur ex
casu quod etiam non sit corruptus patet
quia non transcendit proportionabilitatem
humane speciei per qualitatem eius
nec est ad obiecta proportionata humane
speciei. Nove enim ad hoc quod illo appetitu
non appetuntur nisi cibaria huiusmodi
naturalia etc. Et similiter adduci potest
argumentum de attractiva augmenta
tiva propter augmentum caloris deinde
immorata propter nimium eius excessum
et omnis immoderata qualitas debet actiones
impedire etc. Similiter de expulsiva
aucta vel diminuta propter excessum
huiusmodi etc. In oppositum est Galienus
in littera. Notetur autem oppositio aut leniter
aut mediocriter aut omnino non sit
intelligens per leniter ledi diminute le
di per mediocriter corrupte et per omnino
non fieri ablate ledi ut visum est circa
textum. Et colligitur idem quarto de accidente

et tertio plures et 2a primi doctrina
tertia primo capitulo operationum vero
nocumenta secundum tres contingunt
modos et prima 3i capitulo de signi
ficationibus universalibus operationum
tercium lesiones operationum quemadmo
dum compositarum sunt tres et 3o colliget
capitulo de causis accidentium sequentium
tium operationibus virtutis interne//
Et lesio que sequitur universaliter opera
tionibus sive actionibus membrorum
et passionibus et tribus modis unus
est ut operatio membri cessaverit aut sit
propinqua privationi operationis 2a autem ut
sit diminuta a suis naturalibus operatio
nibus// 3a est ut sit permutata ad malas
operationes et colligitur idem 3o tractatu 2e
doctrine 2o Egressus naturalis dispositio
nis a dispositione sua est triplex ipsius
debilitas ipsius oblatio et ipsius dimi
natio seu corruptio Primo in questione
premittendum suppositiones quasdam
ex quibus ulterius 2o respondendum ad que
situm Primum ad primum sciendum
quod dupliciter in actione potest accidere
nocumentum scilicet naturaliter et preter naturam
Exemplum primi sicut operatio visus
maxime naturaliter diminuta respectu operationis
in habente spiritum visivum naturaliter
grossum Exemplum 2i sicut dolor aut
digestiva aut motiva operatio a se vel
a preternaturali impedimenta Secundo
supponendum quod in qualibet operatione
considerare possumus tamen iuxta modum
loquendi antiquorum que et si compte
tenti non sint ab invicem distincta ratione
tamen differunt secundum essentiam
sive entitatem operationis quantitative
eius et hec ad quantitatem operationis
reducende intencionem eius et remis
sionem eius fortitudinem et debilitatem diu
turnitatem brevitatis et sic de aliis que
aliquomodo magnitudinem aut bre
vitati possunt attribui Considerari
3o formam eius specialem esse vel
speciem actionis denominationem illam
qualem actio est vel operatio attributa
exempli gratia in stomacho sane oportet
tibi digestionem requiruntur prima en
titas operationis scilicet stomachi in cibum
operari 2o quantitas que debita intensio
operationis obiecti convenientis quantitas

in unio et in debito tempore 3o requi
ritur debita forma huius actionis re
quiritur etiam quod hec operatio sit chili
ficatio et non alterius humiditatis
generatio Ex quo patet quod tripliciter
possumus ymaginari operationem membri
accidere nocumentum quia vel tol
lit entitatem operationis et sic est
ablatio vel removet quantitatem
debitam eiusdem et sic est secundum
plurimum diminutio vel removet
debitam formam operationis ad sen
sum datam et sic est operationis cor
ruptio Exemplum primi sicut si in cibo
stomachi ingredientem calor stomachi
nec imprimet sed removeret cibum
sub forma ubi actio digestiva stomachi
esset ablata Exemplum 2i sicut stomachus
fortis naturaliter consuevit unam
libram cibi posse digerere nunc vero
propter infrigidationem non posset
digerere nisi libram mediam aut quar
tam chilum tum ubi primo faciebat
perfecte decoctionem aut digestionem
consuetam posset in stomacho perficit
ut acto esset tunc operatio stomachi
digestiva diminuta Exemplum 3i
si stomachus ex cibo dato generet flegma
aut fumum aut humorem putridum
ubi naturaliter consuevit bonum
bonum chilum producere denominabitur
eius operatio corrupta sumitur hec
autem denominatio methaphorice nam
sicut in naturali corruptione rema
net materia et amittitur forma sive
nomen ex diffinitione eius quod cor
rumpitur eo quod fit transitus ab una
specie et una denominatione specifica
ad alteram ita in tali nocumento opera
tionis remanet materia scilicet generis quod
est sicut materia generalis operatio specifica
ad hoc cum operatur membrum secundum
remanet nomen nam diffinitio spe
cifica operationis membri quia ubi
primo operatio membri erat chilificatio
est inflammatio fumi aut putredinis
humiditatis generatio. Nota tamen
quod licet ab hac metaphora sumpta vi
deatur hec denominatio non tamen
cuilibet convenienter adaptari potest
ut ex multis dicendis patebit Et
ex hiis patet quod licet comparatio rei entitas

quantitas et forma actionis sint essen
tialiter eadem stat tamen imperfectum mo
dum loquendi actionem esse denomi
nandam lesam denominatione sumpta
ab uno istorum quamuis non diceretur
lesa denominatione sumpta ab altero quia
non repugnat actionem denominandam
esse corruptam quamuis non sit ablata
aucta uel diminuta uel econtra Contra
forma quantitas et cunctas actionis
sunt idem realiter ergo mutabili lesa uel
sublata forma mutatur leditur uel aufertur
tur cunctas quantitas et econuerso Pro
isto negatur quia sicut non sequitur intel
lectio et potentio forme realiter idem sunt
ergo meliorata uel variata intentione forme
variatur uel mutatur potentia quia
in tali casu est uerum et quod falsum ut
patet intuenti Ultimo Comprehendum
quamuis nulla operatio posset accidere no
cumentum per diminutionem aliquid
et per augmentum ut supra deductum
est non tamen in libet accidere potest no
cumentum per augmentum ultra debitam
mensuram immo aliqua est operatio que
quanto altior sint seruata debita forma
operationis tanto est perfectior sicut restrictiua
tiua operatio uel memoratiue Idem etiam
de operatione uisiua sensisse uidetur auctor
3° 4° de capitulo dum inquit et sicut
quod melius est in omni dispositione habitu
specierum equalis nisi superfluus in bo
nitate nisi ipse cum est equalis etc Contra
tum ad 2m sic hec prima conclusio propter
sophistas nulla est comparatio nostri corporis
uel membri que sit ablata uel ablate lesa
quia contradictionem claudit operationem
esse et illam esse ablatam sed cum aliqua
actio est ablata ipsa non est et per consequens
non est operatio etc Omnes ergo ille propo
sitiones ab antiquis propter breuiloquium
false sunt de uirtute sermonis scilicet triplex
est actio lesa actio triplex leditur Conce
duntur tamen ad hunc sensum quod triplex
uirtus uel membrum in operando leditur
quia non talem secundum speciem producit opera
tionem etc uel agit operationem transce
dentem proportionem ad humanam speciem
ut infra declarabitur Et sub hiis sensi
bus de antiquis concedantur iste propo
sitiones triplex est actio lesa aliqua est
actio ablata aliqua corrupta aliqua

aufertur et sit de aliis Ra conclusio
contingit aliquam operationem esse
lesam que tamen non est ablata cor
rupta uel diminuta patet ponendo
stomachi fortis temperatum temperate
appetentem et quod in eo propter frigidi
tatem ab aliqua causa preternaturali
impressam preternaturaliter inte
datur ita tamen ut nondum fiat ca
ninus uel transcendens proportionalitatem
litatem eius ad humanam speciem
et patet pro tunc operationem appeti
tiuam huius stomachi lesam esse non
diminute uel ablate ergo etc ergo consimile
argumentum fieri potest de operatione
retentiua aucta propter augmentum
frigiditatis ut supra arguebatur Pro isto
forte diceretur hanc operationem esse di
minutam quamuis licet gradualis mensura
operationis sit meliorata uidetur tamen
est illius operationis naturalitas uel per
fectio fiat cum talis actio augmentata
non propter uirtutem esse fortiorem
in producendo operationem naturalem
est immo debilior dum enim restrictiua retentiua
tiua ultra naturalem mensuram de
bilitatur uirtus retentiua in naturaliter
retinendo licet sit fortior ad retinendum
absolute Contra quia tunc per idem
actio corrupta esset reducenda ad actio
nem diminutam quia non minus pro
uenit actio corrupta a uirtute debilitata
in producendo actionem in quantum
est naturalis quam augmentata uel citra
naturalem mensuram diminuta Ex
hoc sequitur non solum tribus modis
posse in operatione accidere nocumentum
scilicet diminute ablate etc 3a conclusio
probabiliter ponitur sicut aliqua ope
rationem esse lesam quamuis non sit ab
lata uel corrupta que ultra uel citra naturalem
mensuram aucta uel diminuta Per
suadetur conclusio per secundum argumentum
adductum ante oppositum in casu cuius
illius argumenti est operatio appetitiua
lesa non absolute uel corrupte nec etiam
est ultra uel citra naturalem mensuram
eius aucta uel diminuta ut ibi deductum
est etc Contra omne nocumentum in ope
ratione contingens tollit certitatem for
mam uel mensuram debite operationis
tot enim et non plura uidentur in operatione

ut visum est in primo articulo si primum
nec secundum est operatio ablata vel cor-
rupta si tertium erit operatio necessario
aucta vel diminuta. Pro illo dicitur
negando etiam tot et non plura sunt
in operatione distinguenda preter hec
enim requiritur operationem a virtute
membri et temperamento debitam habere
dependentiam et eadem in forma et
mensura sua esse debite proportiona-
tam quantitative cum debilitata vir-
tute posset in febricitante fieri pulsus
eque magnus et eque velox sicut in
ipso met sano nec tamen ille pulsus
esset operatio naturalis et videtur hec
responsio esse satis probabilis sumendo
diminutionem quia complexio potest esse
lapsa quantitative in gradu sine [?]
complexionem temperate propter indebitam
dependentiam. Ergo primo operatio ab
illo temperamento lesa pronunciatur potest esse
lesa vel lapsa et si sic erit operationem sine
in gradu omnino consimilis. Et ex hoc
concluditur primo quod non quodlibet
actionis nocumentum removet [?]
tatem debitam quantitatem vel formam
actionis in actione enim signata inter
gerendo est nocumentum quod tamen
nullam iam dictarum removet. Ex quo
ulterius concluditur probabiliter ali-
quam actionis diminutionem deterius
esse nocumentum quam sit eiusdem actionis
concomitata corruptio in casu cum arguitur
posito diminutio operationis appetitive
sequens corruptionem eiusdem propter
continuum augmentum frigiditatis est nocumentum
deterior significans frigiditatem maiorem
et consequens maiorem caloris corrupti-
onem. Et penes hec concedenda est
illa conclusio quod aliqua operatio plus et
plus removetur ab operatione sana que
tamen continue efficitur perfectior et per
consequens idem in operatione propinquior
sine imperfectione ut si operatio retentiva
primo fortificatur per augmentum siccitatis
et tandem per eiusdem augmentum
superfluum debilitaretur donec gradualiter
equaliter sine retentionem temperate per
illius siccitatis diminutionem reduca-
tur ad temperamentum et cum redeat ad
retentionem sanam. Patet enim quod per
tempus intenderetur operatio virtutis

retentive et sic gradualiter removebitur
a retentione mediocriter et tamen per
idem continue erit operatio illa minus lesa
et magis perfecta et per idem concludi potest
aliquam operationem secundum eiusdem debitam
formam fieri continue propinquiorem op-
time operationi quantitative quod illa continue sit
imperfectior et magis lesa et plura alia con-
cludi possunt super hac imaginatione.
Et similiter contra primam et secundam arguitur quia
hec videtur contra Galienum [?] in [?]
qui operationem corruptam appellat mediocriter
lesam diminutam vero leviter sed deterius
est mediate nocumentum quam leve et ut
[?] quia quelibet operatio corrupta est
ex toto genere preter naturam diminuta vero
est de genere eorum que sunt secundum naturam
sed deterior est operatio ex toto genere preter
naturam quam operatio consistens de genere eorum
que sunt secundum naturam ergo etc. Pro primo
potest probabiliter dici quod secundum
plurimum nocumentum corruptionis de-
terius est nocumento diminutionis licet
aliquando contrario contingat contra
ideo Galienus hoc nocumentum medio-
cre nominavit quia secundum plurimum
mediat inter ablationem et diminutionem.
Aliter dicunt alii quod diminutio sequens ante
corruptionem actionis est levius quam eadem
corruptio sequens tamen potest esse dete-
rior sicut in casu posito illa enim est pro-
pinquior ablationi. Pro secundo vero dicitur
quod aliqua operatio ex toto genere preter naturam
est aliqua operatione que est de genere eorum
que secundum naturam magis lesa sed de hoc
infra videbitur. Quarta conclusio licet
non omnis lesio operationis sit diminutio
corruptio vel ablatio nulla tamen est
operatio que non possit lesa diminute ab-
late et corrupte patet discurrendo. Per-
suadetur etiam ex fundamento primo
posito quia quamlibet operationem accidere
potest nocumentum auferens operationis
quantitatem formam autem debitam qua-
litatem per quorum primum aufertur per
secundum corrumpitur per tertium diminuitur igitur etc.
Ex quibus sequitur quinta conclusio re-
sponsiva ad quesitum scilicet quod preter ista tria
sunt modi lesionum maxime qui [?]
omnibus operationibus potentes accidere
patet quia quelibet operationi accidere potest
nocumentum ablationis diminutionis.

corruptionis per precedentem con-
clusionem non tamen quelibet operatio
est apta ledi per augmentum eius scilicet
memorativa et intellectiva vel etiam
per indebitam dependentiam vel ut
patet intuenti quo ad ista et non apparent
alii modi lesionis ab hiis ergo etc. Ad
argumenta principalia ad primum cum
dicitur plus que ens ... de sigis
in operatione membri non posse contingere
nocumentum corruptionis sed solum
ablationis aut diminutionis depravatio
lesio eius memorie simpliciter dicitur
aut ablatio actionis aut ipsius diminutio
sed pravitas aut alienatio id est corruptio
non habet proprie apud eam contingere
quo tamen non obstante loquendo confor-
miter supius dictus est dicendum. Ad ar-
gumentum quod operatio memorie est reservare
species secundum quod impresse sunt si ergo tali
impeditum organum fuerit quod non taliter
reservantur species qualiter imprimebantur
quia si non sunt taliter representative
erit tunc reservatio memorie corrupta
ut si primo imprimebantur species leonis
et confundebantur hec species ut tandem
representaret felem esset illa operatio cor-
rupta vel aliter dicitur quod ad hoc ut
aliqua operatio sit denominanda corrupta vel
in propria forma permutata sufficit ipsam
esse talem ut transcendat proportionabili-
tatem eius et quemcumque speciei hu-
mane sic enim in ea videtur ratio cor-
ruptionis salvari et permutationis. Ubi
gratia aptitudinis et si sit ad aliam
proportionata speciei humane quod ta-
men habet intentionem aut conserva-
tionem non proportionatam alicui
individuo humane speciei denominatur
actio corrupta et permutata in propria
forma ut quarto de accidente et morbo
si ergo diceremus corruptam secundum intentionem
diminutam sic ut nulli individuo hu-
mane speciei sit conveniens sed propor-
tionetur individuo alterius speciei puta
musce aut alteri perfecto animali fere
Consimiliter
per omnia dicitur ad confirmationem
quia vigiliam aliquam dicere possumus
corruptam qualitercumque transcendat
proportionalitatem vel sive hoc fuerat
propter longitudinem aut brevitate

aut ratione modi aut temporis vigilia
Si in aliqua dispositione non posset
fortis dormire nisi in die nec vigilare
nisi in nocte probatum hunc somnum
et hanc vigiliam possumus corruptam
appellare transcendit omnem propor-
tionabilitatem humane speciei et pro-
portionatur alteri sicut noctue et bubonum
vel ut probatum etiam apparet in omni
superflua vel somno transcendente
proportionabilitatem vel includi oportet
corruptionem dimmi(?) taliter enim dicimus
indian operatio corrupta dum produ-
citur operatio contraria eius quod debet
naturaliter produci sicut in visus ob-
iectum quod iustum apparet indistinctum
aut album nigrum et hoc accidit in superflua
vigilia quia virtus quo tempore debet
spiritum movere ad intra movet ad extra
et econverso. Et tempore quo organum quiescere
debet non quietat. Alii dixerunt vigiliam
posse esse corruptam lesam quando in vi-
gilia non est debita forma sensationis
sicut si vigilans sit velud stupidus aut
somnians erit autem somnus corruptus
si fuerit fantasticus et nimis inquie-
tatione ac si esset vigilans ut apparet
in dormientibus qui exercent opera vigilantium
Consimiliter de operatione retentiva
dicitur attractiva et expulsiva corrum-
pitur enim qualitercumque transcendat
Item si attractiva operans duceret
chilum et cibum crudum a stomacho
attraheret esset eius operatio corrupta expulsiva
etiam intestinorum debens
feces expellere si illas non expellit sed
chilum esset eius operatio corrupta. Idem
etiam patet de retentiva. Et penes
hoc patet eandem operationem simul
in casu lesam esse diminute aut cor-
rupte aut etiam augmentativa pre-
ter naturaliter et corrupta licet secundum
diversam considerationem has habet
denominationes. Ad secundum et tertium patet
ex dictis in questione. Ad quartum
qualiter dolor sit vel non sit actio lesa
aut corrupta videbitur infra in uno
principali quesito. Ad quintum negatur
est maior quia aliquando contingit opera-
tionem ledi preternaturaliter quo non
contingit illam naturaliter ledi ad hoc
sensum. Item arguitur quia quot

Proba^r

modis contingit operationem ledi pre
ter naturaliter ut negatiua est illa qua
Aliter dicitur negando minorem scilicet
quod non contingit in aliquo operationem
naturaliter corrumpi vel ablatam ledi
ut infra videbitur Contra quia tunc
non omnis operatio corrupta esset con
toto genere preter naturam ad hoc respon
debitur infra Ad secundum tacta est mo
in 2o articulo iam autem in hac habui
modum alium respondendi vide in an
tiquis questionibus etc.

Utrum ex
lesione operationis membri
euidenter significetur egri
tudo membri cuius leditur operatio Arguitur
quod non primo quia quodlibet membrum
senis est egrum quia cuiuslibet membri
senis quantumcumque naturaliter se habentis
lese sunt operationes Pro illo facit quod
quod lesio operationum senis est naturalis
quia consequens etatem decrepitam que
naturali et conueniens actione caloris
in humidum et hoc modo arguitur quod nec
sed lesio ab contra vel causa preternaturali
contingens Contra tunc omne corpus
per manifestam permutationem complexionis accidentaliter
secundum melancolicum aut flegmaticum
esset egrum quia cuiuslibet talis leduntur
operationes et hec lesio non est conueniens
sine consequens naturalem et conuenien
tem actionem etc. Pro illo dicitur quod
hec lesio non consequitur actionem inte
naturalis naturaliter agentis consequitur
impressionem causarum paulatim assue
factarum et paulatim immutantium sicut
cause naturales quia possibile est aliqua
in longiori tempore permutari ad complexionem
senectutis quod puer temperatus ad melanco
licum hec autem senectus equeuit ei dis
positio naturalis sicut melancolicus //
Similiter contingit aliquem in corpore
dum etc.
quod alterius complexio naturaliter per
mittetur Ro ad principale arguitur
contingens est alicuius membri opera
tionem corrumpi quamuis illud membrum
sit sanum 9o etc. Ratio colligitur primo 3i
primo capitulo ubi operationes indiu

ubi ponitur in simili actionem aliquam
corrumpi propter accidentia membrorum
que accidunt membro sane cum talia accidentia
materia quanta Similiter operatio stomachi
frequenter corrumpitur quamuis stomachus
sit sanus ut si stomacho naturaliter
[illegible] calido offerantur cibaria
corrumpuntur in eo facile mutabilia
2o regimine et colligitur idem primo micro
penultimo capitulo per longum pro
cessum 3o cor de febriente autem alia
membra febriant aliorum membrorum
leduntur operationes licet pro tunc illa
non sint egra ergo ut probatum maior
qualescumque principali leduntur cause que
pendent ab eo ut primo de generatione a
nimalium quarto capitulo et 3o colliget
capitulo de causis egritudinum caliditatis
et siccitatis et primo de proportione plicis
et arguitur minor distinguendo et pro
tunc in membris non est egritudo com
plexionalis nec compositionalis nec
unitatis vel solucionis si esset impossibile
simpliciter si talia membra egrotarent a [illegible] egri
tudine alia a febre ut potest poni in
casu tunc talia membra febriunt quod
falsum quia in eis non est caloris contra
nens etc. Item si talia membra unico
febriant semper in febre lupiaria essent
sunt adequate in complexionibus membrorum
morbus calidus et frigidus et pro
illo videtur Auicenna prima quarti capitulo
de febre lupiaria Quarto arguitur quod
habens manus ligatas et pedes est in
omnibus operationibus eius lesus non
tamen est necessario aliquod eius
membrum egrum In oppositum est
galenus in tegni quod non apparentia no
cet simpliciter est dicere et galenus
primo de accidenti primo capitulo
ad principium In ista questione pre
mittenda sunt primo quedam que magis
~~refert~~ preambula 2o respondebitur
ad quesitum primum sunt ergo primo quod
quod multum refert prohiberi aut im
pediri ad debite operandum aut non
posse debite operari ex una parte et ledi
indebite operanda ex alia quandoque enim
leditur indebite operando impeditur
prohibetur a debite operando et pro tunc
non potest debite operari sed non econtra
dormiens enim prohibetur ab operatione

secundum naturam et secundum locum innaturaliter non
tamen diminutum lesum esse in operatione
sensitiva vel motiva. Similiter stomachus
famelicus plenus ossibus et lapidibus impe-
ditur a debite digerendo et causam esse
dicunt quia proprie ledi indebite operando
est per intrinsecam complexionem eius
quod est secundum naturam a taliter operando
impediri sicut si stomachus non indigeat
cibum quia infrigidatus impeditur
autem et prohibetur res sufficit propter
intrinsecam complexionem sive aliam ac-
cidentalem causam potentem huiusmodi
impedimentum efficere sed penes hunc
modum loquendi videtur quod aliquod mem-
brum egrotans per qualitatem non esset le-
sum indebite operando et non per intrinse-
cam complexionem eius quod est secundum
naturam ut in epiglotis impeditur in
debite formando vocem non per intrinse-
cam complexionem eius quod est in
eo secundum naturam sed propter im-
pedimentum voluntarii motus lacertorum.
Pro illo forte dicerem quod per intrinsecam
complexionem non intelligunt precise
complexionem intrinsecam eius que
est secundum naturam in membro cuius
leditur operatio sed in illo vel alio dum
tamen illa complexio sit corpori intrin-
seca et huius puto ipsos habuisse intentionem
2o sciendum quod multipliciter potest
in membri operatione accidere nocumentum
primo a causa coniuncta nulla intrinseca
complexione facta cum pedes impediuntur
in ambulando et habens cale ligatum ante
os impeditur a comedendo etc. 2o propter
operationem non potest sicut respirans pro-
hibetur a notando et notans a respirando
et dormiens a sentiendo etc. 4e multus
3o propter defectum aut ineptitudinem
obiecti circa quod debet operari virtus mem-
bri sicut deficiente aere transmittendo
ad epiglotum aufertur vox et si ibi cibus
et deficiente cibo aufertur digestio stomachi
et sic quis aut occurrente cibo putrido
vel de se indigestibili in stomacho contin-
gentem aut aufertur digestio ut sunt ossa
cerusticum aut cibo putrida etc. / 4o propter
propter intrinsecam complexionem
eius quod in corpore est secundum naturam
sicut si distemperetur stomachus aut destrua-
tur eius bona compositio et leditur

operatio digestiva. Sciendum tamen
quod hoc quartum modo dupliciter contingit
membrum in operationibus impediri primo
per essentiam 2o per qualitatem per esse-
ntiam quidem dum eius operatio impe-
ditur propter complexionem alicuius
vel aliquorum naturalium necessariorum sive mem-
brorum quibus virtus membri perficit
suas operationes / per qualitatem vero quando
non per complexionem in ipso sed in
alio contingentem ad quam sequitur
in huiusmodi membri operatione impedi-
mentum et hoc potest dupliciter evenire
primo quia membrum aliquod transmitte-
re ad hoc cuius leditur operatio illud quod
secundum naturam transmitti non debet
sicut ymaginatio oculi propter fumum
ad oculum missum a stomacho 2o quia
ad illud non transmittit illud quod secundum
naturam transmitti non debet sicut im-
peditur epiglotis operatio sicut vero quia
lacerti pectoris sunt impediti a dilatando
et constringendo pectus quasi ad epi-
glotum non pervenit aer qui debet secundum
naturam ad ipsum pervenire / Ex hac di-
visione sequitur alia divisio quod dupliciter
potest aliquod membrum dici egrum per
proprietatem sive per essentiam et per quali-
tatem per essentiam quidem egrotat dum
est in aliqua suarum naturarum comple-
xione quod quia in eius operationibus
provenit lesio ita quod in quolibet alio
membro non esset egritudo adhuc eius
operationes propter hanc complexionem
lederentur econtra vero per qualitatem
ut colligantiam et colligantium fere hec
omnia sparsim primo minorum 2o capitulo
et penultimo. Sciendum quarto quod
non omnis operationis imperfectio provenit
a morbo aut causa ledente vel impediente
operationem manifestum est enim quod operatio
digestiva stomachi naturaliter multum
flemmatici est satis imperfecta non tamen
eius imperfectio necessario provenit a
morbo ut patet nec etiam a causa ledente
operationem digestivam vel impediente
quia temperamentum quo operatur virtus
digestiva stomachi illius est virtus na-
turalis et quiescens et instrumentatur
ad suam operationem naturaliter gau-
dens ideo non est impediens sed quantum
sufficit digestionem operationem secundum eo ergo

producitur imperfecta illa operatio quia
impediatur sed quia a virtute cum sa
nitate sit imperfecta vel instrumento pro
ducitur. Ex quo patet non esse idem
operationem impedire vel ledere vel operationem
nonem perfectam producere quia ledens
vel impediens operationem non efficit
operationem sed potius eius factionem
imperfectionem impedit faciens ante
operationem operationem imperfectam facit
ipsam operationem sed forte eam imperfectam
facit quia imperfectus est propter quod
secundum diversos gradus perfectionis
sanitatum producuntur etiam operatio
nes in gradibus suarum operationum pro
portionabiliter differentes. Ex quibus
colligitur prima differentia inter effectum
sanitatis lapse et morbi effectus cum
sanitatis quantumcumque lapse est operatio
morbi non inquantum morbus est im
pedimentum operationis. Patet 2° quod
non repugnat duorum corporum opera
tiones omnino eque perfectas produci
tamen unum ipsorum sanum reliquum egrum
sive conversum contrarie cause operationis
non aliquo ipsorum impediente ut si ab esse
naturalis complexio fiat deterior per
maiorem permutationem ita ut notabiliter
imperfectiores producat operationes. Plus
platonis vero a causa egrotare faciente
operationes impediuntur. Contingit eum
illas operationes equaliter imperfectas ut primo
huius ostensum est licet plato egrotet et sor
non. Patet 3° quod non tamen secundum quemlibet membri
operatio imperfectam producitur eiusdem operatio
leditur vel impeditur et plura alia ex
his concludi possunt. Quantum ad
2m articulum sit hec prima conclusio.
Non ex qualibet lesione vel impedimento
operationis membri evidenter arguitur
egritudo vel neutralitas membri cum
impeditur operatio probatur primo ubi
impedimentum operationis fuerit pen
dens totaliter a causa extrinseca ut
in habente pedes aut manus ligatas
etc. Similiter per ineptitudinem ob
iecti impossibilitatem operationum fre
quenter contingit impediri operationem
membri quantumcumque membrum non
fuerit egrum vel neutrum ut supra
argutum est ergo etc. 2a conclusio quod
licet impedimentum operationis mem

bri est pendens ab extrinseco simpliciter
scilicet dependentia vel consequens
ineptitudinem vel absentiam obiecti
aut operationem vel impossibilitatis
aut egritudinem vel neutralitatem
membri per colligantiam aut per essen
tiam patet ex tactis in 2° notato quia
non leditur operatio membri nisi propter
aliquam 3as causarum concausarum
in complexione vel propter continua
tionem iniustam ne membri contingit
est egrum vel neutrum per essentiam
vel propter impedimentum in membro
convenienti vel conferente ad suam
operationem et tunc egrotat vel neutrum
est per colligantiam. Tunc ergo non appa
reant alie cause impedimenti operationis
sequitur conclusio et hanc puto galienum
intellexisse in tegni. Ex illa conclusione patet
quod possibile est esse aliquod membrum
egrum cuius nulla natura est disproportionata
tionata hoc est distemperata vel lapsa
ut epiglotis per solam quantitatem egro
tans propter quod primo microtegni 2° cap. 10
autem membrum infirmari
nisi nocumentum in eorum essentia constat
bile est. 3a conclusio licet ita sit non tamen
omnis operatio membri diminuta vel im
perfecta cum perfectio vel diminutio non
consequitur aliquid 3m causarum supra
dictarum conclusione concausarum sufficienter
arguit membrum per colligantiam vel
per essentiam egrum patet de operatione
visiva senis sibi sani et corporis temperati
per maiorem reductionem ad temperamentum
mutari. Ad argumenta principalia
posset probabiliter responderi in illius
senis sibi sani operationes ledi et impe
diri quibus a sanitate sua sit lapsa ita
ut lapse et imperfecte producuntur opera
tiones dictum est supra in 8° notando
quod operationem lapsam et imperfectam pro
duci non consequitur operationem ledi vel
impediri vel dicitur impotentia dicendum in primo
notabili quod operationem ledi est per contra
nietatem contrariantem eius quod est
secundum naturam operationem impe
diri quod non est in sene sibi sano quia licet
sint sue operationes imperfecte respectu
operationum iuventutis sicut vel in plerum
tuo sibi sano leduntur operationes et sic
sunt operationibus debitis temperato nobis

.. imperfectiores. Alias
diperunt alii

imperfectiores Aliter dixerunt alii
concedendo quemlibet senem esse e-
grum quamvis sit sua egritudo naturalis
propter quod dicitur etiam sanus //
Contra quia tunc quilibet flancus
vel melancolicus notabiliter recedens a
temperamento quadruplici naturaliter
se habens esset eger denominandus
Arguitur quod quia non una contingit
imperfectius esse operationes alicuius taliter
naturaliter distemperati quam senis //
Pro illo dicitur a quibusdam negando
quamvis quia senex habet operationes
defectas respectu operationum que sibi
naturaliter conveniebant sed non sta-
tinus aut tolerantius Contra saltem
quilibet temperatus permutatus ad vio-
lentiam notabiliter distantem a temperamento
quadruplici naturaliter se habens erit
eger Pro illo concesserunt consequens
et consequentiam sicut de sano et co-
tidiat huiusmodi modus respondendi
aliqualiter dictus plus supra questione prima tegni
Ad secundum principale concedatur
sensibilis quis et per consequens
sensibile quod non potest esse immediatum
obiectum doloris vel alicuius tactive
sensationis ergo non sit a sensu tactu
perceptibilis solutio continui nisi tanquam
sensibile quod ut supra positum est se-
quitur etc. Item sic se videtur habere
tactus ad qualitates per se et proprie
tangibiles sicut visus ad visibiles et
gustus ad gustabiles etc. Ubicunque enim
est habitudo propria sensibilis ad sensum
sed non potest in gustu visu vel odoratu
causari tristitia quoniam eius immediatum
obiectum sit sapor color vel odor
ergo nec in tactu causari potest tristitia
quoniam illius immediatum obiectum
sit caliditas frigiditas etc. Item solutio
continuitatis ut sic non est nisi motus
quo partes continue ab invicem separantur
continue sed nullus motus inquantum
huiusmodi potest esse immediatum obiectum
tactive sensationis eo quod ut sic est sensibile
quod ergo etc. Item nullus debite tactive
obiectiva causa est nisi qualitas tangibilis
proportionata tactui activitatis ergo doloris
vel est obiectum doloris nisi qualitas
causabilis improportionaliter activitates
hec et non nulle alique persuasiones
colligi possunt ex dictis. Ad allegato capitulo
Ex hac conclusione et probationibus
eius sequitur primo quod nulla solutio
continuitatis est causa obiectiva causa
doloris quia sicut nichil est obiectum
tristitie odoratu gustu vel visu nisi
per se proprie odorabile gustabile et
visibile ita in tactu nichil est obiectum
tristitie nisi per se et proprie tangibile.
Sola autem tangibilis qualitas est
huius ergo etc. Item precise illud est ob-
iectum doloris quod organum tactus ma-
terialiter immutat eo quod dolor est sensatio
rei contrarie subito et materialiter impri-
mens, sed nulla solutio continui immutat
huius organum tactus materialiter et sub-
ito immutat, ergo etc. Sequitur 2° solam
malam complexionem esse causam ob-
iectivam doloris. Quarta conclusio
solutio continuitatis membri sensibi-
lis membro eveniens est causa dispositiva
doloris patet quia aliquomodo est causa
doloris et non effectiva ergo etc. Non
enim in quo alio genere sit causa doloris
patet experimento multo enim vehe-
mentior causatur dolor adveniente
solutione continui quam ipsa non concur-
rente aliis paribus melius enim ad

profundas partes membri generetur maioris qualitatis impressio quam non soluti et ad illud coadunat aer potenior penetrans ad partes solutas inclusas et humores fluentes etiam ad partem solutam hanc conclusionem puto sensisse Averroys 3o colliget capitulo allegato dum dicit Et soluta continui tas non est doloris causa solum obiectiva sed est causa complexionis que facit do lorem etc. Ad solutionem enim continui ut dispositivam causam sequitur ma la complexio in membro et membro que est causa obiectiva et effectiva doloris

licet autem hec positio appareat probabi lis contra ipsum tamen sunt difficulta tes non parve sumpte ex fundamento positionis adverse Prima est quia al terius speciei est dolor corrosivus vel punctivus ac pungitivus a dolore quo debite percipitur mala complexio calida vel frigida subito impressa sed alterius et alterius sensationis secundum speciem ergo aliud specie est obiectum doloris corrosivi et aliud doloris quo absolute percipitur mala complexio calida etc. tale autem obiectum non est qualitas tangibilis aliqua quia pono utrumque causans dolorem esse calidum ergo preter tangibilem qualitatem aliam danda est obiectiva causa doloris quod est contra positionem Item in dolore corrosivo vel pungitivo organum tac tus tristi sensatione percipit corrosione vel punctionem membri ergo aliud ab qualitate tangibile potest esse obiectum tristitie tactus et per consequens dolo ris quod est contra positionem Item si a mala complexione calida subito in membro impressa productiva in gra dibus caloris et intensior et cum hac concurrat solutio continui et patet quod membrum dolebit gradu intensiori quam etc. sed illius causa obiectiva vel ef fectiva non potest esse ut ponitur in casu ergo etc. Secunda difficultas est quia ut supra tactum est sensus tactus a natura datus est naturaliter ut que eius conveniunt et disconvenientes sed non minus disconveniens est organo tactivo so lutio unitatis eius quam corruptio que nimis complexionis ergo non minus

dolere debet a l' perceptione solutionis continui quam ex sensatione subite alterationis Hoc argumento utitur in tualiter Avicenna 2a primi naturalis capitulo de tactu 3a difficultas quia ex natura rei non repugnat causam dolorem ad eius productionem nec effective nec dispositive concurrit mala complexio ergo positio illa non videtur simpliciter vera Quod autem dedici potest ex ali quibus casibus Primus casus est quod non repug nat aerem continentem corpus ad humores debite fluere ad membrum esse similes in qualitatibus tangi bilibus similes membro soluendo po natur ergo in esse et solvatur membrum per solam partium dis iunctionem nullo solvente intercepto inter partes que solvuntur et patet quod tunc in illo causatur dolor quamvis nulla obiectiva vel dispositiva concur rat mala complexio ut sequitur quod etc.

2us casus est ponatur membrum sol vendum esse potens ad resistendum aeri et humoribus fluentibus quia illi sunt potentes ad imprimendum et fiat solutio ut prius et patet quod causa bitur dolor sine mala complexione

3us casus est ponatur membrum sol vendum actualiter dolere propter ma lam complexionem calidam et quod continens sit frigidus et fiat solutio ut prius et patet quod dolebit membrum nulla mala complexione impressa in membro aer enim non producit in membrum illud preternatura lem effectum nisi dispositionem subiecti quam mediantem caliditatem eius preter naturam removentem Item quod est sensibile organo tactus primus est sensibile conveniens sub ratione convenientis apprehensum Et quod tali apprehensione causatur delectatio sed dum removetur caliditas preternaturam a membro iam signato erit conveniens eadem ratione conveniens tangibilis qualitas eadem conveniens et sub ratione convenientis apprehensa apparet enim frigida membrum preter naturaliter calidum etc. Quarta difficultas quia data positione sequitur quod semper aliis paribus in aere minus causabitur dolor ex solutione continui

in corpore temperato quam in aliquo
distemperato. Contra contra aristotilem
quinto problematum 40 problemate
22o et contra experimentum enim
ut tradunt eo vehementius
consolucioribus in carne doluit quo plus
fortior et temperatior fuit eius complexio
quia patet quia solutione continui facta
in corpore temperato ad partem solutam
temperatiores fluunt humores in distem-
perato vero distemperatiores deteriorem
imprimentes complexionem in parte
soluta. Tercia difficultas quia licet
ex parte rei colloratum et figuratum
non sint distincta alia tamen est sen-
satio qua percipitur colloratum et qua
figuratum sed quamvis duarum
sensationum distinctarum non repugnat
unam esse delectabilem altera consistente
tristi et econverso ergo non repugnat
tristem esse sensationem qua percipitur
illud idem colloratum. Similiter licet
ex parte rei idem sit motus tangibile
medium non tamen eadem est sensa-
tio vel ~~tristitia~~ notitia qua percipio
calidum vel frigidum et qua percipio
motum ideo non repugnat tristem esse
sensationem qua percipitur motus rei
per sensationem tactus non consistente
tristi sensatione qua percipitur caliditas
aut frigiditas ac aliqua tangibilis
qualitas eadem et per consequens con-
tingens est tristem sensationem esse
qua percipitur motus qui est solutio
non tristi consistente solutione qualitatis
tangibilis in eisdem absolute impossibile
quo in esse posito obiectum illius est
sensationis tactive erit solutio continui
inquantum solutio est tamquam oppositum
tenet positio. Ad primam difficultatem
dicitur quod si dolor pungitivus aut
corrosivus ab eadem tangibili qua-
litate proveniunt cum dolore quo per-
cipitur calor absolute vel ex gravi
inflammatione hii dolores non sunt
ab invicem specifice distincti essentialiter
eadem enim caliditas impressa acre
pungente est obiectiva causa doloris
pungitivi que impressa ~~acre mordicative~~
acre mordicative aut absolute inflamma-
tive est obiectiva causa doloris mordi-
cativi vel inflammativi. Et per hoc

ad primam confirmationem dicitur
quod in dolore corrosivo vel pungitivo
organum tactus tristi sensatione sen-
tit solam qualitatem tangibilem sine
punctione vel corrosione. Ad aliam
confirmationem patet quod in tali ar-
gumento non est admittendum a
malam complexionem esse gradus
doloris et non intensioris producti-
vam cum aliis enim et aliis circumstan-
tiis apud intensiorem gradum dolorem
producere puta si continuat cum solutione
continuum aut membrum apostematizatis.
Ad aliam difficultatem neganda
est illa quod sensus tactus a natura
datus est animali ut fugiat nociva
ei et cum nociva est animali solutio
continui sine subita alteratione quia
sufficit ipsam sensisse doloris causam dis-
positivam et quod inducta in membro
tangibili potest optime causare dolorem.
Ad 3am dicit consequentialis negandum
esse argumentum et ad primum ar-
gumentum dicit quod quantumcumque aer
et humores deberent fluere ad mem-
brum solutum membris
in qualibet tangibilibus similes pro-
ducerent tamen in membro soluto ma-
lam complexionem conceditur quod quod
illa mala complexio non erit gradualiter
excedens temperamentum membri secundum
videtur sequi quod tamen erit tamen mala
quia in membro improportionata et
eadem improportionabiliter occurrens
et consequenter quod ideo hec complexio
in hoc membro imprimitur et membrum
illud solutum erit sic dispositum vel
aptum pati et illud agens scilicet humor
vel aer sit aptum agere hoc enim
agente partibus solutis occurrente
aptum est hunc effectum inducere quod
nec simile taliter occurrens posset
in partes istas debite unitas sic impri-
mere. Concedit ulterius quod hec ma-
la complexio non est denominanda
calida vel frigida sed ideo mala quia
improportionata quantitative ideo talis
quia a tali agente in passum sic dispo-
situm inducta quia talis non est no-
men speciale et proprium nomina ideo forsan
non est impositum aliquod nomen im-
positum sunt nec qualitas impressa in

in ore stomachi famelici hora qua cibum deglutimus aut in extremitate virilis membri hora qua semen emittitur etc. Et consequenter forte dicitur quod huiusmodi agentia partibus solutis convenientia non solum sunt qualitatum istarum tangibilium immediate productiva sed etiam secundarum tangibilium preter quod non tales huiusmodi sunt durities et molities etc. ‖ Hec responsio multum videtur ambigua quia ex quo subiectum qualitas inest subiectum doloris in casu arguenti est qualitas tangibilis et sic necessario aliqua qualitas de primis vel secundis ex hiis resultans quorum primum repugnat responsioni illa cum omnia similia in qualitatibus primis non sunt secundum illas qualitates dimittunt nec potest poni secundum quia nulla potest acquiri qualitas secunda tangibilis de novo nisi facta variatione in primis qualitatibus ex quibus resultant ut 2° de generatione et 4to methaurorum sed nec est in primis qualitatibus de novo facta variatio ut supponitur ex casu etc. Exemplum inductum de qualitate tactus oris stomachi percepta hora qua cibum deglutimus etc. quia non sit ex sensu declarabitur 3° huius dum tractabitur de causis delectationis et venereis probabilius. Ergo videtur dicendum quod si per possibile taliter fieret solutio in organo sensus ut nec partibus solutis dissimile occurreret protinus non causaretur dolor ‖ Et videtur notum experimento frequenter enim aliquis in capite aut in alio membro repercussus evidentius percussum per tempus post percussionem et in percussione nullum percipit dolorem ut ego iam sum expertus in deinde incipit paulatim dolere in partibus solutis mala complexio imprimitur. Contra quia experimento patet quod habente digito partem temperatam leviter impellente frequenter ibi fit dolor fortissimus non est verisimile videtur esse digitum leviter prementem qualitatem aliquam imprimere que tunc posset esse obiectum tam vehementis doloris. ‖ Pro isto videtur quod leviter digito premente partem tempa-

tam sibi invicem partes que prius non applicabantur applicantur et una pars in aliam sensibilem qualitatem aliquam imprimit que prius in eadem non perceptibile imprimebat. Et consequenter quod pars recipiens impressionem cum hiis circumstantiis apta est ex qualibet impressione dolere et pars imprimens dolorem causare ibi cum aliis circumstantiis quia membro non apposito vel soluto non doleret hoc docet experimentum. Et per idem ad ymaginationem adductam casus 2ᵃ licet ego puto ipsum impossibilem et conceditur ipso admisso possibile esse fieri solutionem continui notabilem in organo quamvis in eo protinus non fiat dolor. ‖ Ad 3ᵐ admittitur casus et dicitur ulterius quod eadem qualitas in ordine tactus impressa cum ceteris circumstantiis est obiectiva delectationis que cum aliis est obiectiva doloris. Quando frigiditas aeris vel aque super calefacta paulatim et gradatim obviantis inducit delectationem que tamen si velociter induceret tristitiam sicut cum sicut(?) superquam calefacti multa aqua frigida subito aspergitur. Hec ergo illa frigiditas accidentalis sit etiam medicina tristitie occurrens membro non soluto occurrens tamen ei non sic soluto poterit esse tamen obiectiva doloris. Et pentes(?) hac [illegible] in eodem membro adequate simul possunt esse malam complexionem calidam et frigidam calidam quia contradicentem temperamentum frigida vero quia cum debitis circumstantiis impressam. Et per idem patet ad confirmationem eius ‖ Et cum frigiditas non qualitas(?) tunc in membro supercalefacto impressa est obiectum conveniens et delectationis sed cum ceteris circumstantiis. / Ad (?) difficultatem conceditur cum aliis probabilibus corpus temperatum pluribus salvari(?) distemperatum utcumque dolere et negatur illa consequentia ad partes solutas in corpore temperato temperatiores sunt humores nunquam malam imprimentes qualitatem et contra vero in distemperato ergo nunquam dolet corpus cum agentibus sensus vehementius dolet quando [illegible] et nunquam mala impressione quam ex minori et deteriori dolent sensus obiectorum

Ad quintam difficultatem dicitur quod
non ab organo tactus simul percipitur
solutio continui et qualitas tangibilis
solventis continuum eandem precise et unica
est sensatio qua percipitur qualitas et so
lutio continui et unum simpliciter quandoque
sensu percipitur seu comprehenditur sen
sibile quod eadem est notitia unica qua
comprehenditur illud ut sensibile commune
et proprium Eadem enim visione percipio
album quia video illud idem magnum
figuratum etc. quia eadem species a colo
re densa representatur representatur
album figuratum magnum et sic de aliis
unica autem species non videtur phylosophi
immediate notitiarum productiva Dicitur
ad aliquantam distantiam sufficit species
densa ab albo representare figuram et
magnitudinem ad quantam non sufficit re
presentare albedinem aut album colo
rem ergo aliqua est notitia figura quod
[illegible] et alias alicuius Antecedens patet quia
ab aliqua distantia percipere potest mag
nitudinem aut figuram [illegible] aut fortis
albi aut a qua tamen non percipit eius al
bedinem ut docet experientia Experimur
quod si quis rem circulariter diu motam
aspexit deinde ad contrarium se regessit
ad huiusmodi circumstantias videntur lo
caliter moveri et sic multipliciter rema
nent species motus quamvis non rema
neat species coloris non enim videtur
amplius illo colore colorata quo fuit illud
primo circulariter motum pro primo
negatur quia sicut non sequitur species
densa a colore fortis ad aliquam distan
tiam sufficit representare colorem ad
quantum non sufficit representare albe
dinem ergo alia est species et eadem
enim albedo ad propinquum multipli
cat speciem distincte representantem
albedinem que tamen ad longinquum non
multiplicat speciem distincte albedinis
sed solum colorem confuse representantem
sed responsio est minus phylosophica Et
similiter ad secundum dicitur quod species colo
ris distincta in organo potest esse sufficiens
ad colorem representandum confuse et
non ad albedinem vel remote ut patet
hec tamen instantia patet difficultate
qualiter sensu communi motus aut quies
percipiuntur an solo sensu communi de quo vide

ro de anima Respondeo posito nobis quod
dum solvitur membrum sensibile so
lutione notabili in eo causatur duplex
sensatio una qua percipitur qualitas tan
gibilis partibus solutis occurrens et
alia qua percipitur ille motus vel sepa
ratio partium ab invicem et quod non re
pugnat primam sensationem non esse
tristem et per consequens non dolo
rosam 2a tristi consistente vel dolorosa
et per consequens alicuius sensationis
dolorose ad obiectum non est aliqua
qualitas tangibilis sed continuitatis so
lutio Hec videtur intentio Avicenne 2a primi
capitulo de causis doloris et 2a sexti na
turalium capitulo de tactu penes hanc
positionem probabiliter tenende sunt
iste conclusiones Prima conclusio alicuius
doloris obiectiva causa est precise solu
tio continui esse tristem quamvis nulla
alia sit tristis sensatio quam ista Quod patet
ex quo ille sensationes sunt distincte
2a conclusio licet ita sit illius causam
doloris effectiva est aliqua tangibilis
qualitas patet quia omnis sensatio qua
comprehenditur sensibile quod effective depen
det a sensibili proprio et eius specie
3a conclusio huiusmodi tangibilis qua
litatis non necessario est subiective in mem
bro quod solvitur quia stat causam sol
ventem esse potentem ad solvendum
membrum quamvis non sunt sufficiat
in membro tangibilem aliquam qualita
tem imprimere Ex quo patet hanc tan
gibilem qualitatem posse esse subiective
in dividente vel partibus que solvuntur
Quemcumque enim talis a membro per
cepta causa solutione continui potest esse
causa ut illa solutio continui tristi sensa
tione sentiatur Quarta conclusio non
necessario ad dolorem causandum effec
tive concurrit alicuius qualitatis tangi
bilis materialis impressio in membro do
lente Ex quibus sequitur primo cuius
libet doloris causam effectivam immedia
tam licet non obiectivam esse speciem
alicuius qualitatis per se proprie tangibilis
Sequitur 2o quod ab eodem obiecto tangi
bili simul in eodem membro causari possunt
adequate dolores ab invicem distincti
specie Sequitur 3o quod ab eadem specie
immo recepta in organo sensus communis

simul possunt produci due sensationes
specie distincte sicut ab eadem specie do-
loris recepta in organo simul producitur
sensatio doloris figure magnitudinis
et que pertinent ad positionem sicut ab
eadem specie fiunt distincte. Ex hoc patet
huius consequentiam non valere eadem
est species representativa a et b ergo
eadem est notitia vel sensatio qua com-
prehenditur a et b. Ex quo patet ulterius
idem esse posse simul obiectum dolorose
sensationis et delectabilis. Licet hoc sit secundum
diversas rationes obiectivales ut tamen pro
figura in delectabili dolore coloratum
et plura alia que hic concludi possunt
facilia intelligenti. Ad argumenta prin-
cipalia. Ad primum patet per dicta in primo
articulo. Ad 2m dicitur quod in zonaticula
per caliditatem dicitur absolutam non co-
minuitur capiti solum nocumentum
sicut dolor sed tamen hoc etiam causa dolor-
is quod dolor est effectus essentialiter pen-
dens ab eius obiecto ideo ab ipso in
nullo membro absolute patitur. Pro autem
Aliud dicitur quod non plus voluit nisi quod
in zoda per caliditatem absolutam ad
partes cerebri nichil provenit corporeum
permutans tale quales sicut est humor aut
vapor provenit causam ad spiritum cerebri
alteratio que potest esse causa immediata
obiecti doloris et quod ille fuerit intellectus
Aliud colligitur ex sequentibus dicendis sub
dicto. Ad confirmationem conceditur
quod caput sentiens dolet per proprietatem
et tamen infertur ergo non per caliditatem
absolutam negatur quia ut ex quid
nomine caliditatis absolute patet con-
ceditur tamen in tali zoda esse in capite
malam complexionem pendentem causam
a spiritu propter dolorem partis cali-
ditatis alterato. Dixit ergo Aliud in
hac causam tantum nocumentum vel
quia capiti non caliditatis manifestus
ex cessus qualitatis alicuius tangibilis
vel quia dolor capitis et qualitas que
est in spiritu imprimente causam dolor-
is in capite et ad hunc qualitas illa in
qualitate impressa tantam dependen-
tiam habet a dolore partis calefacte
quod statim sublato illo quodlibet illorum
cessaret. Ad confirmationem conceditur
quod sicut ex dolore partis unius cor-

poris taliter potest disponi spiritus
alterius partis ut imprimat illis
causam doloris. Ita ex delicia unius
partis potest spiritus alterius partis
acquirere qualitatem per quam in
aliam partem declarabitur imprimet.
Ad tertium dicit conciliator quod
sensibile positum supra sensum non
potest sentiri pro auctoritate vero
Aristotelis et aristotelis dixit illam
intelligendam esse de naturali sensa-
tione que debet gradatim et per me-
dium fieri plusquam vero tertio de anima
negat in hac auctoritatem Aristotelis
et conciliator et concedit quod nullus
sensus ad suam operationem perficitur
sed solum per accidens indiget me-
dio aliqui dixerunt indigere propter qua-
litatem tangibilem in organo impres-
sam in parte illa organi in qua est
illa qualitas impressa sed illa tenet
locum medii et in alia parte sicut illius
qualitatis proprio quis autem istorum
sit verior videbitur 3o huius. Ad
primam iam solutionem continuam concessum
est non esse immediatam causam do-
loris licet posset pertinens secundum ad po-
sitionem esse illius obiectum. Per
confirmationem non negatur solu-
tionem continuam esse effectum incre-
mentum est enim localis motus et
actualis productio in prout unus
est multitudo separatorum ut quodlibet
autem istorum ut sic habet rationem
positum. Ad 3m per primam positionem
patet qualiter sit respondendum per
2am positionem potest negari quia
non enim obiectum conveniens cum
omnibus circumstantiis membro sen-
sibili occurrens aptum est in ipso cau-
sari delectationem ut supra visum est potest tamen
concedi quod non repugnat sensu-
i aut qualibet aliam potentiam cog-
nitivam eodem obiecto secundum unam
rationem apprehenso contristari. Et quo
tamen secundum aliam rationem apprehenso
delectatur qualiter autem perpetratur
a sensu mala complexio sicut et non
sicca videbitur 3o huius. Ex dictis autem
in 2o articulo poterit diligens intel-
lectus pro sustentatione 2e positionis
argumenta adducta ad probationes

conclusionis sive positionis finaliter
solvere. Ad ultimam confirmationem
dicit conciliator in antiquo dicere pre-
dentes sentire licet sensus eorum sit
valde obtusus ideo non percipiunt solu-
tionem continui sive mala complexio-
ne in ipsis contingente vel saltem
illa non dolet. Utrum autem dens sen-
tiatur per se aut per illos nervos
pervenientes ad radices eius est diffi-
cultas alibi pertractanda. Per hec autem
contrariam positionem patet responsio.

## Utrum tamen

mala complexio humida
et sicca possit per se esse
causa obiectiva doloris. Arguitur quod sic
primo tam humiditas quam siccitas est qua-
litas per se tangibilis sive tactu percepti-
bilis potens organo tactus immediate
et corruptiva transmutatione trans-
mutare sive alterare et utraque ipsarum
est ab organo tactus cum sensatione
perceptibilis et per consequens etc. Antecedens
patet quia tam contrarians siccitas vel hu-
miditas est destructiva armonie organi
tactus sicut contrarians frigiditas vel ca-
liditas. Confirmatur quia accidit aut
organo tactus temperati siccitas vel hu-
miditas contrarians organum tactus te-
peri(?) continuatis et patet illam alterationem
a tactu sentiri et non nisi sensatione dolorifi-
ca ergo etc. Item omne tangibile distone-
nens in tactum immediate imprimens
et tamen distonienens a tactu compre-
hensum causat dolorem sed sic humiditas
et siccitas in casu precedentis argumenti
est huiusmodi ergo etc. Ratio principalis funda-
mentum negative questionis est quia
siccitas et humiditas sunt qualitates pas-
sive parve activitatis propter quod non
vehementer sed tarde et remisse immuta-
tive sunt organi. Et hoc tamen videtur
dicere auctor 2a primi capitulo de causa
doloris et Avicenna de consolatione sive
divinarum capitulo de physico. Sed
arguitur quod fundamentum est fallax
primo quia concesso quod siccitas et humi-
ditas sunt qualitates tarde et non ve-
hementer impressive. Caliditas tamen
aut frigiditas constrictiva est organum
vehementer constrictiva et humectativa
ita ut doleat comprimentium sed organum
mandellem(?) impressionem subito fac-
tam in organo tactus secundum qua-
litatem tangibilem distonienentem
est organum tactus dolorose percipere
ergo etc. Confirmatur quod minus dubitatur
est res virtualiter vehementer con-
strictiva vel humectativa licet non
sit formaliter talis quod calida vel fri-
gida accidat ergo aliqua talis or-
gano tactus imprimendo in ipsum
siccitatem aut humiditatem vehe-
menter et patet quod non minus per-
cipiet organum siccitatem aut humi-
ditatem quam percipiat calorem a radio
impressum et non nisi sensatione do-
lorosa ergo etc. 3o plura et non minus
potentia sunt que efficiunt in organo
tactus transmutationem in siccum vel
humidum quam in calidum vel frigidum ergo etc.
Antecedens patet quia calefactionem vel in-
frigidationem per se causat solum ca-
lor aut frigus et non alia qualitas
prima sed siccitatem per se producunt sic-
citas et ad hoc caliditas ut plurimum
producunt et humiditatem per se frigidi-
tas et humiditas. Item eque potens
est siccum ad constringendum aliis pari-
bus sicut calidum ad calefaciendum
aut frigidum ad infrigidandum ergo etc.
Antecedens probatur quia potentia rei est per
multitudinem forme attendende ut
tenet omnis schola sed tanta est multitudo
forme que est siccitas in sicco sicut frigi-
ditas aut caliditas in calido vel frigido
ergo etc. Tum ergo frigidum aut calidum
sit vehementer et dolorose immutativum
organi quod eciam siccum. Item agente
sicco in humidum vel econtra et frigido
in calidum cum aliis paribus est utro-
bique equalis proportio agentis ad pas-
sum per hec quam attenditur vehemen-
cia et velocitas transmutationis ergo etc.
Quarto ad principale quando quod qua-
litatem organo tactus convenientem contra-
riantem potest virtus tactiva dolorose
percipere et eandem distonienenter
in organo tactus impressam potest do-
lorose percipere sed tam humiditatem quam
siccitatem in ordine tactus convenientem

impressionem potest tactus delitiose per-
cipere Consurgit enim delectatio
ex pressura convenientis sub ratione
convenientis apprehensi ut supra
declaratum est 9o Secundo in fame
et siti est dolor cuius obiectiva causa
non videtur nisi humiditas aut sic-
citas cum dicit enim passio propter pe-
nuriam substantie humide in siti ut
in libro galieni de malicia complex-
ionis dicitur quarto capitulo // Item
quod fames appetitus est calidi et sic-
ci sitis vero frigidi et humidi pro illo
videtur intentio galieni in libro isto 9a
dum inquit dolores vero secundum
quem inducunt locum aut solutam
continuitatem aut subitam alteratio-
nem ostendunt / deinde exemplificat
de subita mutatione quam ostendit
dolor subdit alteratur autem substantia
caliditate frigiditate siccitate et humidi-
tate et colliguntur idem 2o tegni 2o ca-
pitulo auctorum quecumque primo vide-
concentium parte Ad oppositum sunt
fere omnes auctores medicine vide 2a
primum capitulo de causis doloris calidum
essentialiter et frigidum essentialiter
et siccum accidentaliter et humidum nul-
lomodo dolorem faciunt et per magnum
3i tractatu 2o capitulo primo / humi-
di complexionem facit dolorem nisi
sit cum materia mota ad solutionem con-
tinuitatis et infra 2o capitulo / Et com-
plexio quidem humida secundum quod est
humida complexio non efficit dolorem
nisi illic sit materia humida faciens
dolorem ex parte vaporationis aut
augmenti ventositatis facientis so-
lutionem continuitatis et videtur eius
de intentione Averroys 3o colliget capitulo
de causis doloris ubi inter causas per
se dolorem facientes solum mala com-
plexionem calidam vel frigidam enumera-
vit et galienus quarto de accidenti et
capitulo de causis dolorum et sim-
ptomatum et Alexander quomodo sic sic-
tur capitulo de cephalargia varii sunt
modi respondendi ad questionem //
Secundum ut credens super hac passi-
distinguunt dolorem in parvum de quo
non est curandum quia non venit
ad sensum et in dolorem vehementem

vel magnum per se trahentem ad
sensum et consequenter dicunt primo
quod nec mala complexio humida nec
sicca est per se causa doloris magni
vel vehementis patet quia huiusmodi
qualitates sunt passive debiles sive
tarde impressionis Dicunt 2o quod tam
mala complexio sicca quam humida potest
esse per se causa doloris parvi licet ad
hoc sit efficacior siccitas quam humiditas
Hoc autem probare videntur plura argumenta
adducta ante oppositum hoc autem putant
fuisse sententiam Averroys quarto colliget
capitulo de signis passionum cerebri di-
cit quod complexio sicca et humida do-
lorem non efficit nisi modicum sed quod
est sola humiditas tunc sola gravitas
sentitur cum parvus et remissus do-
lor et ad sensum prime conclusionis
concordant auctores omnes sonantes quod
mala complexio sicca et humida non
est per se causa doloris Moderniores
autem cum quidam dixerunt dolo-
rem aliquando sumi pro qualibet
tristi sensatione tactiva quandoque pro-
prie et precise pro sensatione obiecti
organum vehementer sive subito
et inordinate immutante et secundum
hoc concesserunt quod capiendo dolorem
primo modo tam mala complexio
humida quam sicca potest esse per se obiec-
tum tristis sensationis tactive 9o
Capiendo tamen dolorem proprie
nec mala complexio humida nec sicca
potest esse per se causa obiectiva do-
loris quia nec siccum nec humidum
in quantum huiusmodi potest subito et ve-
hementer organum tactus inordinate
immutare et hec responsio multum con-
cordat cum priori Conciliator vero
differentia 16a hanc difficultatem dis-
cutit / Supponendo primo quod quatuor
qualitatum prime activus est duplex pri-
marius scilicet et essentialis ut calidum
calefacere frigidum infrigidare et
siccitatis siccare Alter vero ut ca-
liditatis subtiliare et consumere resolu-
vere frigiditatis condensare siccitatis
constringere Item ergo qualitatem
istam aut qualitatem communem per se dicit
sensitivam doloris cuius activus
potest esse per se immediatum obiectum

doloris. E contra vero per accidens vel
non per se tamen actus primarius non
potest esse immediata obiectiva causa
doloris et pones hanc divisionem quod
dicit conciliator colliguntur ille con
clusiones. Prima conclusio tam mala com
plexio calida quam frigida potest esse per se
immediata obiectiva causa doloris. patet
quia tam calidum quam frigidum in quantum
huiusmodi potest esse organum tactus
subito et manualiter etc. Secunda conclusio
mala complexio sicca non est per se sed
solum per accidens doloris causativa.
Prima pars patet quia siccitas est qua
litas passiva tarde et non subito aut
vehementer organum tactus manualiter
immutativa. Secunda pars persuadetur quia
siccitas est organum tactus constrictiva
et per consequens solutionis continuitatis
in eo causativa ad quam sequitur dolor
quod est intelligendum. Hec conclusio de ma
la complexione in mali hanc conclusio
non comprese. Patet 2a primi allegato
capitulo. Tertia conclusio mala complexio
humida nec per se nec per accidens est
causativa doloris. patet quia nec per
actum eius primarium nec per actum
eius secundarium quod est. Primus patet
non enim per primarium qui est humec
tare quia humiditas est qualitas passi
bilissima et minime activa. Nec per secun
darium quia talis est remollire et re
laxare sed ad remollitionem et relax
ationem organi sequitur impedimentum
sencientis membra et per consequens
doloris ergo etc. Persuadetur eadem conclusio
aliter ab eodem quia vel humiditas
componeret ad dispositionem esse causam per
se et per accidens doloris esset simplex vel
non alteri qualitati connexive coniuncta.
Si primo non manifeste enim vehementer
transmutare potest eo quod est qualitas
minime activa et per consequens non potest
dolorem efficere. Si dicitur secundum vel esset
coniuncta calori vel frigori. Si calori
patet talem alterationem subitam esse
calori et non humiditati attribuendam.
Si enim illa alteratio est calefactio patet
quod non humiditati sed calori attribuenda est.
Si autem est humectatio hec calori
magis attribuenda est dissolventi ve
lociter humidum et ipsum evaporare

facienti per partes enim eius quod hu
mectatur humidum disseminari. //
Si autem hec humiditas fuerit
frigori coniuncta adhuc non potest esse
effectiva doloris quia nec potest do
lorem efficere nisi quod sufficiat mani
feste ledere sed humiditas coniuncta hu
miditati non potest in organo ma
nifestam inducere lesionem. ergo etc.
probatur minor quia humidum com
mixtum frigori non transcendit gradum
secundum ut reponitur in libro de epidimia
et mesue autem eiusdem capitulo de phi
lo quod autem non transcendit gradum
eius non manifeste ut 2a primi capitulo
de eo quod comeditur et bibitur etc.
et infra. Conciliator confirmat quod indigestum
humidum inquantum humidum est
causa obiectiva doloris et hoc componit
mesue in loco preallegato dum dicit
non invenimus humidum esse causam
doloris inquantum humidum sed in quantum
ipsum esset materia sive potest esse ma
teria que quantitate sua movetur ad
solutionem continuitatis et hec est causa
sua. Patet prima 3 in tractatu 2o capitulo
2o etc. Aliter potest ad questionem pro
babiliter respondere notando primo
quod in organo tactus dupliciter potest
imprimi humiditas aut siccitas. Primo
per solam alterationem a sola siccitate
vel humiditate provenientem sicut
sic quod ad illam tandem non concur
rit aliqua qualitas tamquam particularis
causa consumptiva vel humectativa
sicut dum siccitas organum constringit
aut humiditas humectat. Secundo per solam
alterationem ab alia qualitate pro
venientem potente organum constringere
vel humectare ratione sicut quandoque
imprimitur in organo caliditas
aut frigiditas per actionem vero for
maliter calidi sed solum virtuali ca
liditatis aut frigiditatis productum
ut lumen influentia etc. Suppono
2o quod licet humiditas aut siccitas non
sit organum tactus subito et vehementer
immutativa propter has qualitates ac
medicine activas quod natura tamen
rei non repugnat ab aliqua illarum
organum tactus vehementer et subito
transmutare in humido vel sicco quod ad

modum cum concedunt plurimum
caliditatis et siccitatis naturaliter pro
ductiva tum ergo caliditas sit inter
ceteras qualitates vehementius activa
potentiam secundum siccitatem
organum tactus subito et materialiter
immutare Item sicut dabile est aliquod
vehementius calefactivum quamvis non
sit formaliter calidum aut frigidum
ut lumen aut influentia illa dabile
rationabiliter videtur aliquod vehe
menter humectativum vel desiccativum
quamvis non sit formaliter humidum
vel siccum / Supponendum 3o quod
agens corruptivum imprimens qua
litatem tangibilem in organum tactus
non est nec obiectum sensationis tactus
Sed qualitas tangibilis in membro
impressa sicut cum sol suis radiis calefacit
manum meam tactu non proprie radium
aut caliditatem eius sed caliditatem
solam a radiis impressam Iuxta hec
sunt tenende hec conclusiones Prima
conclusio nunquam quod humiditas vel siccitas
potest esse per se causa effectiva effectiva
doloris et hec deducitur tamquam alie
qualitatis ut supra patet quod nunquam per
sola siccitas vel humiditas organum
tactus vehementer vel subito materialiter
immutare Ex ista conclusione sequitur
primo quod nunquam siccitas vel humiditas
per actionem solius siccitatis vel humi
ditatis in organum tactus impressa
est obiectum vel obiectiva causa doloris
Sequitur 2o inter ceteras qualitates
maxime doloris causativam esse ca
liditatem quia vehementius transmu
tativa quam frigiditatem minime vero
humiditatem aut siccitatem nisi per
accidens ut supra visum est / Contra
quelibet qualitas tangibilis cuilibet
tangibili qualitati potest tum aliis
paribus esse equaliter activa ergo equaliter
vehementer subiecti in quod agit trans
mutativa et per consequens equaliter
inductiva doloris Antecedens probatur ut
supra quia potentia rei attenditur
penes multitudinem forme ut patet
quod sthola Sed aliis paribus tanta
est multitudo forme humiditatis
vel siccitatis in subiecto humido vel
sicco sicut caliditatis vel frigiditatis

ergo etc. Pro illo quidem dicerimus
quod licet ceteris paribus omnes quali
tates prime sint naturaliter equales
potentie et de se equaliter active per
accidens tamen contingit calidum forti
us et vehementius aliis paribus agere
quam agit aliqua alia qualitas prima
Caliditas enim agit subiectum in quod
agit rarefaciendo poros aperiendo de
centro partes ad circumferentiam mo
vendo et per consequens subiectum
magis convenire ad actionem eius
suscipiendam preparandam Contra
vero alia ut frigiditas poros constringen
do siccitas corrugando et humiditas
poros claudendo ideo non est mirandum
si de facto fortius in que agit substantia
caliditatis fortius transmutat aliis paribus
quam aliqua alia qualitas prima Hec
responsio licet pluribus visa sit proba
bilis nullum lumen tamen apparet
et veritati et sententiis auctorum dis
sona penitus / Data enim hac sequitur
omne frigidum aliis paribus debilius
et tardius transmutare subiectum in
quod agit per frigiditatem quam humidum
vel siccum per siccitatem vel humidi
tatem consequens contra experientiam
quia tempus infrigidandi non est
tempore humectandi etc vel desiccandi
quarta primi 2o capitulo undecimo tera
peutice quinto capitulo facile sanabilis
Sunt ergo sunt quedam que secundum
caliditatem vel frigiditatem alterantur
quoniam efficacissimis corriguntur
qualitatibus difficiles Sanabiles vero
que secundum humiditatem et siccitatem
imbecillibus cum ut ita dicam ma
nalibus qualitatibus sanatio earum
perficitur arguitur quia quia aliis paribus
utrobique potentia agendi et transmu
tandi est equalis et tum hec multo
plus indispositum fuerit subiectum in quod
agit ad suscipiendum actionem suam
quam humiditas vel siccitas plus enim
condensat poros constringit et a me
dio ferentia ad centrum movet ut
Et per idem videtur sequi quod minus
causativa doloris est frigiditas ceteris
paribus quam humiditas vel siccitas est
enim organum tardius immutativa ut
expertum est et tunc hoc plus obstat

sensibilitas membri ceteris paribus
per impressionem frigiditatis in or-
ganum quam humiditatis vel siccitatis
cum frigiditas sit sensibilitati et vite
disconvenientissima. Tertius sequitur de-
quia cum maiori mensura humiditatis
vel siccitatis stat membri sensibilitas
quam frigiditas, quod erat probandum. Item omne frigidum
aut humidum aut frigidum et siccum
cum aliis paribus agens in subiectum
receptivum sue actionis secundum qua-
litatem utramque equaliter transmutaret
subiectum in quod ageret secundum sic-
citatem vel humiditatem sicut secundum
frigiditatem [illegible] et contra comprime-
tum et quod patet inducenti. Simili-
ter omne calidum et siccum aut calidum
et humidum secundum utramque qua-
litatem transmutans subiectum cum
aliis paribus equaliter comburaret vel
humectaret sicut calefaceret. Conveni-
enter autem comperimus remisse calidum
aut intense humidum multo plus ca-
lefaceret quam humectet. Similiter remisse
frigidum et intense humidum multo
fortius infrigidaret quam humectaret. //
Item tardius ageret siccitas aliis paribus
quam humiditas quia plus indisposuit
subiectum corrugando aut constringendo
quam humiditas et plura alia videntur
contra illam responsionem posse ad-
duci [illegible] probabiliter. Ergo videtur tenen-
dum quod caliditas naturaliter est magis
activa quam frigiditas quam siccitas et siccitas
quam humiditas. Et consequenter quod po-
tentia non est univocaliter attendenda pe-
nes multitudinem forme nisi comparat-
ionis eiusdem speciei inter se quod cum
una forma ab alia specie distincta sit
eadem maioris potentie non univoce
proveniet [illegible] multitudine forme ma-
iori quia stante equali multitudine
utriusque et alterius una tamen et altera ma-
ioris potentie quod naturaliter magis
operativa sicut naturaliter activior est
[illegible] quam color et color quam odor et iterum
odor quam sapor. Et eadem diversitas apparet
in substantialibus formis naturaliter
cum activior est forma humana quam asini
et forma leonis quam equi et sic de aliis.
Secunda conclusio tenenda est quod aliqua
causa corrugativa vel humectativa im[illegible]

humida est per se doloris causativa. Patet
quia aliqua talis secundum siccitatem
vel humiditatem organum tactus
subito et materialiter transmutaret, quod erat probandum.
Alius patet quia sensum superius pre-
missum patet etiam experimento quia
in fine que aliquando est dolorosa [illegible]
[illegible] siccitas notabiliter imprimit
in organum sensus tunc hoc ergo non
fit per actionem solius siccitatis co-
sequens sequitur etiam [illegible]. Ex hiis
sequitur responsio ad quesitum scilicet
quod tam mala complexio humida quam
sicca potest esse per se causa effectiva
doloris quia tam secundum malam
complexionem humidam quam siccam
potest organum tactus vehementer
et materialiter transmutari ut argutum
est, quod erat probandum. Et ad sensum prime conclu-
sionis vadunt omnes auctoritates so-
nantes vel humidum vel siccum esse
per se doloris inductivum. // Ad argumenta
principalia ante et post oppositum
adducta patere potest solutio quod dictum
apud intelligentem. Plures autem
movent questiones supra secundo
Tegni quibus habetur [illegible]

# CIRCA TERTIUM

Circa tertium librum Tegni
queritur primo utrum
divisio causarum sanitatis in conser-
vantes et efficientes sanitatem sit
sufficiens. Arguitur quod non. Primo quia
cause efficientes et conservantes sa-
nitatis [illegible] sunt materiales et fina-
les et formales eiusdem, ergo illa di-
visio non comprehendit sufficienter
omne genus cause sanitatis. Antecedens patet
et colligitur [illegible] quia primum capitulo de
subiectis medicine et 3 capitulo est causa
sanitatis allegato capitulo sed non est
causa efficiens vel conservans eiusdem
eo quod complexio naturalis membri
est sanitas complexionalis eiusdem.
Impossibile est autem idem esse sui ipsius
causam efficientem aut conservantem
tunc cum idem penderet a seipso et
esset prius natura quam seipso natura

Circa ter/

Incipit liber
tercius tegni
Galieni de
causis etc.

primus quem videtur bene intelligere.
Confirmatur quia complexio corpo-
ris et virtutes sunt cause sanitatis
formales ut dicitur allegato capitulo //
ergo non sunt efficientes vel conserva-
tes consequentia tenet quia illa genera
causarum sunt contrarie dividentia dis-
tincta. Tertio tam humor quam spiritus
est causa sanitatis et non est causa agens
efficiens et conservans ergo ut probat
minor quia tam humor quam spiritus est
causa materialis vel subiectiva sanitatis
ergo non est efficiens vel conservans consequentia
tenet eo quod efficiens et materia non coin-
cidunt ut 2o physicorum. Antecedens probatur quod
quia tam per dispositionem subiectivam
consistentem in spiritu quam in humore imme-
diate perficitur virtus operatio ergo eo
quod nomine sanitatis tam dispositio
subiectiva consistens in spiritu quam in humore
est sanitas. Antecedens probatur ponendo ca-
lorem epatis non esse sufficientem di-
gerere chylum aut humorem flaticum
in sanguinem transmutare et quod superve-
niente spiritu et sanguine a corde suf-
ficienter possit chylum digerere et humo-
rem in sanguinem convertere et patet quod
non minus calorem spiritus trans-
missi a corde et sanguinem digestionem
hanc immediate attingere et esse quod illa
efficiat calor epatis primo calor spiritus
videtur hanc materiam digerendam
immediate attingere quam calor consistens in
membro et per consequens calor spiritus
et sanguinis est sanitas. Confirmatur
quia tam dispositio subiectiva consistens
in spiritu quam consistens in humore potest
esse egritudo ergo utrobique dispositio
potest esse sanitas. Quia tenet eo quod egri-
tudo et sanitas idem subiectum con-
cernuntur immo cum intemperies est
morbus eius temperies est sanitas //
Quarto de accidente antecedens probatur per
dispositionem subiectivam consistentem
in humore vel spiritu potest immediate
sensibiliter ledi operatio virtutis quod in-
tus patet quia contra naturam rei non
repugnat in humore vel spiritu esse
qualitatem malam quam non sufficit
in membra imprimere resistere tamen
sufficit et prohibere ne membrum quod
sibi assimilatum debite assimilet et

conducitur nullomodo alterata subsistenti-
membrum quo inesse posito patet per
qualitatem subire autem
spiritu vel humore consistente immediate
et sentitur impediri operationem //
Pro illo est auctoritas Avicenne prima
primi allegato capitulo ponentis
spiritum esse subiectum propinquum
sanitatis humorem vero remotum.
Ad oppositum est Galienus in tegni
Dum vero et causarum ipsarum
hee quidem efficientes hee vero con-
servantes sunt sanitatem. In. Et colli-
gitur idem in tegni aliter 2a primi
capitulo 1o ad principium. In questione
videbuntur primo qualiter sanitatis vel
egritudinis sunt ponende vel non
ponende quatuor cause scilicet materialis
formalis et efficiens et finalis. 2o re-
spondebitur ad quesitum. Quantum
ad primum sciendum est quod contingit
hoc nomen causa dicitur ad aliquid
dicitur enim dicitur enim relative ad
causatum tantum nam non respectivaliter
dicitur causa nisi pro quanto illud ab
eo habet dependentiam. Unde generaliter
describitur causa est a quo aliquid procedit
vel ad quod sequitur aliquid secundum
naturam. Ideo quot modis aliquid procedit
vel ad quod sequitur aliquid secundum
naturam tot modis causatur ab alio.
Et quia hii modi dependentie sunt solum
quatuor generaliter ut in quinto physicorum dictum
est ideo quatuor distinguuntur causarum
genera. 2o nota quod hoc nomen materia
auctores equivoce utuntur sumitur enim
materia pro subiecto primo proprie eo
quo fit aliquid cum insit ut 2o physicorum. Se-
cundum qualiter distinguuntur partes essentiales
compositi in materiam et formam. Secundo
sumitur materia generaliter pro quolibet
quod est per aliud aliquomodo forma-
liter denominabile formaliter sive esse-
ntialiter sive accidentaliter ut eo quo
per unam vel plures transmutationes
potest aliquid fieri taliter per aliud
denominabile. Exemplum primi patet
dicimus materiam albedinis. Exem-
plum 2i panem dicimus materiam san-
guinis et humorem dicimus materiam
membrorum. Et hanc materiam aliqui
consueverunt appellare materiam

— transmutationem expe
ne 2m principale

transmutetur et per eius secundum prin-
cipale membrum huius distinctionis
colligitur talis intellectus distinctionis
sanitatis subiecti et egritudinis ab
auctore posite primo magno capitulo de subiectis
medicine videlicet quod sanitatis et egritudinis
quoddam est subiectum propinquum et
quoddam remotum / per subiectum autem
propinquum sanitatis intelligit quod
formaliter sanum vel egrum formaliter
denominabile ut membrum / per remo-
tum vero non intelligitur proprie denomina-
bile quod ex quo tamen potest fieri aliquid tale
denominabile sicut humores non enim
est humor proprie formaliter sanus
vel eger denominabilis ex ipso tamen
per unam aut plures transmutationes
fieri potest membrum tale denominabile
Dicendum 3° quod hoc nomen forma
etiam frequenter equivoce utuntur
auctores sumitur enim quandoque pro-
prie pro quolibet alteri inherente per
quod subiectum in quo inheret aliquid est
aliquomodo formaliter denominari scilicet
albedinem inherentem pariete dicimus
formam parietis et sic dividitur for-
ma in substantialem et accidentalem 2° modo
sumitur forma improprie et metha-
phorice pro quolibet per quod alterius explica-
tur essentia qualem methaphorice diffi-
nitiones et eius partes formas dicimus
diffiniti sicut enim materia sine for-
ma proprie dicta est res indeterminata de-
terminatur enim per formam ita diffi-
nitum sine diffinitione res indistincta
confusa et indeterminata sed per diffi-
nitionem determinatur Unde et col-
ligitur hic modus accipiendi formam
2° phisicorum quia ibi 2° modo diffinitio est
componitur ex [illegible] forma que
est genus et propria que est differentia 3°
ad huc magis improprie sumitur forma
pro eo quod alterum ad finem proprium
dirigit qualiter formam vel simili-
tudinem dicimus domificatoris hec
enim ad finem proprium dirigit et
limitat sicut forma materiam determinat
Hanc autem diffinitionem quidem antiqui
senserunt dicentes triplicem esse formam
logicalem sicut diffinitio et partes eius
methaphoricam sive exemplarem ut ymago ar-
tificii existens in mente artificis et

naturalem sicut anima et talis Suppo-
nendum 3° nullius accidentis debita
esse materiam quod qualibet cuiuslibet ac-
cidentis proprie conveniat materiam
qua est intrinseca pars materiati cuius
est materia ideo non proprie dicitur
aliqua materia ex quo vero in ordine
ad compositum verum tamen cuilibet
accidenti convenit materia in qua illud
accidens sustentatur etc. Suppositis his et
premissa tenendo sunt iste conclusiones
Prima conclusio concedi potest primo sani-
tatis aliquam esse causam materialem
quod qua proprie dictam similiter formam
et que quatuor causas hec conclusio
patet apud positionem secundam quamvis
positionem membri non esse rem dis-
tinctam a membro quare figurato et
positionato membri cum debite sanitati
proportionati etc. quatuor sunt cause iam dicte
sed quodlibet tale est sanitas in sua
positione etc. si teneatur illa positio
3a etc. 2a conclusio cuiuslibet sanitatis
vel egritudinis que est accidens sup-
additum subiecto formaliter sanato vel
egro est causa materialis aut quam proprie
sumpta patet quod cuilibet accidenti con-
venit materia que illi subsistat etc.
3a conclusio solum corpus vel membrum
animatum est subiectum propinquum
vel materia propinqua sanitatis vel
egritudinis probatur sic precise corpus
animatum aut membrum est proprie
membrum denominabile sanum vel
egrum ergo quod quidditatis subiecti
propinqui solum corpus animatum aut
membrum est proprie denominabile
sanum etc. [illegible] pluries est
determinatum Ex his sequitur prima
corpora correlaria Primum licet in spiritu
vel humore sit subiective sanitas vel
egritudo non tamen spiritus vel humor
est proprie sanus vel eger denominabilis
Prima pars patet per unum argumentum
ad oppositum adductum 2a similiter
patet quia nichil est formaliter sanum
vel egrum nisi sit formaliter vita par-
ticipans ut colligitur primo de sensu et sa-
nitatem enim et egritudinem impossibile
est fieri vita carentibus sed nec spiritus
nec humor est huiusmodi ut suppono
3° etc. Circa illam materiam videtur prima

gnationes tactas in antiquis ques
tionibus 3° regum questione secunda
Rem considerarium licet in humore vel
spiritu sit vel esse possit subiectum sa
nitas vel egritudo non tamen spiritus
vel humor esse posset subiectum sani
tatis vel egritudinis propinquum sup
ius quin isto pro illo vide 2° huius quoe
stio Contra hoc ergo sonant verba
Avic prima primi capitulo de subiect
medicine cause vero materiales pro te
in quibus sanitas vel egritudo inve
niuntur subiectum quod propinquum me
brorum aut spiritus et compositi in quod
aut proprie et pro isto potest dici / et
primo quod hic aut tenetur distinctione du
bium cum causat an esset spiritus for
maliter vel solum virtualiter qualiter
patet autem quod apud ponentem spiritum
formaliter animatum concedendum
spiritum esse sanitatis subiectum pro
pinquum ad sensum datum Alii dicunt
autem spiritum esse subiectum propinquum
pro quanto spiritus est causa preparativa
et dispositiva membri propinqua
membro ut sit aptum subiectum sani
tatis aut vite ut sicut enim dispositio
activa ad agendum active concurrit
ad actionem et reducunt ad genus effi
cientis Ita passiva dispositio subiective
concurrit sive materialiter et per quod
reducitur ad genus materialis cause //
hec tamen responsio probabilem re
cipit instantiam quia peues hunc mo
dum loquendi complexio compositio
figura ut essent ab avicenna ponendi subiecta
propinqua sanitatis quia pro quolibet
istorum propinque disponitur membrum
ut sit sanum et ideo hec tamen op
positum sonant cum verba si quis bene
consideravit ideo tenetur prima respon
sio Quarta conclusio capiendo forma
vel causam formalem proprie nullius
sanitatis vel egritudinis que est accidens
superadditum sano vel egro est forma
vel formalis causa patet quia quelibet
sanitas talis est forma forme autem
non est forma proprie sumpta ut col
ligitur 2° methaphisice commento ut Quinta
conclusio capiendo formam improprie
scilicet 2° vel 3° modo complexio compositio
et virtus sunt formales cause sanitatis

vel egritudinis et hanc conclusionem
intelligit Avic prima primi capitulo
de substantiis medicine patet quia
per complexionem compositionem
ut constituitur formalis ratio sa
nitatis et egritudinis nichil enim
denominatur sanitas nisi sit complexio
compositio naturalis et virtus pro
portionata ratio dicit ergo complexio com
positio et virtus in ratione formali
sanitatis et per ipsam complicatur sa
nitas idest essentia Similiter nichil
est egritudo nisi sit complexio compo
sitio virtus improportionata est ergo
virtus sanitatis forma 3° pro quanto
sanitatem ipsam dirigit ad finem
ad quem est sanitas ordinata / Ex
quibus responsio patet ad articulum
quod sanitatis cuiuslibet et egritudinis
improprie quatuor sunt cause quibus
enim causam sit finis et quid efficiens
patet / declaratum est etiam ipsius aliquam
attribuendam esse materiam et for
mam Quantum ad 2um premittenda
primo ut iter breviter tractandum est
Prima requiritur consideratio prima qualis que
gradum attendit hec habitudo ad causam
et econtra et hec conclusio est philosophica
vel methaphisica secundum pene varieta
tem modorum dependentie effectuum
a suis causis dividitur causa in efficientem
quod finalem materialem formalem ut
2a consideratio est specialis gradum
ad corpus humanum inquantum sana
bile ut et hec consideratio de causis pertinet
tinet ad medicinam Sciendum 2°
quod medicinalis consideratio de causis
ab autoribus traditur triplex quia
per quam causarum corporis humani
et inventionem cognoscuntur virtutes
quibus sunt humanum corpus corrup
tive aut conservative aut qualitatis
immutative et hec consideratio est theo
rica tradita secundum canonem in causis gradualibus
libus et in primis quinque libris de simpli
ci medicina et huiusmodi consideratio
non est predictarum intentionis Alia conside
ratio est causarum que presupposita cog
nitione radita virtutum causarum
iam dictarum docetur modus quales
causas in corpore et qualiter quando
et in quanta dosi et sic de aliis mu...

tinud sanitatis approximare debeat
et hec consideratio practica quia per ip
sam acquirit medicus notitiam debiti
modi approximandi has causas ad
sanitatem conservandam et egritudinem
removendam etc. Et etiam sunt inser
te considerationi galienus in hoc 3°
tegni. Supponendum 2°. quod operatio con
sequens operationem istarum causarum
non perficitur nisi sanitatem conservando
aut egritudinem removendo aut per
mutando aut preservando ut declarari
infra videbitur. Ex hiis infertur conclu
sio responsiva ad quesitum omnis causa
de qua principaliter consideratur et
pertinet ad partem practicam est con
servativa vel productiva sanitatis
et hec sub conservativa preservativa
causam comprehendendo sunt infra
videbitur patet quia per quamlibet
talem principaliter intendit medicus sanitatem
preexistentem servare aut ad melio
rem perducere vel egritudinem
removere. Si primum est causa conserva
tiva si 2^m vel tertium est causa sanitatis
productiva tamen etiam preservantes quodam
modo sanitatem producunt. Ex hac sequitur 3
dum scilicet causarum hic a galieno nominatarum
positarum in conservantes et producentes
sanitatem esse bene positam omnis enim
causa conservativa a medico ut per ipsam
operans est preservativa vel produc
tiva sanitatis. Ad argumenta principalia
ad primum quodlibet preter conservantem
et efficientem alie sunt dabiles cause non
tamen de ipsis considerat nec pertinet
ad propositum hic autem solum dixit
galienus causas quarum consideratio
ad presentem pertinet tractatum. Ad
2^m conceditur quod complexio naturalis me
bri est causa conservativa sanitatis me
bri et quidem est causa conservans simpliciter
et quidem pendet a se et aliquomodo
est prius se sicut se medicus conservat
se in sanitate inquantum medicus est
prior se inquantum est corpus egrota
tivum et contra posterior ut patet etc.
Ad confirmationem qualitates com
plexio compositio et virtus sunt for
males cause sanitatis dictum est in
questione negatur tamen illa quod sunt
cause formales ergo non effective effi

cientes etc. et hec loquendo de formali
causa improprie sumpta ut dictum est.
Ad tertium et eius confirmationem
quod dictum in questione patere potest qua
liter sit respondendum ad auctorita
tem Avicenne dicentis simul.

# Utrum cause

conservantes sint tempore
et dignitate priores causis
efficientibus sanitatem. Arguitur
quod non primo eadem numero potest esse
causa conservans et efficiens sanitatem
sed non potest esse idem se ipso tempore
et dignitate prius ergo questio falsa probatio
maior quia aer temperatus vel medi
cina temperata est causa conservativa sa
nitatis temperati et etiam hec est causa re
motiva distemperantie calide vel frigide et
per consequens sanitatis inductiva. 2° ad idem
isto forte dicetur quod nunquam potest medicina
temperata vel aer temperatus removere
distemperantiam et sanitatem inducere re
moto enim distemperantie et sanitatis
inductio non videtur posse fieri nisi
per contraria equalia in gradu quali
vel est medicina temperata vel aer tempera
tus. Contra aer temperatus aut tempera
ta medicina potest distemperantiam calidam
aut frigidam gradualiter remittere
ergo per iterationem approximationem ad
potest totaliter removere. Item frequenter
videtur sine auxilio distemperantiam remo
veri a virtute ergo a fortiori cum medi
cina temperata vel aere temperato
prius. 3° principaliter cause conservantes
sanitatem inquantum sunt conservantes
non sunt cause sanitatis ergo etc. Maior probatur
distinguendo non enim sunt cause sa
nitatis principales vel materiales ut patet
et quod non sunt efficientes arguitur
primo quia contra efficientem distin
guitur ut patet per galienum in litera
similiter quia quod est efficiens alte
rius efficit. Illud autem quod efficit
aliud facit illud esse postquam et hec ratio
formali cause conservantis repugnat.
Item quia efficiens inquantum huiusmodi
agit efficiens enim est unde motus

2° phisicorum sed conservans inceptum huiusmodi non agit hec conservans ut sic non est efficiens R° ad principale argumentum prius tempore est sanitatem fieri vel produci quam illam conservari ergo prius tempore est causa sanitatem producens quam conservans Alius probatur quia prius tempore est rem quamlibet salutem poni [illegible] perimibilem fieri quam factum esse et per consequens conservari Quarto principaliter maioris virtutis et perfectionis est ceteris paribus causa producens quam causa sanitatis conservans Alius probatur quia difficilius est rem de novo saltem prima vicem producere quam ipsam iam productam conservare sed circa difficilius maxime semper est virtus ut 2° celi et 9° ur[?] Confirmatur quia perfectio cause arguitur ex perfectione effectus sed quanto maioris perfectionis fuerit efficiens cause conservantis tanto perfectionis est effectus producentis ergo ut probatur maior quia quemcumque effectum conservat causa eundem prius produxit causa efficiens Similiter sicut per causas conservantes conservari potest sanitas simpliciter ita per curantes potest sanitas simpliciter de novo produci Oppositum sonant verba domini Galieni in textu Sunt vero tempore et dignitate priores significantibus preparantibus et idem continuator 9[?] Ad solutionem questionis ex dictis in precedenti questione supponendum primo quod tam conservans quam efficiens causa sanitatis de qua considerat medicus est res duplex una principalis sicut vel anima de tali non est sermo in proposito cum hoc tractatu sit practica ut visum est in precedenti questione altera instrumentalis et hec iterum est duplex intrinseca scilicet et corporalis sicut complexio compositio spiritus que influxerit cause sunt conservantes et efficientes sanitatem altera extrinseca ut aeribus et potus et de tali in proposito est sermo In hac enim tertio traduntur canones debite approximandi causas sanitatis aut conservantes aut producentes sanitatem Respondendum quod per causam efficientem effectivam sanitatis hic non intelligitur causa sanitatis a qua

fine

nove productiva talis enim est prima vel spiritus gignitivus inclusus in eo sed precise quo tempore productiva quam propter hec antiquus causam sanitatis reparativam vocabant sensus ergo questionis est an cause sanitatis conservative sint priores ut causis reparativis eiusdem Dicendum 3° quod per causas conservantes ut contra efficientes distinguendum intelligende sunt ille que debite approximate corpori illud sub eadem vel simili dispositione permanere faciunt ita ut in eo sumatur similis denominatio respectu corporum illorum cum aliis paribus verbi gratia aer temperatus et cibus temperatus corpori temperato debite approximatus factus est ut corpus temperatum in pueritia permaneat puer temperatus in iuventute iuvenis temperatus licet ab intra in eo per decursum etatum fiat mutatio continua quam ut infra dicebitur quandoque cause conservantes se extendit etiam ad causas reducentes Dicendum 4to quod per dignitatem in proposito non debemus intelligere dignitatem sive perfectionem essentialem huiusmodi causam attributam secundum habitudinem vel conformitatem earum ad sanitatem corporis et eius dispositionis qualis illam causam digniorem corpori et perfectiori corporis dispositioni proportionatur et correspondet debet correspondere et econtra imperfectiorem Exempli gratia temperatam medicina ut capillum venarum in quantum temperata est dicimus digniorem medicina calida in 2° vel 3° et 4° vel simili modo et quia perfectior corpori disposito proportionatur et ab ipsa recipit denominationem licet forte simili modo sit exemplar et absolute multo perfectior His premissis ponende sunt ille conclusiones probatur Prima conclusio cause conservantes sanitatis de quibus hic loquitur Galienus in quantum huiusmodi sunt cause sanitatis arguitur quia ab ipsis ut conservativis pendet sanitas conservata sed omnis dependentia infert causalitatem 9° et quod sunt cause in genere cause efficientis

arguitur quia non sunt cause in
genere cause finalis nec formalis nec
materialis patet cum quod aer temperatus
non est materia nec finis sanitatis cor
poris temperati ergo sunt cause in genere
cause efficientis. Item calor preternaturalis
ab humore putrido impressus in cor
de febriente se putrida pendet ab hu
more quia alias non esset
ergo humor putridus est illa causa
et non in alio genere cause quam efficientis
ergo est illius causa efficiens vel in genere
efficientis tunc ergo sit precise conservans
sequitur causam conservantem in specie
huius esse in genere efficientis reponendam
Item calor spiritus a corde super totum
corpus est causa totius caloris animalis
talis in toto reperti et non nisi efficiens
ut patet destruendo cum ergo sit pre
cise conservans sequitur causam conser
vantem esse causam in genere cause effi
cientis. Item exemplar sequitur radius
a luce primo productus in aerem a
lumine b et per horam post hoc ab eo
in medio consumendus et arguitur
sit non minus nec aliter per totam
horam futuram pendebit a ab quam ab
eo nunc pendeat sed ab eo nunc pendet
et causatur ab eo in genere cause effi
cientis ergo et tunc sed tunc erat pre
cise conservans a et non producens de
novo ergo etc. Item ideo nunc pendet a
luce solis radius impressus in parte
orbis propinqua soli ubi modo est umbra
quam radius qui in aere sole producitur
sed radius in aere pendet a luce solis
in genere cause efficientis ergo etc. Pro illo
videatur similiter avicenna 2a primi capitulo
primo ubi describendo causam dicit
Causa est illud quod primo est et ex
qua provenit inventio alicuius dispo
sitionis aut superiorum etc. ubi per superio
rem intelligit conservationem et per
consequens causa conservans est causa
efficiens dispositionis quam facit
vel conservat. Et pro ista conclu
sione concedendum est primo quod
ex natura rei non repugnat aliquem
effectum esse ipsius efficientis cause
coeternum ut cum radius lune a
sole productus in parte orbis soli pro
xima est effectus solis qui est coeternus

soli si sol eternaliter fuit et per hanc
conclusionem non valere a effectus
habet vel habuit causam efficientem
ergo a effectum incepit vel incepit esse
ex quo ulterius patet non omnem cau
sam efficientem esse quolibet eius effectu
tempore priorem secundo nichilominus non
repugnat aliquam causam efficientem
cum suo effectu tempore posteriorem
et plura alia ex his concludi possent
Prima conclusio aliquae cause producentes
sanitatem sunt tempore et dignitate
priores quam cause sanitatis conservantes
de quibus hic loquitur galienus sed
sicut tactum fuit supra de his causis pro
ducentibus non intelligit galienus hic
Tertia conclusio probatur ponitur
apparenter possibile esse eandem causam
in eodem aspectu sanitatis eiusdem esse causam
producentem et conservativam probatur
sit aliqua causa sanitatem efficiens et
apta sanitatem ab ipsa productam con
servare ergo etc. Et per primum argumentum
adductum ante oppositum medicina
cum temperata sive actualiter sive po
tentialiter talis est apta distemperantiam
calidam vel frigidam removere et per
consequens sanitatem temperati de novo
producere cuius tamen eandem vel omnis
sibi similis est naturaliter conservativa
ergo etc. Contra hanc autem quartam con
tra ex plusquam dictis concedentis quod cause
efficientes egritudinis possunt esse conservative
si non absciduntur efficientes causa conservans
eiusdem et humor putridus efficiens febrem et
ipsam effectam conservat si non abscinditur
non sit autem debet esse de causa effec
tiva sanitatis quia causa sanitatis pro
ductiva pervenit ad egritudinem eo
quod tantum distat a sanitate ab una parte
quantum egritudo ab altera quelibet
autem talis causa si non absciditur
ad ultimam actionem suam producit
corpus ad lapsum oppositum ergo non
est causa conservativa patet autem
quod non ad medicinam quia non oportet
omnem causam egritudinis remotivam
esse equalem distantem ut ut plusquam etc.
asserit sive assumit si tamen complexionis
potest salvari sua plusquam etc. dum dixit
non est autem. Sequitur ne unum de
causa producente sanitatis etc. et tu vide

Quarta conclusio pro intentione
istius galieni in ista cause primitiue
conservantes sanitatem de quibus in
proposito loquitur galienus ut ymo
huiusmodi sunt cause sunt tempore
et dignitate priores causis efficientibus
sanitatem idest temperantibus inquantum
sunt temperantes patet quod sunt te
pore priores Arguitur quod prius tempore
est sanitas quod ipsa temperatur ergo prius
est sanitatem conservari vel quod tempore
produci et etiam dignitate arguitur
et patet quia perfectiori corpori dispositio
denominationem recipit ergo ut Quod
accipiatur corpus a generatione velut
efficiens quod tempore sanitatem opti
mam temperaturam et patet respectu
huius corporis priorem saltem tempore
esse causam sanitatem efficientem conser
vantem Pro illo potest dici primo non
esse possibile a generatione esse egritu
dinem ut innuit vel dici potest quod illi ad
sanatiua non est proprie temperatiua
quia ante non sunt sanitatis dependita
Ad argumenta principalia ad primum
dicitur quod licet eadem uno possit esse
causa producens et conservans prior
tamen tempore et dignitate est secundum
rationem secundum quam est conservans
vel conservatiua quam producens non repug
nat aut idem secundum distinctas
rationes esse seipso prius vel posterius
ad bonum sensum Ad secundum negatur antecedens
et conceditur quod cause conservantes de
quibus est sermo hic inquantum huiusmodi
sunt cause sanitatis in genere efficientis
et tunc arguitur quod non quia contra
efficientem distinguuntur dicendum
quod non distinguuntur contra efficiente
generaliter sumptam sed acceptam pro
producente quod tempore sunt temperate
patet idem patet ad confirmationem
negatur enim quod omne efficiens inquantum
huiusmodi agit vel conservat Ad tertium
conceditur illud ad quod deducunt ar
gumentum scilicet quod prius est tempore
sanitatem a generatione producens
quam conservans sed hoc non repugnat
dictis Ad quartum patet quod dictis in quo
non enim in proposito dicitur causa dignitate maior
quia perfectior effectiua producta vel causata
sed quia proportionata vel relata ad
perfectiorem corporum dispositionem quod

Utrum per
ceptionem dictis sed possi
mus ab intra naturalis
ardere dicitur primo quod non quia
si hoc possibile consequeretur amo
nem calidi in humidum et ipsorum
utriusque resolutionem sed arguitur
quod non primo quia tunc simul idem
esset respectu eiusdem corrumpens
et conservans calidum enim con
servat humidum quia restaurat
et etiam putredinem prohibet iuxta
illum capitulo de signis complexionum
et tunc hoc agit calidum naturalem
humidum ipsum resoluendo si quod
est vera ergo Pro illo inducitur sua
galienum primo tegni capitulo primo capitulo
non enim inquit a proprio de calidi ca
lore quid corrumpitur contrarium
autem omne est augetur enim et cor
roboratur et similiter est et unit unde
quam cuiusmodi a proprio calore dispe
ratur Confirmatur dum calor
agit in humidum manet sub eadem
mensura caloris aut modi vel in co
nuendum calor si primum non vide
tur subtiliatur et resoluitur humidum
si dicitur secundum sequitur quod nunc
ab intra calorem qualiter intendi
Item si calidum est humidi resolutiuum
cuilibet parti humidi resolubilis ca
lor resoluens sufficienter assistit et
in quamlibet partem sufficit digerere
ergo a qualibet parte continue aliquid
partem resoluit et per quid subito ad
non quantum minoratur humidum
Item quelibet pars quantitatiua ca
lidus a priori resoluitur quam aliqua pars est
et cuilibet parti carius applicatus est
calor potentior quam alteri parti oppositi quod
a qualibet parte carius sit resolutio
Ro principaliter arguitur sic quelibet
viuentis vita est naturalis ergo mors
est violenta quia si aliter corpori aliqua
dispositio naturaliter inest tunc oppositum
inest violenter eidem Confirmatur
quia omnis defectus et corruptio est
preter naturam 2° celi 3° nunc est

possibile corpus ad mortem produci
absque hoc quod prius caderet in egritu
dinem vel in neutralitatem tunc
et si posset alicuius corporis vel membri
operatio totaliter auferri ipsa non proprie
prius naturaliter diceretur. Ita quod non appa
probabiliter eo quod inter operationem
primam et totaliter ablatam me
diat operationis diminutio sed non
potest fieri transitus ab extremo ad
extremum sine medio 9° phisicorum. Quarto
arguitur tunc posset sine dolore et
pena accidere mors consequens tamen
predicatori indebitum impossibile quia
omnium terribilium ultimum est mors 3°
ethicorum. Ultimo quia si istra yathei
et auctores alii autem conservativa
inexissent et si ab intra humanum cor
pus inevitabiliter permutatur impos
sibile est ipsum in eadem dispositione
per tempus aliquod permanere et
per consequens impossibile est ipsum
in eadem beneficio medici conservare.
Oppositum colligitur in libro eo eius
quod corpus humanum ab intra continue
alteratur non servans quod habuit
a principio consistentiam tandem ie
vitabiliter ad mortem perducitur quam
tamen secundum canones debite et
causam canonis in egritudinem cus
todiri vel custodiri potest possibile
est ad mortem per eandem perduci preter
nulla superveniente passione ad mor
tem per eandem perduci potest nulla
superveniente passione violenta et
colligitur idem prima primi capitulo
de etatibus. Et hec mors naturalis
nunc medico destinata 2° et 3° primi
capitulo primo et a galieno in libro de
thabe. Primo respondendum est ad
questionem 2° tangetur modus quo
ab intra potest accidere mors naturalis.
Quantum ad primum primo sciendum
quod quid per generationem vivens quod
per vitam et mortem proprie intel
ligere debemus que est autem generatio
viventis ut sumitur in libro de morte
et vita prima participatio anime nutritive
in calido naturali dicitur participatio
prima ad dicendum nutritionis et aug
mentum licet enim per nutritionem
et augmentum perficiet vivens anima

nutritiva non tamen illa primo par
ticipat prius enim est necessarium
vivens generari quam illud augeri vel
nutriri per hoc autem quod subiungitur
in calido naturali circumloquitur aristoteles
subiectum et dispositionem sine instru
mentum in debet anima nutritiva
in subiecto subiungi cum enim anima
sit forma in aptitudine operativa necessa
rium fuit eius subiectum dispositum
esse per qualitatem vel instrumentum
in aptitudine operativum tale autem est ca
lor ideo proprie tunc est generatio
viventis quando primo in subiecto
per calorem naturalem qui inventus
predispositum inducitur anima nutritiva.
Sumitur autem vita aliquando pro actu
2° et sic vita est operatio ab anima pro
veniens ut nutritio sensatio intellec
tio quandoque sumitur pro actu primo
qualiter describitur ibidem cum dicit
generationem esse primam participationem
anime nutritive in calido naturali. Sub
iungit autem vita est permansio huius
stabilis anime nutritive in calido naturali tam
diu enim vivens vivere proprie di
citur quamdiu permanet anima
nutritiva in naturali ad sensum dando.
Ex quibus faciliter comprehendi potest
quid proprie sit mors est enim unitio
qua anima nutritiva desinit informare
subiectum et quia hec contrarius conse
quitur accidit propter calorem naturalis
extinctionem cum prima anima nutri
tiva in subiecto conservatur ideo frequenter
improprie auctores vocant mortem
calidi naturalis extinctionem unde
Aristoteles loco allegato mors autem
est corruptio violenta calidi extinctio
et mario et Avicenna tractatu de causis
longitudinis et brevitatis vite contra
rium vite mors est et mors nichil aliud
est nisi et frigiditas et siccitas que pro
positiones non formaliter sed causaliter
intelligende sunt extinctio enim calidi
mors est et mors nichil aliud est id
frigiditas et siccitas ut Avicenna. Ex quibus
patet quod proprie loquendo mors est vita
non sunt opposita nisi desperate mors
enim inquantum huius est transmutatio
substantialis vite vero ut sic non est
transmutatio substantialis sed mansio

anime initium in calido naturali
Verumtamen generatio vincitur et
mors sibi proprie opponuntur sicut
generatio et corruptio substantialis //
Sciendum 2° quod tripliciter contingit
humanum corpus corrumpi et alterari
primo ab intra contrarietate com
ponentium humanum corpus et amore
calidi naturalis in humidum 2° ab hiis
a rebus humano corpori non necessariis
sed casualiter occurrentibus ut morsus
fere aut venenum aut gladius etc. 3°
quod indirecte occursus terminatio na
turalium aut aliorum casuum quarum
occursus est devitabilis ut aeris cibi
vel potus et sic de aliis Ars autem con
servativa de qua tractatur in hoc 3° gal
non tollit primam alterationem vel
corruptionem per artem cum con
servativam non prohibetur actio caloris
naturaliter in humidum nec per consequens
resolutio Similiter per artem con
servativam non prohibetur occursus
lapidis vel gladii perforatio vel con
tusio sed bene bona locata tollit aute
tertiam quia corpus custodit ab indebito
concursu rerum non naturalium
debitam qualitatem et quantitatem
eligere ut infra videbitur hanc summam
complicat galienus in littera et Avicenna 3a
primi primo capitulo et Avicenna inquit
sanitatem custodiendi non est ars que
a morte non securos faciat nec corpus
ab extrinsecis nocumentis muniat atque
ad ultimam vite longitudinem perdu
cat que est secundum dominum hominem absolute
sed de duabus rebus securitatem prebet
putrefactionis penitus prohibitionem
et defensionem ne cito resolvatur
Et quod hoc patet primo quod humanum cor
pus conservari per artem conservativam
non est ipsum per tempus in eadem
omnino dispositione custodiri aut
permanere hoc enim non est possibile
sed ideo subiectum dicitur ~~conservari~~
conservari quia non aliam mutationem
recipit nisi consequentem actionem
naturalem calidi naturalis in humidum
aut alterius non intrinsecus naturam
alterantis et consequentis debitum
occursum rerum non naturalium
que corpus humanum devitabiliter

alterant ad sensum ut serius decla
randum patet 2° solutio questionis
hic ~~proposite~~ propositionis scilicet utrum
ars conservativa sit possibilis vel non
Supponendum 3° quod tripliciter con
tingit calorem naturalem extingui
Primo per solam simplicem altera
tionem a contrario in frigiditatem
inductionem cum unum contrariorum
superatur alterius corruptio 2° per
resolutionem et consumptionem humi
di quod est caloris naturalis susten
taculum et fomentum sicut lucerne
flamma extinguitur consumpto
oleo et materia inflammata inflamma
bili extinguitur Nota tamen calidum
per meram resolutionem extingui
posse quoniam resolutione consequente
actionem cause in ipsum corpus pre
ter naturaliter imprimentis et hu
midum resolventis sicut in morte
que ethica autem sit Alia vehementi
resolutiva contingit quandoque vero
consequitur causam innaturalem
in corpus imprimentem et humidum
resolventem sicut extinctio calidi que
solo etatis decursu contingens in
senio 3° extinguitur calidum per
viam suffocationis sicut prohibita
eventatione extinguitur calor in
corde et spiritus licet alias sit decla
ratum extinctionem calidi per viam
suffocationis aliqualiter esse reduci
bilem ad extinctionem per viam reso
lutionis colligitur hec et distinctio sexta
primi capitulo de complexionibus
etatum et 2° primi capitulo de causis
consequentibus et 3° de accidente
capitulo 3°. Supponendum quarto
quod dupliciter potest dici aliqua mors
naturalis alicui Primo quia quies
ab eo naturaliter intenta qualiter
quietem in centro naturalem dicimus
terre 2° quia ab intra eveniens ut
consequens actionem intrinsecam cor
poris inevitabilem nec corpus contra
latitudinem sue sanitatis alterativam
qualiter etiam febrem naturalem dicimus
ab contra cum accidit consequens
naturalem actionem caloris in humidum
quamvis nulla adveniat contra naturam
dispositio Consimiliter per omnia

distingui potest de preternaturali
dupliciter cum potest dici aliqua
mors preternaturalis aut violenta
ut patet ultimo sciendum est quod licet
naturale et violentum et preternaturale
dicuntur ad alterum non repugnat
eandem dispositionem vel mutationem
diversis comparatam respectu unius dici
naturalem que tamen respectu alterius
est violenta aut preternaturalis de-
nominanda contingit enim aliquam
dispositionem ac actionem naturalem
esse in ordine ad agens que tamen
in ordine ad agens particulare passivum
est violenta frequenter est etiam aliqua
actio naturalis in ordine ad agens uni-
versale que tamen in ordine ad agens
particulare est violenta aut preternaturalis
sicut sciale in multis naturalibus quod
amplius declarari potest His premissis
ponitur probabiliter hec conclusio prima
aliqua mors tam in ordine ad agens
particulare quam universale potest esse na-
turalis iuxta primum modum accipiendi
naturale patet primo de particulari
agente generante cum aliquod est na-
turaliter homo et per consequens ho-
minis mors est alicui generanti naturalis
ut nulli contrario naturalis est
sui contrarii corruptio sed omni gene-
ti aliqua sunt naturaliter contraria
ergo cuiuslibet viventis corruptio
est vel esse potest alicui sibi contrario
naturalis patet etiam conclusio de
agente universali scilicet celo cum celes-
tes influxiones sint multorum corporum
et aliorum mixtorum corruptive ut
patet de pestilentia a causa celesti prove-
niente Ex rebus enim ut quidam
dicunt auctoritate [illegible] primo sue
sufficientie videtur mors hominis per-
severata a supercelestibus primo ut op-
timo bono ad quod homo finaliter tendit
cum completo corpore perficiatur hoc enim
in hac vita non est homini possibile
2o ne novorum generabilium deficiat
generatio moriuntur precedentes ut ce-
dant sequentibus quod si non esset eis tota
terra habitabilis sufficeret 3o quia
alterius corruptio individui alterius
speciei debet esse generatio et addunt
alii ne materie insatiabilis sufficeret

appetitus volebant hec valeant hec
hec persuasiones quantum valent quantum
Secunda conclusio capiendo naturale primo
nulla mors est morienti naturalis
patet quia nullum moriens mortem
eius natura intendit sed ad eius vitam
et permanentiam inclinatur omne enim
aliud nec salutem laborat mortem ut
primam quam demat demat boetius 3o
de consolatione philosophie quo hac sequitur
nullibet esse et mortem violentam seu
contra naturalem eius inclinationem
Tertia conclusio capiendo naturale 2o
aliqua mors est alicui morienti na-
turalis denominanda patet quia alicui
morienti potest accidere mors non sequens
actionem cause alicuius in corpus preter-
naturaliter imprimentis ergo conclusio
vera Ex quo sequitur primo quod non
quamlibet mortem contingentem ab
intra nominandam esse naturalem ab
intra enim potest aliqua causa corpus
preternaturaliter diminuere ymo calor
naturalis quod solo immoderato defectu sed
in corpus preternaturaliter imprimendo
2o sequitur possibile esse aliquod corpus
pervenire ad mortem absque hoc quod aliquam
incidat in egritudinem aut necessitate
nature consimiliter per omnia solum potest
questio qua queritur aut senectus vel
senium sit alicui senescenti naturalis
potest enim esse senectus naturalis
quia ab intra non consequens actionem
cause corpus senescens preternatural-
iter alterantis sed non est naturalis quia
per se intenta et intra senescentis
et est sicut galienus in quinto de thabe-
co capitulo Nota tamen quod omne hu-
manum corpus sibi servando quantitatem debitam
rectum regimen sibi optimo modo
esse ad mortem naturalem perducibile
potest enim hoc repugnare quod parte
complexionis inequalem materiam
aut difformitatem membrorum in
suis complexionibus et compositio-
nibus et plurium aliorum sequentibus
forte videbitur aliquid infra Quan-
tum ad 2m sciendum quod diversitatem
et modum adventus mortis natura-
lis diversi quod diversis causis investiga-
verunt Alii enim quod diversitatem ...
menti ad intrinsecum quia et si invidus

biuratur et assimilatur nutribili
dum tamen est sibi conveniens repa
titur et ab eo impressionem recipit
nutribile eo quod omne agens phisicum
in agendo repatitur. hec autem alte
rationes sibi continue succedentes de
bilitant virtutes membrorum et qua
litates que sunt instrumenta virtu
tum hebetant et obtundunt. Huius ergo
dum sibi succedentibus alterationibus
tandem membra oportet fieri impotentia
ad explendas vite operationes et sic
tandem senescere hominem et mori. Alia
causa sumitur ex contrarietate consis
tentium humanum corpus vel alterius
viventis quorum quedam
sunt levia quedam gravia et per quan
dam complexionem ligata tenentur
in mixto et hec complexio paulatim
dissolvitur qua tandem corrupta mo
ventur per proprias naturas hec
quidem sursum hec vero deorsum et
tandem sequitur mixti dissolutio. ¶
Tertius modus est quia posito quod ali
mentum hominis precise acciperet nutri
mentum eis non simile nullo membro
rum per suas qualitates alteratum
quia non potest nutrimentum uniri
membro nisi per actionem caloris di
gerentis subtiliatum et nutrimentum
per poros distribuendum necesse est con
tinue in humido membri aliquam evapo
rationem fieri et per consequens mem
bra substantiam indurari inspissari
et terrestrem fieri. quanto autem magis
induratur membrum et terrestrius
minus est susceptibile restaurationis
unde tandem fiet inhabile ad nutrimen
tum suscipiendum et hec predicta
et colliguntur huiusmodi ab alberto
magno in libro suo de etate ultimo capitulo
Et perfectior modus colligitur 3a primi
primo capitulo. Pro quo supponendum
est calidum consistens circa quam calido
et humido diminuto non potest anima
informare suum subiectum aut in eo
debitas operationes producere non enim
cum frigiditate aut siccitate causata
sicut est in lapide vel ferro posset anima
nutritiva informare membrum aut
operationes debitas in animato producere
¶ Supponendum est 2o quod cuiuslibet

mensure caloris naturalis actualis
viventi naturalis limitata etiam
respondet mensura humidi circa
quam diminuto humido non potest
calor hic naturalis in materia conservari
patet enim experimento nullo contra
rio extrinsece occurrente
ad plurimam resolutionem humidi
consequenter extinctionem aut diminu
tionem caloris. in humido fovetur
et conservatur calidum huiusmodi
circa ipsam mensuram caloris debi
tam quia non ad quamlibet diminu
tionem humidi sequitur caloris ex
tinctio vel diminutio ut primo alias
capitulo de complexionibus etatum
declaratum est ¶ Supponendum
3o quod licet calor naturalis humido
sustentetur et foveatur non tamen
absolvitur ab actione caloris in ipsum
et substantiam eius consumptione
nam quamvis calor ut naturalis sit
sit humidi restaurativus et conserva
tivus inquantum tamen calor abso
lute primo est subtiliativus et resolutivus
et per consequens substantie consumptivus
Ad hoc autem sequitur humidum
caloris et vite sustentamentum continue
terrestrius fieri et sicut semper cum
agit calor quod subtilius est et magis
aereum resolvendo et relinquendo
terrestrius quia quanto subtilius
est humidum et magis aereum est
resolutioni patitur ex quo patet per
actionem caloris in humidum fieri
continue humidum impurius et
ad vite et caloris sustentationem de
terius. ¶ Contra quia in processu
etatis a pueritia ad iuventutem
licet sit humidum continue terrestrius
videtur tamen pro vita multo melius
et perfectius cuius signum est operationes iu
venum perfectiores esse quam puerorum ¶
Iuventus habet complexionem magis
equalem pueri complexione prima
primi capitulo de complexionibus
etatum. Pro isto videtur quod licet usque
ad iuventutem humidum est siccat
continue pro operationibus melius
redditur tamen continue pro vite
duratione deterius cum enim continue
sit terrestrius est minoris temporis

calor fuerit sustentamentum hec intelligo
Avicenna 3a primi primo capitulo
De consumptione perfectio et necessitas
nostra et potentia permanendi operatio
nes non est nisi per multam sicci
tatem que nobis accidit deinde siccitas
incessanter procedit donec nos priuat
et nostra perimit propter quod operatur
conservatione in principio huiusmodi equa
actiue ut Ex hiis colligi potest modus
quomodo ab intra potest mors naturalis
accidere nam calido naturali humidum
continue resoluente et terrestrificante
necesse est humidum ad tantam sic
citatem et terrestreitatem produci tan
dem enim ut non sit amplius caloris
naturalis sustentamentum propter
quod deducta accidentali causa mortem
accidentalem accelerante contingit
calorem naturalem extingui et per
consequens corpus ad mortem perduci Ad
hanc autem humidi consumptionem
coadiuuat aer nos continens qui
in qualitatibus eius nos desiccat
ut infra videbitur labor corporis
et animalis et cetere res non natu
rales quas inevitabiliter debere continue
nos circumstant ut visum est circa litteram
prima primi primo capitulo de com
plexionibus etatum innatur etiam huic
flegmaticus in senio multiplicatus
tegendo et suffocando calidum et qua
litati obuiando ut prima primi alle
gato capitulo / et hoc etiam amissione
prestat quod in ultimo senio debilitato
calore et membris anhelitus induratis
et factis terrestribus desinit motus
anhelitus et spiritualium unde ueloci
tatur parui caloris naturalis rema
nentis extinctio propter quod aristoteles
in libro de morte et uita principium
autem uite deficit habentibus si non
refrigeratur calidum et commanetur
ipsi quemadmodum dictum est frequenter
ipsum a seipso quidem
quidem hiis quidem tempore hiis
quidem brachio indurati fuerint
propter temporis longitudinem in
durat hiis quidem brachiis hiis au
tem pulmon et factis terrestribus
non possunt has partes mouere neque
elevare nec simul intercedere tandem ergo

siccitatem extinctione macescit ignis in
hiis omnibus colligi possunt differentie
quedam inter mortem naturalem
et violentam siue preternaturalem
differunt enim quia mors naturalis
nunquam sequitur actionem in corpus pre
ternaturaliter influentem sed mors
preternaturalis non accidit sine huius
impressione et ex hoc sequitur diffe
rentia 2a scilicet quod mors naturalis non
necessario tamen eius causam presup
ponit egritudinem aut neutralitatem
aut egritudinem utique Ex quibus
sequitur 3a differentia mors enim
violenta secundum plurimum accidit
cum dolore et pena mors vero naturalis
non unde aristoteles in libro de morte
et uita propterea sine tristitia est quia
in senectute mors nulla cum violenta
passione contingentur moriuntur sed
in sensibili anime absolutio fit omnino
Ex quibus sequitur differentia quarta
scilicet quod naturalis mors non accidit nisi
in ultimo senio mors autem violenta
indifferenter in qualibet etate potest ac
cidere Ad argumenta principalia
ad primum conceditur conclusio illa
scilicet quod idem calidum respectu eiusdem
humidi est corrumpens et conservans
non tamen secundum idem calidum
inquantum resoluit et consumit humi
dum corrumpit uel saltem ad corrup
tionem disponit inquantum tamen
restaurat digerit putrefactionem pro
hibet et humidi dissolutionem retar
dat conservat et corruptioni resistit quod
admodum aer nos ambiens inquantum in
contrarius calorem temperat corpus nostrum
conservat inquantum virtute solis et stel
larum humidum et substantiale quod
fecit membrum corrumpit uel ad
corruptionem preparat primum ergo
istorum operatur calor naturalis inquan
tum calor absolute 2m vero ut na
turalis est et ad hunc sensum procedit
auctoritas galieni Ad confirmationem
primam dicitur concedendo quod continue
in qualibet parte que resoluitur ca
lor intenditur ideo cum resoluitur
quia a calore subtiliatur et ad
calorem vapores adducuntur non tamen quod
hoc sequitur continue in humano corpore

esse calorem intensiorem quam prius fuit in eadem parte dum resolvebatur. Ergo in candela accensa lumen et calor per tempus manet uniformiter tandem esse tamen cum hoc semper partes eadem manentes qualitatibus fient fortiores dici potest probabiliter quod licet in parte resolvenda nulla sit caliditas quia in qualibet tali continue intenditur spissatur in eadem continue transit et sub tiliatur donec tandem in vaporem re solvatur ideo cum gradus caloris cum spissitate maiori preparare potest ad le vitatem maiorem et subtilitatem quam cum spissitate minori et iuxta hanc ra tionem concesserunt quidam calorem esse per se spissatus productivum et quod in gradus caloris cum spissitate remissa sunt convenientis dispositio forme vo lens qui cum spissitate intensiori sequitur disponit ad formam vaporis. Ad 2am confirmationem negandum est consequentia quia licet qualibet parte humidi me bralis calor assistat etiam qualibet parte eius agat vel sufficiat agere non tamen sufficit continue a qualibet parte aliquid resolvere prius cum tempore sufficiat calor in quandoque parte humidi mem bralis figuraliter agere quod sufficiat illam resolvere ut patet intuenti. Ad aliam confirmationem negandum est quia posito cum aliquam partem carnis multum esse teneram cum tamen aliqua pars ossis sit acrea et si arguitur quod nullius partis calor sufficiat in huiusmodi humidi agere eo quod nulla pars ab intra potest separatum alterare ut videtur sensisse commentator 2o phisicorum commento primo 1o phisicorum commento 3o et nono methaphisice commento 12o et pluries alibi. Propterea dicendum est quod nullum ens naturale aliqua forma per motum naturalem acquisibilem omnino privatum est ab intra ad illam per se mobiliter nihil enim omnino privatum est calore aut frigore ab intra per se potest tamen ca lefactibile vel frigefactibile omnino tamen privatum loco est per se ad illum locum mobile ut ignis consistens in centro ab intra et per se mobilis est ad circumferentiam sed de hoc alibi confirmandum. Ad 2um principale qualiter aliqua eadem res

sit denominabilis naturalis et violenta secundum varias acceptiones huiusmodi terminum naturale patet ex primo articulo. Ad 3am principale conceditur quod est conclusio et consequentia quod possibile est aliquas membrorum operationes taliter auferri licet non prius fuerunt preternaturaliter diminute sed ex hoc non sequitur fieri transitum de extremo ad extremum quia licet enim non necessario prius quam au feratur operatio ipsa preternaturaliter minuta non prius ad non gradum per fectionis inducatur sed de hoc in principio huius satis visum est. Ad quartum et similiter ad ultimum dicendum est ut supra.

## Utrum tantum

sex sunt res non naturales a Galeno in libro Tegni enumeratae scilicet Aer, Cibus et potus etc. Arguitur primo quod non preter has sex plures sunt alie humanum corpus inevitabiliter alterantes puta celum celestes influentie terra aqua ignis hec enim omnia hu mano corpori inevitabiliter obviant et suis qualitatibus non immutant. Confirmatur quia preter has sex res enumeratas mores artes sexus etc tates humano corpori inevitabiliter oc currunt et illud etiam suis qualita tibus immutant. 2o ad principale ar guitur nullus aer necessario humanum corpus alterat ut patet discurrendo ergo nullus est aer est res non naturalis oppositum arguitur quia aer est de necessitate nostrorum corporum 2a primi doctrina 2a capitulo 2o. Et licet autem sunt res naturales eo quod sunt partes prime humani corporis prima primi capitulo de elementis. 3o quelibet res non naturalis alterans vel conservans huma num corpus est comparatione humani corporis quod alterat vel conservat causa primitiva non enim est respectu eius causa corporalis sed aer cibus vel potus alterans est causa corporalis ergo aliquis cibus vel potus non est res non naturalis probatur minor nam sic potest bibere causativum proprium quod bene fluctes

et sanum sicut sanguis lenem stomachum
sensibiliter ledere Similiter hic talis
cibus vel potus est humor ergo est
res naturalis et per consequens non
est res non naturalis Confirmatur
quia cibus vel potus quantumcumque de-
puratus non conservat humanum corpus
sed sanguis temperatus et humidus 2o
temperate quod ipsa genite sit hec ergo con-
servatio non videtur attribuenda cause
primitive sed corpori puta humiditati
re vel sanguini Dum enim cibus stat
sub forma cibi nec quod conservat corporibus
ut causa primitiva nec quod conservat Si-
militer argui potest de cibo medicina-
li quia taliter alterat cibus medicinalis
humanum corpus qualiter cibus temperatum
ut causa primitiva corpus alterat
Quarto ad principale arguitur eva-
cuatio et repletio sompnus et vigilia
motus et quies et accidentia anime
non sunt res non naturales igitur questio
falsa Assumptum arguitur destruendo
evacuatio enim et repletio non sunt nisi
operationes membri omnes operationes
naturales sunt naturales et per consequens
res non naturales Similiter sompnus
et vigilia sunt res naturales cum quia
sunt operationes per se sentientes
quia sunt in genere operationum Consimili-
ter omnia argui potest de motu et quie-
te et accidentibus anime ut patet in-
tuenti Ad oppositum est Galienus in
Tegni et Avicenna 2a primi doctrina 2a
primo capitulo In ista questione primo
videbitur quid in proposito per res
non naturales intelligendum sit 2o
respondebitur ad quesitum Quantum
ad primum sciendum est primo quod res
circa quas principaliter consideratio
medici versatur sub tribus generibus
continentur scilicet sub genere rei naturalis
rei preternaturalis et rei non naturalis
vocant autem res naturales quascumque
res humano corpori naturaliter inna-
tas Ad eius integritatem constitutivas
et conservationem essentialiter ordina-
tas has vero in septem distinxerunt
scilicet elementa complexiones humores mem-
bra spiritus virtutes et operationes quelibet
enim istorum est humano corpori na-
turaliter intrinsecum ut elementa actu

humanum corpus constituentia nec-
non Similiter quodcumque istorum est
essentialiter ordinatum est ad humani
corporis constitutionem ut elementa que
sunt partes prime humani corporis ad
integritatem eiusdem ut membra ad
conservationem ut spiritus complexio
virtus et operatio Econtra vero res
preternaturales vocant quascumque res
vel dispositiones sanitati humani cor-
poris contrarias aut humani corpori
disconvenientes vel qualitercumque
eius conservationem prohibentes que
triplici distinguntur genere scilicet causa
egritudo et accidens ut 2a primi capitulo
primo et 3o de accidente Est autem
causa res vel dispositio preternaturalis
ex qua provenit vel apta est prove-
nire egritudo et non mihi hic de neutra-
litate ut nunc contra egritudinem dis-
tinctam Egritudo vero est dispositio
preternaturalis ex qua immediate pro-
venit nocumentum in operationibus ut
primo huius declaratum est accidens autem
est dispositio preternaturalis pendens
ex egritudine Ex quibus omnibus patet
quod res naturales inquantum huiusmodi
sunt humano corpori convenientes res
autem preternaturales inquantum huius-
modi sunt eidem disconvenientes res
ergo naturales secundum se de se innate
sunt ad corporis humani conservatio-
nem inquantum tales sunt res autem
preternaturales contra ad destruc-
tionem eiusdem et quia inter res sic
se determinatas ad oppositum dantur
medie puta res ad neutrum istorum
declarate sed ad utrumque indifferenter
se habentes secundum occasionem corp-
oris ideo preter res naturales et preternaturales
posuerunt auctores res medias quas non
naturales vocant et sunt res humano
corpori inevitabiliter occurrentes que
eidem a medico debite administrate con-
servant illud non debite vero administra-
te corrumpunt propter quod dicit
in Tegni Galienus quod hec sex genera causarum
non naturalium necesse quedam fit
transformatum sanativum et egrativum fiunt
enim materia una modo conferens est
indifferentium contrariorum susceptiva
Ista autem quia consistens medium ad has se

habet ut fiat causa sana et conserva
tiva aut eger et destructiva secundum
varios modos accessus eius. Consi
militer de aliis dicendum est. Unde
2o ut colligitur ex dicto aristotelis quin
tupliciter sumitur necessarium. Primo
sine quo non contingit vivum esse aut
vivere aut debite permanere qualiter
respirationem necessariam dicimus
pulmonem habentibus. 2o sive pro
illo sine quo non contingit vivum bonum
sibi acquirere aut nocumentum expel
lere sicut vestem in hyeme necessariam
dicimus esse ut domum et huiusmodi. 3o
sumitur pro coacto qualiter cursum
fluctuum coacte currentium dicimus necessarium.
4o sumitur necessarium prout distinguitur
contra contingens pro constituto quod impos
sibile est aliter se habere. In proposito
vero cum dicimus rerum non naturalium
accessus nobis esse necessarium intel
ligendum est hoc primo et secundo mo
do illarum enim accessu non contingit
hominem per suas etates devivere nec
malum expellere nec bonum sibi acqui
rere. Ideo probabiliter dicere possumus
huiusmodi rerum cursum non esse ne
cessarium simpliciter esse tamen neces
sarium ex suppositione supposito enim
quod corpus per suas etates convenienter
accurrere debeat necesse est has res non
naturales eidem accurrere. Nota ta
men quod licet de proprietate sermonis
omnes iste propositiones sint false aer
necessario occurrit corpori humano
cibus et potus motus et quies necessa
rio nobis accurrit quia nullus est
iste ille. Ad istos tamen sensus ab auc
toribus conceduntur necessario nobis
accurrit aer. Impossibile est enim
hominem in suas etates devivere quin
ipse accurrat aer cibo potu et sic de
aliis. Si ergo aliquis declaratus acuti
bus vel potus ut dicuntur res non naturales
hoc quia necessario ei vel secundum
speciem similem accurrit corpus hoc se
serunt antiqui dicentes quod istis spore
bus in genere vel generalitate sua huius
modi corpus necessario obviat quamvis
in sui qualitate non necessario accurrat
eis. Dicendum 3o quod quamvis iste 6o
res non naturales necessario nos al

terant ad sensum dictum tamen dif
ferunt quedam continue ut aer inter
polate ut cibus vel potus quedam
mediate ut sompnus et requies. Similiter
quedam res alterant per virtutes
quas ipse habent actualiter ut aer
cibus et quedam solum per qualitates
quas ipse virtualiter continent ut mo
tus et accidentia anime. Dicendum 4o
quod preter hec sex enumerata plura videntur
alia humano corpori inevitabiliter
accurrentia ut aer aqua terra ignis
celum etates artes mores et regiones
et consuetudines hec talia non constituunt
genera rerum non naturalium distincta
a rebus superius enumeratis quoniam plu
ra istarum ad eadem genera reducuntur.
Terra enim et aqua raro et non nisi
per immediatum accessum nos alterant
licet mediate nos aer continue et inevita
biliter. Unde secundum latam media
considerationem etiam sub aere compre
henduntur vel ad aerem reducuntur.
Alteratio autem aque nostrum corpus
ingredientis dum sub alteratione cibi
et potus continetur ut patet de igne
ut manifestum est quod non necessario
nos alterat nisi mediante aere cibo
vel potu celum autem alterat nos ca
lefaciens infrigidando aut alias qua
litates manifestas imprimendo non
nisi mediante aere alterat etiam non
mediantibus qualitatibus occultis
secundum varietatem aspectuum aut
coniunctionum et has qualitates notum
est non nisi mediante aere ad nostra
corpora pervenire licet dixerint
aliqui non esse de consideratione me
dici sed astrologi. Artes autem vel
mores non necessario nos alterant
vel si necessario nos alterant hec al
teratio est ad motum et ad quietem
aerem vel accidentia anime reducendo
ut patet per artes discurrendo mo
res vero ut dicit plus sepius ora alterare
non habent tamen considerationem non
est considerationis medici sed phi
losophi moralis. Probabilius autem vi
detur dicendum quod mores non alterant cor
pus humanum nisi pro quanto variis
passionibus appetitus sensitivi sub
iciunt corpus humanum. Passibilitates

cum corpus frequenter recte subiciat
intemperantia vero concupiscentie
ergo alteratio motivum reducuntur ad
accidentia anime. Responsio. Cum patet
non alterare nos nisi mediante
aere cibo vel potu etc. De ceteris
vero est dicendum quod non sunt de numero
rerum non naturalium de ratione
cum rei non naturalis est indifferen-
ter humano corpori amminiculo quocum-
que vel inconvenienter administrari, talis
autem non est etas aut naturalis co-
plexio vel compositio et sic de aliis
multis. Dicendum est ultimo quod au-
tores cibum et potum ut rem non na-
turalem consideraverunt eo quod corpus
humanum consimiliter alterant et som-
num et vigiliam eodem modo motum
et quietem evacuationem et retentionem.
Hec enim sunt similiter opposita comprehen-
hensa ergo qualiter vigilia calefaciat
et motus facile comprehenditur qua-
liter somnus et quies infrigidant
apprehensa ergo qualiter retentio ca-
lefaciat et infrigidat similiter perpenditur
qualiter evacuatio oppositum sibi oppositum indu-
cit. Ex quibus infertur hec conclusio
responsiva ad quesitum, proposita sex
sunt genera rerum non naturalium a
Galieno in libro Tegni enumerata. Non enim est
aliquod genus rerum necessario nos
circumstantium et indifferenter corpori
humano convenienter et inconvenienter
administrabilium quin sit aliquod
istorum vel saltem ad illud secundum
latam considerationem medici redu-
cibile et sub hac sensu intelligitur hec
conclusio in littera et 2a pars declarata
2a primo capitulo. Et est qualiter
de intentione omnium medicorum. Hec
vero hec sex medicorum sufficientia a
quibusdam antiquis sumebatur: omnis
res non naturalis vel occurrit corpori
ab extra vel intra: si primum vel ipsa
est apta converti in substantiam mem-
brorum et sic est cibus et potus vel
non est apta converti et sic est aer et quo-
cumque ad aerem sequitur reducuntur.
Si autem occurrit corpori ab intra
vel est principaliter attributa corpori
et sic est inanitio et repletio sive eva-
cuatio et retentio. Et est principaliter

anime attributa et tunc vel est principaliter
attributa potentie sensitive et sic
est somnus et vigilia et potentie
motive et sic est motus et quies vel
potentie appetitive et sic sunt accidentia
anime ut ira odium et invidia. Hec suf-
ficientia recipi potest instantia quod plures
quas proximo dimitto. Alii autem ali-
ter sufficientiam concluserunt primo
assumentes quandam divisionem primum
assumpserunt deinde probabilius as-
sumunt quod si occurrit ab intra vel est
dispositio virtuti naturali principaliter
attributa vel ... ut contra vitalem
distinguitur aut animali simul et
vitali: si primum est evacuatio et re-
tentio; si 2m vel est attributa principaliter
comprehensive et est somnus et vi-
gilia vel motive et est motus et quies;
si tertium et sic sunt accidentia anime ut
ira tristitia gaudium etc., que secundum
sententiam medicorum virtutibus sunt
vitalibus et animalibus attributa simul.
Cum ergo non videantur alia genera re-
rum nos necessario alterantium hu-
mano corpori administrabilium etc.
Ad argumenta principalia ad primum
et confirmationem eius patet ex
dictis in questione. Alii vero difficul-
tatem effugere volentes concesserunt
non continuum somnum esse humidi huius modi
genera et quod auctores enumeraverunt hec
sex ut magis nota et famosa. Ad 2m
tacta est solutio in questione. Pro con-
firmatione dicitur quod non repugnat
aerem qui est nobis intrinsecus et taliter
pars constitutiva nostri corporis esse
rem naturalem, quamvis aer nos am-
biens sit res non naturalis denominanda
ad sensum negandum est ergo quod etc.
Ad 3m negandum est consequentia. Non enim
repugnat idem vario modo consideratum
aut diversis comparatum esse causam pri-
mitivam et corporalem similiter rem na-
turalem et non naturalem sicut com-
plexio calida manus tunc est corporalis
causa comparata tamen stomacho aut
oculo quem ipsa immediate calefacit
si sibi approponitur manus et causa pri-
mitiva et tale manus tunc est res
naturalis inquantum est pars inte-
grans manus inquantum tamen a te

quesitibilis masticatur et glutibilis
sub cibo et sic sub genere rerum non naturalis
continetur et iuxta hoc concedenda
essent plura que sonarent contra co-
munem modum loquendi ut quod aliqua
egritudo immediate dependet a causa
primitiva et aliqua causa primitiva
est antecedens ab quam quidnotem
et gin quod aliqua causa corporalis est
iuxta modum loquendi autorum
corporalis denominanda sed de hoc videtur
post Ad confirmationem dicitur quod
non solum sanguis et humiditates 2e
quo cibo temperate sumpte confirmant corpus
humanum Immo cibum sub forma cibi
positus corpus humanum confirmat in
biis autem et potus sub forma quibus
forma in stomacho si calidus fuerit per
corpus mittit vapores calidos qui spi-
ritibus omnibus quamplurimis eos calefaciunt
frigidus vero frigidos Igitur similiter
ymaginandum a cibo temperato elevari
vapores spiritibus et calori quid confor-
mes et per quos ad eius et totius confor-
mationem quid sit dicendum concedit
cum quod tam cibus medicinalis quam cibus
temperatus aliquando ut causa primitiva
alterat vel confirmat Ad quartum dicit
phisicus quod evacuatio et retentio sompnus
et vigilia motus et quies et accidentia
anime sunt res naturales inquantum
sunt operationes inquantum vero circum-
sunt humanum corpus alterative quam co-
firmative quemeius et unquamvero
indifferenter res innumerabiles va-
cantur non naturales alii dixerunt
non omnes operationes esse denomina-
das res naturales sed solum naturales
et intellectuales plus tamen placet primo
responsio phisicorum

xx

# Utrum humanum

corpus magis immutetur
ab aere quam cibo et potu arguitur
quod non pluribus modis operatur cibus
et potus in corpore humano quam aer ergo
etc. Assumptum arguitur quia cibus
et potus operantur cibus et potus in
corpore humano in nobis a materia

et forma specifica sive a tota substantia
ut 2a primi capitulo de hiis que pro-
veniunt ex eo quod comeditur et bibitur
aer autem in nos solum suis qualitatibus
imprimit Item cibus et potus non solum
dictis modis sed etiam quantitate nos
immutant aer vero solum qualitate cuius
signum est quia cum galienus in libro
cum aliarum rerum non naturalium
docuit debitam quantitatem et qua-
litatem eligere ad quantitatem tamen
aeris nullam fecit mentionem Item
ad principale arguitur sic magis
immutatur compositum a composito
quam compositum a simplici sed cibus
et potus sunt composita sicut corpus
humanum aer autem magis simplex ergo
magis immutatur corpus a cibo et
potu quam ab aere probatur maior quia
in habentibus simbolum facilior est
transitus 2o de generatione Conclusio
cum in genere proportionali facilior
est 2a primi doctrina prima 3o capitulo
Pro isto est autoritas ypocratis et
ysaac de dietis universalibus capitulo
de mutatione aerum secundum quod
hoc cum experimento patet licet enim
aqua frigidior sit opinio vel mandragora
plus tamen aliis paribus infrigidat
nos opium et mandragora quam aqua 3o
principaliter arguitur plus immutatur
humanum corpus ab aqua que est po-
tus absolute quam ab aere ut assumptum
colligitur prima problematum particula
quid aquas permutant morbidum
aerem vero non Idem compressius ta-
git primo problematum dum dicit
quia hec scilicet aqua fit nutrimentum et
Idem ostendit 2a causa quia aqua fere
se plures sunt penes in diversitate quam
aeris Idem confirmat 2a causa quia
aer nobis velociter obviat et velo-
citer a nobis recedit quia vero in cor-
pore longam trahit moram Consistit
quia rarior substantie est aer quam aqua
ergo per qualitatem eius minus
imprimunt hoc idem tertius ostendit
Item quia solum potus aque frigide
contingit curare febrem multe vehe-
mentie quod non accidit per attractum
aeris quantumcumque frigidi Quarto
ad principale arguitur maiorem

aqua

recipit mutationem mutabile in mutationes
multi quam aeris ergo etc. Assumptio probatur
quia per solam mutationem multi quod est
mutabile venenosum fieri non venenosum
3o de anima primo capitulo et e contra
non venenosum aliquid venenosum fieri
ut 3o de simplici medicina distinctione
quarta capitulo primo et 6o quarti
capitulo 2o sed non contingit ut ab
auctoribus positum est per solam mutationem
mutationem aeris venenosum fieri non
venenosum aut e contra ergo aer non
continens non est nostri corporis conser-
vativus eo quod est humani corporis con-
servativus est enim evaporatio unde
advenientes spiritibus 2o primi doctrina
2a 2o capitulo Item quia locus naturalis
est locati naturaliter conservativus ut
quarto de celo et phisicorum dicitur Et pro
isto videtur auctoritas Avicenne 2o de
animalibus quod natura est
esse in aqua vel aere non sentit aliquam
qualitatem calidam aut frigidam in eis
Ad oppositum est Galienus in libro dierum
dicit quod vero distemperatum fuerit con-
tinens id est aer mutatur contemperan-
tiam aliorum eorum oportet inquantum
curatio illius corrupta est Ex quibus
verbis manifeste colligitur aerem dis-
temperatum equipotentem esse aliis rebus
ad alterandum corpus omnibus aliis
rebus non naturalibus simul sumptis
propter quod ad conservandum corporis
temperantiam aptior omnes alias res non
naturales ad contrarium labi equaliter
et per consequens potentior est aer
in mutando corpus humanum quam
sive cibus et potus illud etiam signis
suadet conciliator differentia 1a Ex
contrario in malo aere assueti percipiunt
bonum aerem potum deinde abstinentia
[illegible] potum ultra cibum quaerunt
Patet etiam experimento animalium nam
nulla commutatione aeris cavernas
et nidos cum pullis aut ovis relinquere
ut aeris mutationem et pestilentiam
fugiant prima quarti de signis pestilentie
Item magis necessarius est aer ad con-
servandum humanam temperiem quam aliqua
alia res non naturalis ab ipso enim imme-
diate pendet corporis temperies ergo ma-
gis variatur corpus ex mutatione

aeris quam alicuius alterius rei non na-
turalis Pro responsione huius questionis
sciendum est primo quod non est sermo
in proposito de aere nobis intrinseco
que pars est dicta corporis humani
sed de aere non continente quoniam
intus per inspirationem et expira-
tionem exterius non tangente durat
2o sciendum quod aeri non continenti
tripliciter accidit mutatio naturalis
scilicet naturalis non naturalis et preter
naturam ut 2o primi doctrina 2a capitulo
2o. Voco autem mutationes naturales
mutationes contingentes motum solis in
suo circulo sed quoniam sol fit quandoque
nobis propinquior quandoque diutius
nos aspiciens quandoque obliquius Ex
quo quatuor aeris dispositiones cau-
santur in aere quarum due sunt extreme
scilicet yemis et estas et due medie inter
has sunt dispositio veris et autumpni
et ad has quatuor mutationes adduci
possunt particulares mutationes aeris
contingentes in die naturali que quatuor
mutationibus quatuor prius supradictis
sunt proportionales unde dicimus quartam
unam diei calidam et humidam et hec
proportionatur veri aliam calidam et
siccam et proportionatur estati et sic
de aliis Per mutationes vero non naturales
intelligo mutationes non omnino na-
ture et humano corpori contrarias non
quales tamen motum solis in suo circulo
sed variantes aerem a dispositione que
sibi inest merito solis motus in suo circulo
sunt mutationes quales flatus ventorum
sicut boreas aut dispositiones alias contra-
rias aut celestes non ordinate secundum
cursum quatuor temporum anni con-
tingentes mutationes Mutationes
vero contra naturam aut preter naturam
seu cursum naturalem excedentes sunt
sunt aeris corruptio seu putrefactio ex
qua provenit pestilentia aut eiusdem
in qualitatem manifestam nature contrariam
contrariam mutatio sicut cum mutatur
aer ad extremum calorem vel frigorem
Et notandum est propter has muta-
tiones diverti ex humanum corpus
ab aere disponi Sciendum 3o quod
per potum in proposito intelligendum
esse vel potum absolute qui est aqua

vel potum cibalem sicut diximus per
cibum vero omne quod corpus nutriens in
greditur in eo a materia spatium
et taliter attingendo cibum contendimus
nomen eius ad cibum absolute et cibum
medicinalem etc. Horum vero differentia in
ferius tractabitur. Prenotandum
quarto quod dupliciter potest dici aliquid
alio humanum corpus magis permutare
primo quia vehementius puta velocius
vel intensius. Secundo quia frequentius aut
diutius aut magis continue et sub
utroque sensu proponitur questio. Prenotandum
est quinto quod immutatio humani cor
poris a quantitate rerum non naturalium po
tissime consequitur immutationem prin
cipalium membrorum et maxime
cordis et spiritus eius quibus pro toto
sicut enim totius corporis temperies maxime
pendet ex dispositione principalium
ita econtra distemperies et immutatio
a naturali temperie maxime pendet ex
dispositione eorundem. Ultimo suppo
nendum quod cum queritur an ab aere
vel an cibo et potu magis immutatur hu
manum corpus intelligenda est hec compa
ratio servata paritate eorum quantum est
possibile puta aerem temperatum compa
rando cibo et potui temperato frigidum
frigido et sic de aliis. Intelligendo etiam
quod hec corpori obveniunt modo quo huma
no corpori debent res non naturales
necessario obviare non enim dubium
est cibum et potum sub propria eorum
forma pulmonem ingredientes aut
ad cor pervenientes sicut aere humanum
corpus immutare immo subitam quandoque
suffocationem inducere. His premissis
tenende sunt probabiliter hee conclusio
nes. Prima conclusio aliquis cibus
vel potus est aliquo aere nos continue
humano corpori magis alterativus quam
aer temperatus ergo conclusio vera.
Assumptum patet inductive. Secunda conclusio
quod ceteris paribus magis immutatur huma
num corpus ab aere quam a cibo et potu
ad hunc sensum quod magis continue et
vehementius a temperato aere quam a
temperato cibo et potu immutatur. Secunda pars
magis continue et vehementius a tem
perato aere quam a temperato cibo et potu
immutatur. Similiter magis continue

et vehementius est a calido aere quam a
calido cibo et potu et sic de aliis. Et
persuadetur hec conclusio multipliciter
primo quia aer cum suis qualitatibus
actualibus immediate et fere continue
attingit cor et spiritum et calorem na
turalem cordis undique etiam nostro corpori
et calori obviat sibi contiguus ingrediendo
per poros ingrediendo et anhelitum
inspirationis cibus et potibus accidentaliter
sumptus. Secundo persuadetur conclusio sic
plus in equali tempore alteratur huma
num corpus per subtractionem aeris
quam per subtractionem cibi et potus vel
ergo per adventum aeris tollatur
huiusmodi alteratio sicut per adventum
cibi et potus tollitur alteratio consequens
cibi et potus subtractionem sequitur
per adventum aeris plus alterari
humanum corpus quam per adventum
cibi et potus. Item a quantitate rerum non
naturalium temperata consistente magis
pendet temperies cordis et ab eadem tem
perata consistente magis provenit vel
pendet distemperies eiusdem sed ab aere
temperato consistente magis pendet tem
peries cordis puta spiritus cordis et ca
loris corporis. Galienus hoc idem ostendit
opponentium commutationem aeris ad
dispositiones venenosas et pestiferas
unde accidit aerem humana corpora
quandoque quasi prima obviatione per
imere [illegible] in subita tamen
aptura visum est hanc etiam conclusionem
declarat Conciliator Paduanus. Primo
quia aer facilius immutatur tempera
tione cibi et potus et has immutationes
ut patet cordi et spiritibus communicat.
Quod vero aer sit facilius alterabilis
declarat quia substantie subtilis et quia
situatus est in loco ad quem facilime
omnes actiones corporum celestium impressiones
perveniunt. Et quia calidus est et hu
midus in primario debetur humiditas
et caliditas secundario et per que est
putrefactionis maxime susceptivus.
Cum etiam humiditas sit qualitatum
primarum maxime passiva. Item
ut ceteri elementi aer est plurimus in
pressionibus celestium corporum
subiectus ergo per virtutes celestium
est maxime impressionis. Assumptum

declarant astrologi quia quelibet
spera aliorum elementorum ab aere continetur
et movetur ab uno planetarum. Sol
enim ignem principaliter movet unde
sol et ignis in luce et calore conveniunt
lunam vero aquam secundum vero
accessum superius et inferius et ad invi-
cem recedentium (?) mare fluit et refluit secundum
enim lune etatem fluxus maris et re-
fluxus variantur secundum quod in op-
positione vel coniunctione fuerit Saturnus
aut Jupiter et Venus et Mars et Mer-
curius cum suis speris aerem unde trans-
mutant a Saturno enim recipit aer frigi-
dus esse a Marte et Jove vero tempore
in calido vero in frigore a Venere impassi-
bilitatem et passibilitatem similiter a
mercurio suscipit quia indifferens est
et ad omnia de facili permutabilis. Spera
vero octava scilicet stellata terram etiam
movet unde dicitur licet longis periodis cau-
santur in eo transmutationes propter
quod ubi nunc mare ibi olim fuit arida
et econverso primo metheororum. Et hanc ergo
conclusionem adducit conciliator plu-
rimus aliis mediis que deducta sunt.
Ad argumenta principalia ad primum
negatur quia licet aer non tot modis
operetur in humano corpore sicut cibus
et potus vehementius tamen et diutius
nos immutat. Contra ita operatur aer
a forma specifica et a materia in humano
corpore sicut cibus et potus ergo non
pluribus modis operatur cibus et potus
quam aer. Assumptum arguitur quod cum a
forma specifica operetur patet cum fre-
quenter occultis proprietatibus in
eo a celestibus aut [illegible] impressi-
nos immutet. Et etiam a materia unde
Galienus in libro de utilitate anhelitus
ubi ponit aerem necessarium esse ut
nos refrigeraret sed etiam spiritum nutriret.
Pro isto conceditur quod aer a forma spe-
cifica immutat humana corpora non tamen
in illis operatur a materia. Pro autem
vero Galienum dixerunt quidam ipsum
fuisse illius opinionis in quo [illegible]
Alii dixerunt aerem improprie nutrire
spiritum ille enim fovetur spiritus
sicut supra dictum improprie dicimus
nutrire stomachum sed de hoc infra plus.
Ad confirmationem dicitur quod sicut
cibus et potus sua quantitate nos
immutat ita et aer magis nobis respectu
ipsorum prestat magna ipsius quantitas
quam parva. Ad autem Galienus de men-
sura quantitatis aeris non facit mentio-
nem ut videbitur in tabula (?). Ad secundum prin-
cipale dicitur quod quamvis aliquod com-
positum ab aliquo composito maiorem
recipiat immutationem quam ab aliquo
simplici, isto dato non tamen a quolibet
quia non inter quecumque composita
currit proprietas et convenientia talis
qualis inter cibum et cibatum nec etiam
grana (?) inter lignum et metallum la-
pidem et vitrum et contra currit pro-
prietas et convenientia inter mixta in
proprietatibus occultis quia unum est
alterius assimilativum natura et
non econtra qualis reperitur et pro-
prietas et habitudo inter humanum
corpus et cibum absolute quandoque
vero cadit inter ea proprietas que
unum alterum natura corrumpit sed
non assimilet et non contra qualis
est habitudo inter venenum et hominem
absolute licet ergo cibus sit mixtus
sicut corpus humanum non sequitur
tamen ipsum corpus humanum magis
immutare aerem quamvis dicitur est cibus
et potus esset de se magis alterativum
humani corporis quam aer propter tamen
aerem magis continue et iugiter refrigerare
fovet calorem scilicet cordis accideret quod cibus
non sequitur comparatione cibum corpus hu-
manum magis immutare. Ad probatio-
nem maioris qua videtur Aristoteles
unumquodque simpliciter quodlibet compositum
magis immutare quia in habentibus
symbolum etc. et quia conclusio in qua
proportionali etc. dicitur quod aliquando
maior est virtus symbolicitatis compositi ad
simplex quam compositi ad compositum
ut cum [illegible] sicut sulfur ad ignem
maior est proportionalitas non solum
virtualis sed etiam actualis quemadmodum
frequenter maior est plus cum ac-
tualiter conveniunt spiritus cordis cum
aere quam cum lapide vel ferro et per
idem patet quid respondendum sit
ad auctoritates Isaac et ad oppo-
nentium adductum. Ad tertium prin-
cipale dicitur negando assumptum

aliis partibus et sic aqua pro potu
accipitur non pro refrigerio nobis
occurrentibus patet enim quod si aliquid
per inspirationem nobis occurreret si-
militer vehementius aer nos immutat
sive corpora nostra. Pro auctoritate
vero Aristotelis dicitur quod quia ut plu-
rimum in brevi spatio magis contingit
aquas difformiter variari in suis
qualitatibus quam aerem ergo magis
morbidum est mutare aquas eo enim
quod aque quibus utimur in potu secundum
varietatem terrarum vario modo dis-
ponuntur accidit in spatio brevi reperiri
aquas in suis qualitatibus valde dif-
formes ut sit aqua mineralis aqua lu-
tosa aqua nitrosa aqua grossa quod qui-
bus humana corpora diversimode dis-
ponuntur per qualitates eius cum terra
aqua transit talem virtutem contra-
hit non sic autem contingit de aere
frequenter enim aer in toto una re-
gione permanet uniformis ergo aere
intra regionem mutare non est morbi-
dum. Si tamen aque proportionaliter
mutarentur aer in sua latitudine sicut
aqua aerem mutare esset magis mor-
bidum et quod hoc patet quod intellectus pre-
cause posite ab aristotile per eam
illam non plus probat aristoteles nisi
quod permutare aquas est morbidum
quia fit nutrimentum hoc est simul per
totum corpus nutritivum nutrimento eo-
dem modo patet secundum causam
non dum dicit quod
aliquae secundum se plures sunt spe-
cierum cum solutionem ibi ad secundum
Pro tertia vero causa dicitur quod im-
pressio facta per aquam malam longo
tempore perseverat vel cibo tollitur
per mutationem aque cum remaneat
aqua precedens sumpta seu commixta et
cum nutrimento transeat per omnes
digestiones mutatione vero facta per
aerem malum per mutationem aeris
ad contrarium faciliter corrigitur nisi hu-
mida et spiritus iam valde transmutata
fuerint. Hoc autem videtur potius
arguere aerem magis immutare cor-
pora quam aquam. Aliter dicit concilia-
tor quod mutatio aeris est duplex una
quia mutatur in sui substantiam

cibo

vel qualitatem corruptus venenosus
sicut cum fit pestilentiatus. Altera quando
mutatur in qualitatibus manifestis
concedit ergo positio primam muta-
tionem aeris esse morbidam cum qua
magis contingit aerem huiusmodi suscipe-
re propter quod infirmitatis pestilentia-
lis nulla in piscibus videtur esse nec
inventus sicut in hominibus unde sepe
et animalia quadrupedia et quasi
boves ut septimo de historiis quarto
capitulo quoniam videtur quod alio nisi quod
infecto pestilentialis magis accidit
aeri quam aque quidem tamen haud diffi-
citer conati sunt reducere dispositionis
passionum tamen etiam quia aer
immediate cor attingit et basim vite.
Si autem fit mutatio aeris secundum
qualitates manifestas tantum tunc
vel illa mutatio est magna vel communis
sicut est mutatio quod aere primi vel secundi
climatis ad aerem sexti vel septimi quod
hac mutatione aeris plus leduntur
corpora quam quod proportionali mutatione
aquarum corpus namque medium secundum
complexionem fiet quale corpus sedam
aut infirmabitur aut morietur prima
primi capitulo de complexionibus vir-
tutes enim spirituales celestes magis
imprimuntur et vigent in aere quam in
aqua. Si autem mutatio sit non longinqua
sed propinqua sicut de parte ad partem
propinquam eiusdem rationis aut
regionis sic secundum plurimum magis
morbidum sunt aquarum mutatio
quam aeris et haud putat conciliator
fuisse sinum problematis propter
enim aeris simplicitatem in parva
distantia non recipit aer diversitatem
tantam sicut aqua non recipit eve-
nationem sicut aer et alia vero adducit
conciliator. Ad confirmationem co-
ncedendum quod aliquomodo occurrere
potest nobis aquam non magis immu-
tare sufficiens corpus nostrum quam aer secun-
dum accurrit ut medicina constitudis
curativa sed de hac modo accursus non
est in proposito sermo ut supra. Ad
quartum principale negatum assumptum
et ad probationem primo negandum est
quod licet enim corpus cum mutatione
aeris non recipiat mutationem talem

qua de non venenoso fiat veneno
sum. Recipit tamen non in morem illa
dum que aer per mutationem corrumpitur
vel dicitur quod sicut per paulatinam
assuefactionem ad venenosa potest
aliquis non venenosum fieri venenosum ita
per paulatinam assuefactionem ad
aerem venenosum potest homo fieri
venenosus per suum anhelitum po
tens alios interficere et corrumpere
sed de hac infra. Ad quintum negandum
est illa consequentia aer est necessarius cor
poris conservativus ergo non est aliquis
immutativus ut patet quo dictis. Et per
idem patet ad confirmationem qualiter
autem sit intelligenda auctoritas avicenne
allegata videbitur infra dum tracta
bitur de conservatione corporis humani
per aerem.

Verum ad
debitam ministrationem
sex rerum non naturalium
sunt solum due circumstantie sive con
ditiones considerande scilicet qualitas
et quantitas debita et arguitur quod non.
Primo ad debitam ministrationem aeris
non oportet considerare quantitatem
aeris administrandi quo ad ipsum probatur as
sumptum quia avicenna et galienus di
minuto in loco qui de quantitate aeris
eligendi nullam nobis doctrinam
tradidit. 2º ad debitam administratio
nem cibi et potus necesse est considerare
tempus quo ad ipsum assumptum primo aphorismorum secunde particule
colligitur quando illius omnis diete
ordinatio est universaliter triplex
in quantitate qualitate et quando
debemus dare. Confirmatur alia de
betur quantitas et qualitas cibi et
potus motus et quietis sompni et
vigilie in hyeme alia in estate ut patet
aphorismorum particule plures ergo ad debitam horum
administrationem necesse est considerare
tempus. Item sicut aliarum rerum non naturalium
offerende debitam esse quantitatem et
qualitatem non tamen tempus esse
debitum et quod necessarium debitam esse illarum
rerum administrationem ergo preter has
circumstantias oportet considerare tempus

Assumptum arguitur ponendo quod iohannes
dicat propter superfluam plenitudi
nem indigere flebotomia evacuante
duas libras sanguinis sit tamen luna
in coniunctione tempus frigidum tur
bulentum vel sit in signo prohibente
flebotomiam et patet quod sic fiat fle
botomia evacuans libram mediam
sanguinis in forte per illam evacuabitur
quantum et quale evacuare oportebat
quia tamen tempus sit inconveniens et
consequenter evacuatio sequitur quo
casu. Tertio preter quantitatem et
qualitatem rei non naturalis admi
nistrande oportet eius considerare
substantiam quo ad ipsum assumptum arguitur
quia sunt aerem esse debite quantitatis
et qualitatis substantie tamen inde
bite ut pestilentialis aer. Similiter
aliquando febricitantes possunt quemcumque
carnes humidas et carnes tamen porcinas
esse sibi indebitas quia non videtur esse
nisi ratione substantie. Quarto pre
ter circumstantias dictas oportet considerare
ordinem et preparationem cor
pori offerendorum ergo hee due non
sufficiunt. Assumptum colligitur 3a
prima doctrina 2a de re eius quod
comeditur et bibitur et quarta primi
primo capitulo et iam quidem a mi
nori tenemur quod digerentur cum
accidit ut ante eius procedat quod
tarde digeruntur patet etiam quod cibus
quantumcumque bone qualitatis indebite
preparatus est inconveniens. Quinto
hee considerationes non sufficiunt
ad debitam administrationem reten
tionis et evacuationis quo ad ipsum assump
tum colligitur prima aphorismorum secunde particule quando
21 ubi dicit galienus ad debitam
evacuationem requiri debitum locum
per quem apta sunt purgationes
fieri et debitum locum ad quem fluat
et purgentur hii patet enim quod si fe
ces per inferiorem portam natura
liter educende per superius educere
tur et in plus modicum evacuatio esset
laudanda et si tale et tantum evacua
retur quantum oportet. Item ad cer
titudinem evacuationis sunt dicte
considerande conditiones ut avicenna
quarta primi capitulo 3º res que

demonstrat rectitudinem medii
in evacuando similiter etc. Ultimo
preter considerationes duas dictas
necesse est considerare corporis indigentiam
singulum enim horum si indigenti
corpori offeratur in competenti quan-
titate et qualitate salubre fit nichil
vero indigenti omnino ablatum aut
non in competenti mensura egritudo
constituitur ut Galienus / consimiliter
ad hoc ut actus moralis sit bonus mo-
raliter attendende omnes conditiones
sive circumstantie ut 3° ethicorum ergo
similiter ut res ad conservationem sa-
nitatis administranda debite administra-
retur oportet octo circumstantias et non
solum attendere sunt enim per debitam
administrationem harum rerum conser-
vatur sanitas corporis ita per rectitudi-
nem actus moralis conservatur sani-
tas esse. Ad oppositum est Galienus di-
cit hec due sunt considerationes circa
salubre et egrum qualitas et quantitas
eius quod affertur etiam tempus
alterum ab hiis 3m indiceret in hiis
que dicta sunt tertium vero b in dicto
Dicendum pro solutione huius ques-
tionis quod omnibus rebus non natura-
libus quantitas et qualitas aliquo
modo ab auctoribus secundum me-
taphoram quandam attribute sunt
quibusdam tamen earum proprie ut
cibo potui et aeri sompno vero et vi-
gilie quantitatem notant longitudi-
nem et brevitatem qualitatem vero dicunt
profunditatem et levitatem Similiter
et exercitio qualitatem attribuunt puta
fortitudinem et debilitatem facilis enim
vigilia est a qua faciliter fit quielibet
sompnus difficilis vero econtra / re-
tentioni autem et evacuationi competit
magnitudo et parvitas secundum
magnitudinem rei que retentione
illa retinetur vel per evacuationem
educitur qualibus etiam diuturnitas
et brevitas eius sive quantitati atti-
neant qualitas autem retentionis et
evacuationis notamus earum forti-
tudinem et debilitatem facilitatem
et difficultatem Item motui etiam et
quieti corporis magnitudinem et
parvitatem attribuimus secundum

magnitudinem et parvitatem spatii
vel temporis attendunt aut aeris quan-
titatem et qualitatem habent qua
diuturnitatem brevitatem debilitatem
vehementiam et debilitatem in cum
accidentibus ergo rei non naturalis considera-
tione est aliquomodo qualitas et quan-
titas consideranda Dicendum tamen
secundo harum rerum quantitatem
et qualitatem non esse denominandam
debitam vel indebitam nisi respectu
indigentie vel dispositionis corporis
cui offeruntur nullam enim ciborum
aliquam nec indigentiam ubi fuerit convenientes
quantitatis aut qualitatis dicimus nisi
talem aut talem dispositionem tantam
dispositionem corporum et indigen-
tiam requirant Ex quo patet quod magnitudo
rei non naturalis debita qualitas et
[illegible] corporis indi-
[illegible] illa enim
[illegible] quantitas et qua-
[illegible] ad mensuram refer-
tur ad mensuratum hoc intelligit Ga-
lienus in littera dum dicit singulum enim
horum si indigenti corpori adducatur
etc. et quod hoc patet ulterius quod magna
et distincta consideratio debite quan-
titatis et qualitatis magnitudo rei non
naturalis nisi claudit et infert con-
siderationem indigentie Dicendum
autem 3° quod per qualitatem cibi potus
non est in proposito intelligenda qua-
litas aut contra formam specificam
vel proprietatem occultam aut qua
principium operandi a materia distinguitur
sed in proposito per qualitatem in-
telligere debemus omnem dispositionem
per quam per se et proprie in habitu-
dine ad corpus humanum denominantur
cibus qualis et sic sub cibi potus et
aeris qualitatibus comprehenduntur
occulte proprietates ciborum et simi-
lium quod est cibus in humano cor-
pore a tota operatur Similiter grossi-
ties subtilitas viscositas et huiusmodi bo-
nitas et sic de aliis Ex quibus in-
fertur hec conclusio prima preter consi-
derationem quantitatis et qualitatis debite ad debitam
administrationem supradictarum non naturalium
sunt alie principales considerationes habende
probatur quia preter illas habenda

est consideratio indigentie et conside
ratio temporum hec autem a duabus
iam dictis aliud enim est considerare
dispositionem vel indigentiam cor
porum et aliud est considerare cibi et
potus quantitatem et qualitatem si
militer consideratio temporum et
in proposito pertinet non enim est nisi
consideratio talis vel talis dispositio
nis corporis secundum quod in hoc vel in illo
tempore est repertum et notum est quod
hec consideratio quantitatis aut qua
litatis rei administrande idoneus Ratio
licet hec iam dicte considerationes sunt
distincte ut dictum est perfecta tamen
distinctio et completa consideratio quan
titatis et qualitatis rei non naturalis
administrande in se claudit et continet
considerationem temporum et indi
gentie vel dispositionis corporum
probatur sic non est possibile aliquam
rem non naturalem aliquo tempore
humano corpori administrandam esse
tunc debite quantitatis et qualitatis
nisi tunc tempus corpus ea indigeat
et nisi eo tempore dispositioni corporis
conveniat ergo nullus distincte et com
plete potest rei administrande debite
quantitatem et qualitatem acquirere
nisi temporis indigentiam et corporis disposi
tionem consideret Tertia conclusio sequitur
quod preter perfectam et completam con
siderationem debite quantitatis et qua
litatis offerendorum non sunt alie plu
res considerationes ponende que non
sunt ad istas aliquo modo reducibiles cum
quod in ipsis incluse et illate complete hanc
intellexit galienus istud persuadet ra
tione quia tales essent maxime
tempus et indigentia sed arguitur
quod hec non concluduntur ab ipsis duabus
Consequitur hec res huic corpori admi
nistranda est debite quantitatis et qua
litatis ergo illa indiget corpus et con
sequenti dispositioni est dispositio
huic administrationi competenti Si enim
non indiget nec est dispositum tunc huius
rei quantitas et qualitas non est sibi
debita Similiter arguitur de tempore
quia sequitur sicut approximatur tibi
qualis et quantus debet approximari
ergo quando oportet quia consequens oppositi
infertur oppositum Sequitur enim
approximatur quando non oportet
ergo tunc non oportet talem et tantum
cibum sibi approximari et si sic tunc non
est cibus qualis et quantus esse debet
tunc oppositum sicut assumptum hac ar
gumento utitur inutiliter galienus
in littera Quarta conclusio est quod predicte
non obstantibus frequenter et non diu
tiliter considerationem temporum et
indigentie ut diversi auctores contra
ea dictas suas considerationes enumerant
probatur quia istarum distincta cogna
tio innuat ad distincte et perfecte compre
hendendum debitam qualitatem et quantitatem com
prehensa ergo temporum cum distincta
comprehenditur dispositio et indigen
tia corporum in tali tempore sicut
comprehenso quod tempus est estivum
scitur corpus esse inflammabile et
per consequens magis indigere re
frigerantibus hic vero mo[tus] confert
et ad debitam quantitatem et qua
litatem administrandorum comprehen
dendam et quia talia distincte cognita
ad complete comprehenduntur ea que
in consideratione debite quantitatis
et qualitatis consistunt includuntur
sed perfectior et melior est cognitio
distincta quam confusa ... comprehensio
ergo et hanc conclusionem tenuit gal
dum dixit itaque non est quod tertium
in hiis que dicta sunt tempus ad doc
trinam vero plerique quasi utimur propter
eam que data est causam idest propter
varietatem mutationum corpori in tempore
contingentium eo enim quod in alio tempore
est alia et alia dispositio corporis alia
et alia est corporum indigentia et per
consequens varia quantitas et qualitas
offerendorum exigenda Ad argu
menta principalia Ad primum nega
tur assumptum patet enim quod si quis
prohibeatur ab attrahendo debitam
quantitatem aeris licet ille aer fuerit
debite qualitatis illa tamen aeris ad
ministratio non est debita precipue
etiam tempore pestis non esse multum
labore corporeo laborandum ne magis
necessario anhelitu maior quantitas aeris
corrupti cordi et spiritualibus
obviet frequenter etiam tempore est

tivo deponimus vestes ut amplior
aer corpus nostrum attingat non sunt
autem galienus in hoc diminutus
cum hoc de se facile comprehendatur
Ad 2m et eius confirmationem pate(t)
potest responsio quod dictum est questio(ne)
cum aliter cum consideratio temporum ad ma-
nifestiorem doctrinam ut supra dictum
est Similiter licet in hieme et estate
alia competit qualitas cibi invenitur(?) quia
tamen debite quantitatis et qualitatis
consideratio includit consideratione(m)
temporum ut declaratum est Ad aliam
confirmationem dicit plusquam(?) ... quod
si dictum astrologorum est verum quod
in tali vel tali signo non debet flebotomari
vel dari farmacia aut in quacumque
sit de aliis non est quod alio aut non aliud
quod alio nisi quod dum luna illa signa pera-
grat alterat humanum corpus alteratione
propria vel quod quia talis vel tanta eva-
cuatione reddit corpus ineptius ... sus-
tinere non indiget tali vel tanta evacuatione
et per consequens tunc non est quanti-
tas et qualitas evacuationis debita
Unde patet quod illa evacuatio non est
inconveniens quo tempore sed quo quantitate
et qualitate ad dicti(?) quod casus iste incidit(?)
dit contra dictionem si enim sit ut in-
diget tali vel tanta evacuatione tunc
non est luna in signo prohibente fieri
illam et contra si luna est in signo tali
eo tempore non indiget tali et tanta
evacuatione et per quem non est qua-
litatis et quantitatis debite Contra
quia quis modus loquendi auctorum
est quod evacuatio aut flebotomia corpori conve-
niret si tempus aut eclipsis non obsta-
ret dicunt etiam quod flebotomia ... dies est-
tivus aut clistere administrandus nisi
hora partis(?) prohiberet Pro illo dicit
plusquam(?) tertio(?) quod tempus hora eclipsis et
huiusmodi prohibent sed sunt signa
quibus comprehendimus quod tali hora
timore debilitatis virtutis et augmenti
morbi aut alterius similitudinis(?) corpo-
ri non competit talis vel tanta cibatio
evacuatio vel clistere tale Ad 3m dicitur
secundum plusquam(?) ... quod aer dum
putrescat non est inconveniens nisi propter
inconvenientem qualitatem quam ex
putredine acquisivit vel dicitur quod causa

putrefactionis aut putrefacientes aeri
imprimunt qualitatem inconvenientem
in aere Sunt autem hee qualitates
inconvenientes quedam occulte propri-
etates occultas causas celestes
convenientes ut prima quarta ... de
febre pestilentiali Consimiliter dicatur
ad confirmationem non enim disso-
venitur carnes porcine febricitanti
ratione substantie sue quia porcine
sed quia grosse viscose qualitatis actu
ut supra Ad quartum dicitur quod con-
sideratio ordinis sub ratione quantitatis
et qualitatis comprehenditur si enim
ante cibum subtilem non competit
grossus sed contra hic non competat
nisi quia oblato grosso cibus subtilis
non est qualitatis convenientis corpo-
ribus etiam quantitatisque bonus male
comparatus non est conveniens qualitatis
corporum dicta enim cibi preparatio
diversam dat qualitatem cibo Ad
quintum iam dixerunt quidam quod ad
debitam administrationem cibatio-
nis et evacuationis preter iam dicta
sunt alie considerationes requisite scilicet
membri per quod et loci ad quem sit
materie evacuatio tamen due sunt
ex parte eius quod offertur si recte
Consideratio autem membri per quod
fit purgatio et loci ad quem non se te-
nent ex parte eius quod corpori offer-
tur sed ex parte corporis aliter et con-
venienter magis dictis superius dicitur
negando assumptum et consequenter
quod consideratio membri per quod et
loci ad quem sit evacuatio includitur
in consideratione debite quantitatis
et debite qualitatis evacuationis que
administratur si enim evacuatio fiat
que debet esse secessiva sit vomitiva
ipsa non est qualis oportet quantitatisque
illud quod evacuatur per illam sit
quantum et quale oportet ergo quod hec
evacuatio est qualis et quanta debet
esse Ex hoc patet quod intellectus galieni
allegato capitulo ... et per idem patet via
ad confirmationem licet enim Aut
doret ... consuetudines evomen-
das ... tamen sub ...
secta consideratione quantitatis et qua-
litatis comprehenduntur Ad ultimum

dicit plusquam tertio quod
indigentia corporis

dicit philosophus 9 topicorum quod indigentia corporis
non est conditio 3a que considerari
in causa administranda sed conside
rari in corpore galienus autem dicit
quod tantum due sunt conditiones in
causa administranda considerande Ad
et conformiter dictis dicendum est
quod consideratio indigentie compre
henditur sub perfecta consideratione
qualitatis et quantitatis et hoc supra
declaratum est Ad confirmationem
dicitur quod licet ad bonitatem moralem
actus requiratur circumstantie ille
tamen omnes sub debita quantitate
et qualitate sufficienter comprehe
duntur si enim compensa est qualis
et quanta esse debet est etiam quando
et ad quas debet et qualiter et gra
tiam et sic de aliis circumstantiis hec tamen
consideratio est moralis philosophi etc.

# Utrum aer

non continens urina corpora
semper consumat Arguitur
quod non Primo continens temperatum
conservat corpus temperatum quod
autem conservat alterationem et consum
ptionem prohibet et per consequens
non consumat maior colligitur in tra
et 2 primi doctrina 2 capitulo 2o
Ro arguitur aer nos continens hu
mectat corpora nostra ergo non consu
mit humectatio enim et consumptio sunt
alterationes contrarie Assumptio probatur
quia aer nos continens est humidus
comparatione nostrorum corporum
Ro arguitur sic fortius imprimit in
corpus humanum secundum quod
eius qualitatem aer per anhelitum
contractus quam aer nos continens quia
in illis spiritibus et membris sed aer
attractus per anhelitum non consumat
humanum corpus sed consumptionem
potius prohibet resistendo inflamma
tioni spiritus ad quam sequitur hu
manorum resolutio et consumptio re
tardando ergo actionem caloris in
humidum cordis ergo etc. Confirmatur
quia huiusmodi consumptio maxime

provenit ab agente calido in humido
ipsum substantiante et ad formam ca
loris deducente Sed aer autem actionem aer
per anhelitum attractus refrigerando
restringit et resistit ergo hanc consu
mptionem non promovet Et confir
matur quia experimento patet aliquando
tempore hyemis aerem esse respectu
humiditatis membrorum nostri corporis
compressive frigidum et humidum sed
non apparet modus quo frigidum et
humidum respectu nostri corporis consumet
illud ideo etc. Pro isto videtur sua
Aut 1 primi doctrina 2 bis capitulo
Aer humidus nutrit et corpus humec
tat ergo non consumit corpora 3o arguitur
arguitur quia aliae conditiones temporis
corpora dissolvunt et humectant 4o
ad principale arguitur sic si questio
esset vera maxime esset propter vi
rtutem solis et stellarum consumendi
impressam in aerem hanc eius causam
et non aliam inducunt sensibiliter au
ctores sed arguitur quod hec causa non
est efficax primo quia possibile est
influentiam humidam aut humec
tantem astrorum impressam in aere
multo potentiorem esse ad humec
tandum quam sit consumptiva ad consuman
dum quo posito in esse humectabitur
in aere assumptum patet experimento
cum videmus aliquando maximas
inundationes aquarum et diluvia
quidem celestes aspectus nullus autem
non bene concipiet influentiam et
consumptionem esse potentiorem hu
mectativa patet etiam experimento
in temporibus humidis egritudines
humidas generari ut sunt catarri
apoplexie epilencie vel de galienus
3o aphorismorum Nimo quamvis epi
lentie apoplexie sine dubio sunt flatim
et ideo in morbi in temporibus hu
midarum humidis pariter cum propriis
temporibus etatibus et locis augentur
morbi primo problematum Item
ubi esset aliquando in aere celestis in
fluentia ad humectandum potentior
quam ad consumandum nos non apparet
causa propter quam quiescentes
tempore noctis sub radiis lune egri
tudines et humidas frigidas recitabis

madescunt. Item si semper non ex-
siccaret propter virtutem solis et
stellarum concretudinem similiter
madesceret omnium ciborum omniumque po-
tuum aquam et medicinas quantum-
cumque humidam humano corpori ac-
cederent illud exsiccaret. Non enim
minus reperitur virtus solis et stellarum
in quolibet istorum quam in aere et fir
lactuca et fungi et quelibet aqua vel
corpori accidentibus exsiccaret nos quod
nec experimento nec ratione nec auc-
torum testimonio est consonum. Ad
oppositum est Avicenna prima primi capitulo
de etatibus. Pro littera sciendum est
quod caliditas post tempus consistendi
minui incipit propterea quod aer cir-
cumdans invadit eius que est humi-
ditatis exsiccat. Ubi enim aer semper
exsiccaret hanc tamen diminutionem
caloris Avicenna hic non posuisset quia
illa distincte contingit post etatem con-
sistendi aliquando calorem non minui
et colligitur idem 2o primi doctrina 2a
3o capitulo aer in omni dispositione
resolvit propter id quod est in eo de vir-
tute solis et stellarum. Sciendum est
primo pro responsione ad quesitum
quod hoc nomen exsiccatio equivocum est
sumitur enim quandoque pro altera-
tione tam per se et intrinsecus tamen
est quedam qualitas prima vocata
siccitas distincta contra caliditatem
et frigiditatem et qualitativam hu-
miditatem et sic exsiccare est hanc qua-
litatem primam que est siccitas indu-
cere vel producere. 2o sumitur ex-
siccatio pro resolutione intelligenda
per resolutionem in proposito plurium
subtiliationem rei grosse corpulente
donec ad formam vaporis con-
vertatur vel conversionem rei vaporose
in rem multum subtiliorem vapore
qualiter dicimus aquam resolvi dum
evaporat et sic exsiccari et vapores
grossos resolvi et exsiccari dicimus quando
insensibiliter exalant qualiter etiam
per actionem caloris membralis humidi
exsiccari et resolvi dicimus. Hec distinctio
consuevit poni sub hiis verbis quod
est exsiccatio qualitativa et quedam
quantitativa intelligebant autem

per exsiccationem qualitativam
exsiccationem primo modo dictam
et per quantitativam vero exsiccatio-
nem 2o modo dictam et utroque istorum
modorum intelligi potest aerem sepe
exsiccare corpora nostra. Nota autem
quod licet bene duo modi exsiccationis
ex parte rei ab invicem distinguantur
quia primus est simplex alteratio
est 2us vero non. Raro tamen ab invi-
cem in mixtis corporibus absolvuntur
ut plurimum enim exsiccativa primo modo
resolvunt et contra resolventia exsic-
cant licet in corporibus simplicibus
aut earum gradatione abdunctim separ-
rentur si enim terram in aerem
transmutaretur resolveretur quia
rem subtiliorem vapore converteretur
non tamen exsiccaretur primo modo
sed qualitative humectaretur ut patet
intuenti. Consimiliter per omnia co-
distingui potest humectatio in quali-
tativam et quantitativam sed de hac
nichil. Sciendum est 2o quod quantitativa
exsiccatio est duplex. Una substantialis
sicut est exsiccatio seu resolutio per quam
evaporant partes membrorum sub-
stantiales. Alia vero est accidentalis
qualis est exsiccatio seu resolutio humi-
ditatis infuse vel madefacientis membra.
Consimiliter per omnia de humecta-
tione distinguendum est. Premitten-
dum 3o quod qualitative exsiccativa
nostrum corpus quedam illud per se
exsiccant quedam per accidens. Exemplum
primi sicut ignis aut medicina quecumque
formaliter vel virtualiter siccat.
Exemplum 2i sicut calor membrorum
naturalis per accidens membrum
qualitative exsiccat primo quia re-
solvendo partes subtiles humidas re-
movet partes terre sive partibus
humidis magis dominantes et con-
verti fortius exsiccantes qualitative
2o quia taliter resolvendo caliditatem
multas partes membrales subtiliat
hec autem subtiliate redduntur a par-
tibus siccis et terreis passibiliores.
Premittendum est ultimo quod per se
qualitative exsiccant iam quedam
sunt talia formaliter sicut ignis in-
venitur terra vel terrenum quedam vir-

tualiter in medicine sicut dicte tales
sicut arthum apium et plures eciam
celestes influencias dicunt philosophi
virtualiter esse frigidas ut saturnus et mar
tis. His premissis tenenda est hec prima
conclusio tam qualitative quam substantialiter
potest aer nos continens humanum
corpus consumere. Quod qualitative patet
quia possibile est aerem nos continentem
esse accidentaliter qualitative siccum
ratus a temperato corpore quam flegmatico
ideo etc. Ex hac ulterius sequitur hanc
conclusionem non valere a est con
servativum b et illud idem a est simile
c quam ipsum sit simile b ergo a est conser
vativum c aer enim temperatus forma
liter similior est corpori flegmatico
quam temperato ut deductum est conserva
tivus tamen est corporis temperati et non
flegmatici. Secunda conclusio quodlibet
corpus optime sanum est per aerem
temperatum conservabile in effectu et
secundum denominationem sibi similem
conservabile patet quia omne corpus
sanum est per aerem temperatum con
servabile aer autem temperatus est
corpori optime sano in effectu et secundum
denominationem similis. In effectu quidem
quia completa eventatione cordis
et spiritus temperati per aerem temperatum
derelinquitur in corde et spiritu mensura
caloris cordi et spiritui temperato
convenientis sicut in dispositione com
plexa derelinquitur in eisdem mensura
talis caloris qualem debet habere spiritus
et cor temperatum in illa dispositione
est enim sibi similis secundum deno
minationem talem enim obtinet situm
et denominationem aer temperatus
in latitudine aeris qualem corpus
optime sanum in latitudine corporum.
Econtra aer qui attrahitur ad cor
ut dicitur tum ingreditur ad temperatum
est frigidus in effectu 2a primum allegato
capitulo quia non est cordi. Pro isto

dicatur quod non repugnat eandem rem
corpori temperate vel alteri conservando
simul esse denominandam in effectu
similem esse tamen respectu eiusdem de-
nominandam calidam aut frigidam
verbi gratia contrarium temperatum est
in effectu simile corpori temperato per
ipsum enim dicitur corpus tempera-
tum ad mensuram caloris corporis
temperato contrario debitam et non ultra
vel citra quam tamen ideo ad hoc est in
effectu corpori temperato simile in effectu
tamen est calidum patet quia movet
corpus temperatum ad maiorem gra-
dum caloris quam primo habuit
Si ergo comparetur hec contrarium dis-
positionem sub qua est corpus debite con-
tentum in termino a quo temperati contrarium
hec contrarium est respectu temperati cor-
poris calidum in effectu comparatum
dispositionem sub qua est corpus debite
contentum in termino ad quem temperati con-
tum est in effectu temperatum vel simile
corpori temperato quia effectus in corpore
derelictus ab eo non est nisi temperantia
Eodem modo dicitur de aere quia temperatum
aer attractus ad cor temperatus compara-
tus dispositionem cordis in termino a quo e-
ventationis est frigidus in effectu quia
cor eventando infrigidat temperatum
tamen dispositionem eiusdem in termino
ad quem eventationis est temperatus
vel similis cordi temperato in effectu effectus
enim quem derelinquit in corpore tem-
perato non est nisi temperies et ad istum
sensum procedit auctoritas Avicenne
et sicut de aere et contrario dictum est
ita est dicendum de quolibet alia re
non naturali quelibet enim talis que-
cumque temperata est respectu corporis
temperati aliquomodo calida frigida
humida vel sicca effectu enim quo
tamen stat quod secundum aliquam ha-
bitudinem est respectu eiusdem de-
nominanda temperata vel similis in
effectu notandum tamen quod licet merito sue
complexionis naturalis omne corpus
temperatum in complexione sit per
aerem temperatum optime conservabile
contingens tamen est merito alterius
dispositionis sue temperantie convenientie
melius conservabile esse corpus per

aerem distemperatum quam per
aerem temperatum sicut si cum tem-
perantia complexionis cordis corporis
congregetur nimia angustia pec-
toris pulmonis et arteriarum sc(ilicet)
venientium aerem ad cor ita ut non
posset cor in una dilatatione attrahe-
re tantam quantitatem aeris temperati
quantam attrahi oportet pro debito
eius refrigerio probabile enim videtur
mihi cor melius eventari posse per
aerem aliquantulum frigidiorem
temperato quam per aerem temperatum
et propterea dixi in conclusione su-
perius posita de corpore optime sano
et non universaliter de corpore in com-
plexione temperato 3a conclusio
quamvis omne corpus per aerem
sibi similem in effectu non tamen omne
corpus sibi sanum est conservabile per
aerem secundum sit in sue latitudinis
correspondentem sibi et secundum
denominationem similem prima pars
conclusionis patet quia quod nocivum sit
in effectu 2a pars etiam patet ubi cor-
pus sibi sanum fuerit in membris suis
multum difformiter dispositum puta
si corde consistente temperato sit pulmo ve-
hementer calidus aut frigidus patet
enim quod aer temperatus in tali pulmone
necessario recipiet preparationem cordi
temperato non convenientem Ex hoc se-
quitur non quodlibet corpus sibi sanum
esse per aerem sibi similem vel dissimilem
vero conservabile potest enim talis mem-
brorum esse distractio quod omnis aer unius
membri conservativus est alterius con-
trarie remotivus et conversio Quarta
conclusio non quodlibet corpus uni-
formiter lapsum a temperamento est
per aerem sibi similem secundum de-
nominationem denominationem conser-
vandum patet quia corpus calidius
temperato est per aerem frigidiorem
temperato conservandum et frigidius
per calidiorem et iterum humidius
per sicciorem et siccius per humidiorem
ergo conclusio vera Assumptum patet
per argumenta plura adducta ante
oppositum Ex isto sequitur quod semper
aer conservativus colerici(?) vel alterius
[illegible] corporis universaliter lapsi

est adeo in effectu similis quamvis
non obtineat similem sibi in similitudine
convenientem et per consequens ver-
sit adeo secundum denominationem
similis. Et penes hoc etiam patet quod aer
conservativus cordis colerici non pro-
ducitur in pulmone cordis colerici ad
tantum gradum caloris aut quod cordi
competit ad quantum producitur in pulmone
temperati aer temperatus aut quod cordi tem-
perato competit. Ex quibus penes hanc
viam sequitur responsio ad quesitum
scilicet quod non ad cuiuslibet corporis sanam
conservationem requiritur aer sibi secundum
denominationem similis ad sensum
datum. Contra hanc conclusionem et
eius fundamentum primo videntur
procedere auctoritates et argumenta
adducta post oppositum. Item per eas-
dem causas fieret conservatio preservatio
permutatio et curatio omnium eorum hec
fiunt per contraria si primo est vera.
Item si cordi naturaliter calidiori tem-
perato debetur aer frigidus temperato
aere propter necessitatem eventationis
esse maiorem et econtra frigidiori
calidior propter minorem esse necessi-
tatem eventandi tunc sequitur quod secundo
est alio calidius vel frigidior adeo de-
betur aer. Prosecuta conservatione eius
et cetera. Sed arguitur quod non quamvis
non oporteret pulsum colerici esse maio-
rem velociorem aut frequentiorem pul-
su temperati si enim tantum frigidior
est aer eventans colericum quam cor co-
lericum est calidius corde temperato tan-
tum vel plus eventare potest aer fri-
gidior cor colericum aliis paribus quam
aer temperatus cor temperatum et per consequens
non oportet incrementum eius eventa-
tionem aerem velocius vel frequentius
attrahi. Item aere frigido in primo
ad cor calidum colericum in primo
et aere temperato ad cor temperatum in
equali quantitate et equali velocita-
te et frequentia attracto non minus
eventabit cor colericum per aerem
frigidum in primo et cor temperatum
per aerem temperatum videtur enim
eadem habitudo aeris frigidi in primo
ad cor calidum in primo sicut aeris
temperati ad cor temperatum aliis pa-
ribus quia quantum excessit neces-
sitas eventationis in colerico in primo
supra temperamentum tantum excessit potentia
refrigerandi in aere frigido in primo
similiter aerem temperatum. Et ex hoc
sequitur quod aere frigido in primo in
quantitate aut velocius aut frequentius
attractus ad cor colericum in primo
aliis paribus refrigerabitur cor co-
lericum plus per illud quam cor tempera-
tum per aerem temperatum sub ma-
iori magnitudine quantitatis et frequentia
et velocitate attractum et per hunc
per illum aerem non conservabitur.
Et ex hoc ulterius sequitur quod ex corde
calido non proveniet pulsus maior
velocior aut frequentior quam ex corde
temperato utroque consistente in aere sibi
proportionali. Item arguitur quod si
aer eventans colericum ad eius con-
servationem debet esse tanto frigidior
temperato aere quanto colericus erit ca-
lidior temperato pulsus colerici necesse
erit tardior et minor pulsu temperati
utrisque eventatis per aerem sibi pro-
portionalem quia tardius calefit aer
frigidus in primo attractus ad cor
colericum in primo quam aer temperatus
attractus ad cor temperatum aliis paribus
et longior est quies media inter sis-
tolem et dyastolem pulsus cordis cole-
rici in primo quam inter sistolem et dya-
stolem cordis temperati et per consequens
pulsus est minor non enim fit sistole
cordis post dyastolem nisi aere cale-
facto et facto inhabili ad refrigerandum ut
Avicenna 2° primi allegato capitulo
et Galienus in libro de pulsibus etc.
ergo raritas presupponat tarditatem
2° primi capitulo de hiis que prove-
niunt ex causis continentibus pulsum
sequitur et igitur assumptum probatur
sic maiorem habet proportionem cor
calidum in primo ad aerem temperatum
ergo tardius ipsum alterat et calefacit
et per consequens refrigerio inhabilem reddit.
Assumptum probatur ponendo cor
temperatum fieri in hora calidum in primo
et in eodem tempore aerem temperatum
labi similiter ad frigidum in primo.
Et patet quod quantum excessit caliditas
cordis supra temperamentum que est

tidinis maior in hac proportione sicut
etiam augetur frigiditas aeris supra
temperamentum que est terminus ma
maior in hac proportione tantum etiam
augetur frigiditas aeris supra tempera
mentum que est terminus minor sed maiori
et minori termino augmento proportionis
equaliter crescentibus decrescit continue
proportio maioris termini ad minorem
ut si caliditas cordis temperati significetur
ut quatuor et frigiditas aeris temperati
ipsum eventantis per duo et crescit
tam caliditas cordis quam frigiditas aeris
per duo ubi primo fuerit caliditas
cordis quam frigiditas ad frigiditatem
aeris proportio dupla cum utrisque sit equaliter
augmentatis proportio decrescit secundum
alteram et per quod etc. Et per similem ar
gumentum viceversa deduci potest quod
si positio est vera quod quodlibet corde
frigidiori temperato debite consimili
per aerem deberent provenire pulsus
frequentiores quam corde temperato quia
quantum cor frigidius est frigidius
temperato tantum aer debens ipsum
eventare est calidior aere temperato
ideo quantum minoratur caliditas
cordis a temperantia cordis tantum
minoratur frigiditas aeris citra tem
perantiam aeris sed maiori et minori
tum equaliter arismetice minoratis
tis fit geometrica proportio maioris
termini ad minorem ut si caliditas
cordis sit ut quatuor et frigiditas
aeris ut duo et decrescat utraque istarum
qualitatum per unum prius fuit caliditas
cordis ad frigiditatem aeris dupla
proportio post equalem tamen mi
norationem utriusque remanet ca
liditatis ad frigiditatem proportio tripla
ut intuenti patet. Et per similem ar
gumentum deduci potest quod si corde
calido in aere temperato provenirent
pulsus tanto maiores pulsu cordis
temperati quantum cor est calidius
temperato unde pulsus quos provenire
continentes essent maiores et tardiores
pulsibus temperati cordis. Pro hiis
forte dicetur ut iam quidam doctor
Narrans michi in communi respon
debat quod in temperatione in qua tem
peratus aer frigidus ad cor calidum

et humectat taliter aer eventans
ad cor eventatum in non obtinet cali
ditas cordis locum termini maioris
sed minoris et contra frigiditas aeris
obtinet in illa proportione locum termini
maioris. Contra quia multo am
plius imprimendo sufficit caliditas cordis
et spiritus in aere frigiditate quam contra
ergo etc. patet quia per attractionem ca
loris spiritus et cordis in aerem ce
ditur aer latitudinem temperati aeris
que sit in refrigerio pectoris similis
et non contra non cum per attractio
nem aeris temperati in cor et spiritus
temperatum equalis fiat cor aut spiritus
a latitudine temperantie sue ergo
tanta sit latitudo temperantie aeris
temperati quanta est latitudo temperantie
cordis temperati cuilibet cum cordi
temperato correspondet aer temperatus
proportionatus puta extremo in
latitudine temperantie extremus aer
a medio medius etc. sequitur quod pul
sus plus alterat aer temperatus a
corde temperato quam contra. Item
multo intensior est calor cordis quam
frigiditas aeris et in subiecto am
pliori et digniori extensius. Item hec
responsio non evitat inconveniens
quod evitare intendit quia crescit
in corde temperato frigiditas. Similiter
et patet quod si frigiditas obtinet locum
maiorem termini in hac proportione si
hii duo termini augebuntur ita mino
rabitur proportio frigiditatis aeris
ad caliditatem cordis eventandi ergo
tardius continue sufficiet cor refrigerare
et per quod inter diastolem et sequentem
systolem cordis longior erit pausa quies
et pulsus rarior. Item contra con
clusionem principalem erit est am
biguitas quia non apparet ad quid
conferat ad magis refrigerium cole
rici in primo aerem esse tanto frigi
diorem etc. quia quanto cor in cole
rico universaliter lapsus est calidius
temperato corde etiam pulmo est tem
perato pulmone calidior et per quod
tanto in ipso maiorem recipiet aer
preparationem et calefactionem an
tequam cordi occurrat et si sit non occur
rit cordi eventando cum frigiditate

maiori. Ad hec omnia videtur primo
ad primam auctoritatem Galieni
in libro similia similibus asserens quod
conservare vult oportet dictum Gal.
per similia ibi non intellexisse similia
formaliter ut patet nulla enim res
non naturalis nostri corporis conserva-
tiva est nobis formaliter similis
vel etiam per simile ibi intelligit
simile secundum denominationem
et correspondentem obtinens secun-
dum conservando in sua latitudine
manifestum est quod dictis quod corpori
frigidiori non competit aer frigidior
vel calidiori calidior ad eius conser-
vationem. Similiter corpori cali-
diori non competit contrarium in lati-
tudine contrarium magis calefactivum
vel frigidiori minus frigefactivum est
frigidiori manifestum est non quere-
re potius frigidiorem et calidiori
calidiorem in quantum potius et sic de aliis
per similia ergo in proposito intelligit
Galienus similia virtualiter sive in ef-
fectu illa scilicet quod quorum accessu effec-
tus in corpore conservando declinatus
est naturalis temperamenti corporis in
talia asservantur. Hec videtur sententia
Galieni in libro illa parte ubi composuit
quod cognito quod omnis morbo ingeniari medi-
cina evacuatio et omnia alia remedia
compositaque corpus et contraria humec-
tant sic et mediantibus similia asservare simi-
libus ad conservandum naturalem
corporis statum et notum est quod Gal.
per hec non intendit corpora fortiora
regenda esse pro sua conservatione mo-
tu duplici evacuatione et animi pas-
sionibus absolute magis conservatius
sed talibus quod quibus permaneat in
corpore naturalis complexio prehabita
et quia hec complexio est similior temperata
ergo talia sunt in effectu seu virtualiter
similia hec est similiter quarta in quinto primi
ubi componens illud scilicet ad medicum pertinet ei
quod regimine quod conservat super ipsam
complexionem eius absque additione
et sine diminutione ita quod eligat ei
quod in virtutibus ciborum et potuum quod
conservet super ipsum in significatione
complexionis eiusdem. Sic enim per
similia corpora intendit taliter esse
configurata et conformia ut quod corp-

accessu remaneat prehabita na-
turalis complexio. Ad 2am auctoritatem
calidiora calidioribus etc. dicitur quod
per calidiora adiutoria intelligit
illa quibus permanet complexio
naturalis calidior qualis ante fuit.
Et similiter per frigidiora quibus
permanet frigida complexio naturalis
corporis qualis ante fuit et sic de aliis
complexionibus calidiora frigidiora sinceriora etc.
in effectu sive virtualiter ad sensum
datum et semper hec dixit calidio-
ribus adiutoriis non vero sic calidio-
ribus rebus cibis aut potibus potest
enim res frigidior ut aer aliquo cor-
pori conservando in calore esse ca-
lidius adiutorium quia scilicet esse com-
plexionis natura calidioris conserva-
tivum in sua temperie naturali res cali-
dior corpori temperato natura frigido
ut aer potest esse frigidius adiutorium
quo scilicet complexio natura frigidior
in sua temperie naturali permanet aer
ergo calidior puta in primo calidus
corpori frigido in primo ut frigidus
adiutorium. Hec est intentio quarta primo
quinto primi dum dixit corpus calidum
conservari calidioribus idest per illud
quod facit caliditatem eius remanere
declinantem adequatam et quod hec sit
responsio ad tertium quia quantitas est enim
corpus lapsum distat ab optime sano
tantum a causa conservativa eius dis-
tat in effectu seu virtualiter a causa
conservativa optime sani verbi gratia
quantum corpus calidum in 2o dis-
tat ab optime sano tantum virtualiter
vel in effectu contrarium conservativus calidum
in 2o distat ab contrario conservativo op-
time sani sicut effectus in corpore decli-
natus optime sano contrario ut prius con-
servatio est naturalis temperies op-
time sani ita effectus declinatus ab con-
trario calidum conservativo in 2o est
naturalis temperies calidum in 2o ideo
in effectu seu virtualiter equaliter dis-
tant. Et sicut exemplificatum est de con-
trario ita de aere et aliis rebus non
naturalibus potest exemplificari.
Ad quartum qualiter teneat illa
similitudo inter cibum et aerem in
comparatione ad corpus conservandum
videbitur post. Ad argumentum

aer

de animalibus et est auctoritas
Aristotilis in libro de morte et vita
dicendum quod convenientia naturalis quedam
loci ad locatum provenit quod aliqua
alia in qua bene degunt et conser-
vantur ut pisces in aere vero velo-
citer pro pereunt et contra ut
aerea in aere conservata et bene
in aqua similiter in terra conser-
vant aliqua et non nulla in omni-
bus aut pluribus istorum. Ima-
ginandum tamen est quod sicut homini
qui est animal aereum correspondet lati-
tudo dispositionis aeris proportio-
nata diversis individuis huius
speciei propter quod homo calide
complexionis melius conservatur
in aere frigido et frigidus frigido
calido ita pisci et cuilibet speciei aqua-
tilium correspondet determinata
latitudo medii aquei in qua signan-
da est temperies individuo tempera-
to illius speciei proportionata et
extrema ut aqua expressime calida
et expressime frigida in illa latitudine
et quod in frigida melius refrige-
retur et vivit aquaticum calidum
in calida vero frigidum. Consimiliter de
omnibus animalibus aereis dicen-
dum quod cuilibet speciei correspondet la-
titudo medii aerei sibi proportionata
in qua est signanda temperies temperato
individuo illius speciei proportionata
et extrema puta aer calidior in quo
melius vivit frigidum in illa specie
et frigidior in quo melius evitatur
et vivit calidum. Licet enim omnes leo-
nes melius vivunt in oriente quam in
septentrione, melius tamen eve-
niunt et vivunt leones colerici in aere
orientali frigido quam calido et econtra
frigidus. Propter quod ad omnium ani-
malium conservationem dedit natura om-
nibus sensum permutationis locorum
sive permutationis intelligentias im-
proportionatas refugere ut scribitur
de historiis 3o capitulo. Naturalis autem
convenientia loci ad locatum per quam
aliquod animal naturaliter aquam
inhabitat aliquod aerem aliquod
in oriente aliquod in occidente non
est convenientia vel similitudo ac-
tualibus in qualitatibus manifesti-
vis [illegible] cum calida et sicca habundantia
vivunt in aqua ut delphines et plura
frigida et angustia vivunt in aere ut
[illegible] et quedam in utroque istorum
degunt in diversis temporibus ut
cocodrillus similiter quamvis eodem
aere experimur bene vivere et con-
servari animalia diversarum spe-
cierum in complexionibus suis non
solum dissimilia sed contraria ut ho-
mo et asinus taurus et lepus et in eadem
aqua diversos pisces et in complexi-
one contrarios. Non est autem pos-
sibile actualem esse convenientiam vel
similitudinem in qualitatibus ma-
nifestis unius loci ad hec contraria
locata et ergo hec convenientiam pro-
prietate occulta repertam loco qua-
ta est locati conservativum sicut est
in magnete proprietas que est ferri
naturaliter attractiva sic enim apud
porphirium patriam generationis esse
principium hec autem generationis [illegible]
est. Aliter dixerunt alii in quolibet
animali duplicem reperiri complexionem
una vero est complexio materie altera
vero est complexio habitus vel [illegible]
in pisce duplicem ymaginantur com-
plexionem unam que inest pisci [illegible]
[illegible] ex qua generatur piscis in qua in-
differenter omnes pisces quantum ad
generationem mere sunt aquei. Altera
est complexio habitus et est complexio
in pisce [illegible] formam eius [illegible]
[illegible] secundum [illegible]
a forma piscium debentium prove-
nire et secundum hanc multum di-
versificantur in se invicem eiusdem
speciei ut sunt aliqua colerica aliqua
flegmatica et sic de aliis dicunt ergo
quod in omnibus viventibus conservatur
complexio materie per sibi aquam na-
turaliter quantum ad hanc complexi-
onem melius in aqua quam in aere con-
servantur. Econtrario enim aerea vide-
tur enim ad conservationem complexi-
onis [illegible] sufficere naturalem conve-
nientiam loci in quantum locus est
ad locatum complexio vero habitus
si lapsa fuerit melius conservatur per
contraria non enim sufficit ad [illegible]

conservationem sola qualitas loci
quemcumque ad locatum iam dicta
sed propter hoc requiritur debita eventi-
latio aut refrigerium quod oportet
esse maius in complexione lapsa ad
frigidum ut dictum est. Et hoc videtur
colligi posse quod dicit Aristoteles in libro
de morte et vita ubi dicit destructio-
nem iam dictam. Hoc tamen modo mul-
tas includit difficultates quas ad presens
obmitto, tamen bene consideranti faci-
le dabit ad responsionem primam.
Ad alia adducta contra conclusiones
ad primam concedendum quod per easdem
causas vario modo aut distinctis cor-
poribus approximatis fieri potest con-
servatio vita et privatio ut sequitur
quod dictis qualiter tamen isti actus
distinguuntur ab invicem videbitur post.
Ad secundum primo potest negari illa quia
cordi calidiori debetur aer frigidior
ad sui conservationem. Et ergo sicut
cor est calidius temperato ita eidem de-
betur aer frigidior. Non tamen oportet
si cor est calidum in secundo aerem ipsum
debite eventantem esse frigidum in
secundo quia in actu conservationis non queritur
in colerico remotio excessus caloris
supra temperamentum sed debitum
refrigerium intra latitudinem sue
colericitatis et prohibitio incendii
et ad hoc non requiritur aer quantum
in gradu equalis lapsui cordis tamen
intendere eius lapsum contingere con-
trarium talem oportet. Et hoc videtur
sententia Haly commento secundo Tegni capitulo
ting inquit exemplum est ut sit pre-
servatio corporis separati ab equali-
tate ad caliditatem in duobus gra-
dibus tunc requiritur quod infrigidat
in gradu secundo. Aliter potest dici probabili-
ter concedendo quod ultimum ad quod deducit
argumentum secundum scilicet quod corde temperato
et corde colerico eventantis per aeres sibi
proportionales non oportet quod corde
colerico proveniat pulsum secundum
illas differentias penitus equales.
Contra hoc modo est contra Galienum
supra capitulo de signis naturalium
distemperantium cordis et contra Avicennam
secundo tertii capitulo de signis complexionum
cordis naturalium et videtur generaliter
contra omnes auctores. Item quando

cumque aer attractus ad eventationem
cordis colerici in secundo sit frigidior aere
attracto ad temperamentum cor tamen
colericum in secundo post debitam eventa-
tionem consistens in constrictione esse cum
aliis paribus et spiritus eius infla-
mabilior ergo post constrictionem
esse cordis colerici in secundo citius infla-
mabuntur spiritus et insurget necessi-
tas sequentis eventationis si sic utroque
ei tempore quiescet cor colericum
inter dyastolem et sistolem quam cor tem-
peratum et per consequens est pulsus
eius frequentior. Ad primum istorum
dicitur quod omnes iste auctoritates sunt
intelligende cum aliis paribus quis
enim dubitat corpus temperatum situa-
tum in aere multo calidius temperato
posse habere pulsum et anhelitum
multo maiorem velociorem et frequen-
tiorem quam in aere temperato immo quam cor-
pus aliquantulum calidius temperato in
aere temperato et per consequens contra
contingens est corpus calidius temperato
et per consequens contra contingens
est corpus calidius temperato in aere pro-
portionabiliter frigidiori temperato
habere pulsum non maiorem velocio-
rem aut frequentiorem quam corpus
temperatum in aere temperato ubi cete-
ra fuerint paria que in dispositione
aeris eventantis obedientia consistunt. Et
quod corde calidiori temperato proveniunt
pulsus maiores velociores et cetera ut supra
visum est. Pro responsione ad secundum
premittendum est quod utrumque cordi na-
turaliter se habenti correspondet certa
mensura caloris habens latitudinem
intra quam potest calor cordis per
debitam eventationem aeris plus
quandoque minus remitti secundum variam
dispositionem aeris cordi circumstantis
corde tamen intra hanc latitudinem
consistente non provocatur motus ad querendum
refrigerium. Cum autem augetur calor
super hanc mensuram promovetur
ad petendum aerem frigidum quo
prohibeatur spiritus incendium. Verbi
gratia corde temperato consistente comple-
te dilatato aerem in eo recepta debita
quantitate aeris frigidi per tempus
in corde et spiritibus remittitur calor

et per tempus etiam postquam constrictum
est cor et expulsum est aer calefactus
et fumus augetur in corde calor etiam
toto tempore quo quiescit in eo et secundum
intenditur caliditas donec perve
niat ad mensuram necessitantem ad
novam eventationem in quolibet
ergo intrinseco corpori quantumlibet
augmentata fuerit caliditas in corde
non tamen per illam movebitur mo
tus ad dilatandum sed solum tunc
cum crescit calor ultra mensuram ea
dictam. Ex quo patet quod si cordi tem
perato occurreret aer temperatus magis
intra latitudinem iam dictam re
mitteretur calor cordis quam si esset
est quidam frigidior aer occurreret
aliis paribus et per consequens occur
rente eodem aere frigidiori tardius
est post completam systolem produ
ceretur cor ad mensuram caloris ne
cessitantem ad sequentem eventatio
nem unde longiori tempore quiesceret
in constricto esse. Consimiliter per oppositum
de corde calido ymaginandum est si
enim eventetur cor calidum ad aerem
temperatum minus remittitur calor eius
citra mensuram caloris necessitantem
in eo eventationem quam si eventaretur
per aerem frigidiorem ideo tardius
post completam sistolem producetur
ad mensuram caloris necessitantem
ad sequentem eventationem ipso
eventato per aerem frigidiorem quam
in ipso eventato per aerem temperatum
vel calidiorem ideo longiori tempore
quiesceret constrictum et sic patet
quod non repugnat per aerem frigidio
rem temperato tanto plus remitti ca
liditatem cordis calidi intra latitu
dinem sibi correspondentem quam remit
tatur calor temperati per aerem temperatum
quod tardius post completam eius sisto
lem producetur ad mensuram caloris
necessitantem sequentem eventationem
in ipso quam cor temperatum erit in eo ergo
pulsus rarior. Nota tamen quod licet
per aerem frigidiorem temperato con
tingat cor calidum plus in calore
remitti intra suam latitudinem quam
remittatur cor temperatum per aerem
temperatum intra latitudinem suam
sicut tamen cor illud semper deno
minandum esse calidum respectu
temperati cordis. Ex quo patet quod ali
quantus gradus caloris acquisitus
cordi et spiritibus necessarius potest
ad eventationem querendam cor
temperatum quantus acquisitus cordi
calidiori temperato non necessitat ipsum
ad eventationem querendam pro
babile enim est quod sicut aliquod cor
est alio corde naturaliter calidius
ita aliis paribus maior est mensura
caloris in eo necessitans vel promo
vens eventationem et econverso minor.
Et ex hoc sequitur hanc consequentiam
non valere calor in a corde est multo
maior quam in b et dispositivus est a ad
inflammationem quam b ergo corpus
necessitabitur ad eventationem a quam
b cum aliis tamen paribus crescet
argumentum. Nota etiam circa
hanc quod mensura caloris iam dicte
necessitans ad eventationem non
solum variatur secundum diversitatem
complexionum naturalium etatum
et secundum ymo etiam varietatem
aliarum circumstantiarum accidenta
lium alia enim est hec mensura in vi
gilante alia in dormiente aliam in co
mato alia in quiescente alia in irato
alia in timente alia in sano alia in
febriente et sic de aliis. In argumento
ergo neganda est illa quando quantumcumque
aer activatus ad eventationem cordis
calidi in 2° sit frigidior cor tamen
calidum post debitam eventationem
existens in constricto esse est calidius
ergo citius inflammabitur et insur
get necessitas eventationis. Licet
enim tunc sit calidius sicut tamen
ipsum tunc inter suam latitudinem
magis esse remissum quam cor temperatum
intra latitudinem suam et per consequens
magis distare mensura caloris ne
cessitantis eventationem et sic sit
non repugnat ipsum ad mensuram
necessitantem eventationem tardius
produci. Aliter etiam ad argumentum
probabiliter dici potest quod aer activa
tus ad cor non solum sit mobilis +
refrigerativus per calorem quem recepit
a corde et spiritibus sed etiam per

fumos calidos scilicet grossos [...] prohiben
tes ne cor ipsum et spiritus debite
ventilentur quia ergo calidiori complexio
nis elevantur fumi calidiores et insen
sibiliores quam corde temperato tunc etiam spi
ritibus commiscentur ideo tunc aer frigi
dus attractus ad ipsum fit inutilis re
frigerio quam aer temperatus in corde tem
perato quare oporteret attractum ab eo expel
li velocius et nondum ab ipso venus at
tractum et per consequens pulsum velocio
rem et frequentiorem fieri ¶ Ad aliam con
firmationem qualiter iuxta primum et
secundum modum respondendum sit solvendum
patet autem penes hunc 3^m modum
patet aerem frigidiorem tunc similem
fieri refrigerio in corde calido quam aerem tem
peratum in corde temperato propter fumos
calidiores ut prius dictum est ¶ Ad aliam
confirmationem patet quod qualiter
iuxta primam viam sit respondendum
quia non debet aer esse tanto frigidior
temperato penes autem secundam posset
concedi conclusio patet etiam qualiter
iuxta tertium modum respondendum [...]
mediate tactum sit quod respondendum
¶ Alias aliter dixi concedendo quod tardius
calefit aer frigidus in primo attractus
ad cor calidum in primo quam aer attractus
temperatus ad cor temperatum aliis paribus
ut probat argumentum et negatur quod
tunc concluditur ergo tardius posset dya
stolem fiet sistole corporis calidi [...] et
arguitur quod non fit sistole nisi aere cale
facto [...] negatur quod et causa est quia
per multo maiorem gradum caloris ac
quisitum aere frigido in primo attrac
to ad cor calidum in primo quam cor
temperatus cum indigeat aere multo
frigidiori pro sua eventatione quam cor
temperatum per multo etiam maiorem
calefactionem fit suo refrigerio [...]
et per consequens non repugnat illud
tardius calefieri quia sibi tardiori al
teratione tunc tamen [...] compelli
¶ Et iuxta hoc probabiliter concedendum
quod aer qui a corde frigido per sistolem
expellitur per maiorem dispositionem
distat ab eo quia per dyastolem attra
hitur ab eodem ¶ Ex quo sequitur quod
non qualis est proportio aeris [...]
attracti per dyastolem cordis calidi ad

aerem attractum ad cor temperatum
talis est proportio compulsi ad compulsum
per sistolem et plura huiusmodi similia concedi
possunt que forte non videntur omni
bus concedenda ¶ Contra tamen quod an
helitus calidus non posset significari sup
complexionem calidam pulmonis et
quod frigidus frigidam ¶ Contra [...] 10 3^a
arguitur quod quia sicut aer attractus
ad cor calidum per maiorem calefac
tionem inutilis fit refrigerio quam aer at
tractus ad cor temperatum ita aer attrac
tus ad refrigerium pulmonis calidio
ris et per consequens aer per exspira
tionem expulsus a pulmone calidiori
temperato debet esse frigidior aliis paribus
quam expulsus per exspirationem a pulmone
temperato non ergo quod anhelitus calidus
significantur pulmonis calidi sed
potius contra ¶ Item stante fortitudine
virtutis tunc obedientia instrumenti
anhelitus febrientis esset frigidior quam
anhelitus hominis sani contra experientiam
quia aer attractus ad pulmonem febri
entis per maiorem eius calefactionem
in eo fit inutilis refrigerio quam attractus
ad pulmonem hominis sani ¶ Cum ergo
virtus ponatur fortis et instrumentum
obediens prius per exspirationem expel
litur quam tantum calefiat sicut aer attrac
tus ad pulmonem hominis sani aliis paribus
et per consequens [...] hec argumenta non
nonnullis fecerunt fidem plenam ¶ Ad
utrumque tamen istorum dicitur quod si
anhelitus habentis pulmonem calidum
est calidior ceteris paribus quam habentis
pulmonem frigidum hoc non est propter
aerem attractum ad refrigerium pul
monis esse calidiorem sed propter fu
mos pulmonis igneos cum aere per
exspirationem simul expelli per quorum
commixtionem videtur aer calidior magis
enim quantitas fumorum simul cum
aere per exspirationem expellitur [...]
similiter dicendum est de anhelitu fe
bricitantis sic enim perpercitur per tantum
prius aere febriente pro exspiratione
expulsum sive fumos scilicet grossos
esset aliis paribus tantum frigidior
quam expulsus per exspirationem hominis
sani propterea ergo calidior per fumos cum
aere mixtos esse multo calidiores et

et forte horum fumorum corruptio est causa ut non sit aer pro refrigerio utilis et reddit ad quandam inconvenientiam superius positam. Ad ultimum negandum est illa quod quanto ergo colerico vel lapso est cor calidius corde temperato tanto pulmo calidior pulmone temperato ergo tanto magis ipso recipiet aerem pulmone preparandus maiorem calefactionem prius quam cordi occurrat. Cum maiore multo recipiet tunc quia non sit utilis per calefactionem pro refrigerio pulmonis tamen quia aerem cor requirit frigidiorem et spiritum a pulmone velocius et frequentius attrahit. Ultima conclusio probabiliter ponitur contra precedentem conclusionem sive positionem secundum vias plures quodlibet corpus difformiter se habens est merito sue complexionis per aerem virtualiter sive in effectu et secundum denominationem sibi similem conservabile sit scilicet quod temperatum corpus vel temperatum aere frigidum per frigidum etc. Dico autem notanter merito sue complexionis naturalis quia contingens est quod ratione complexionis compositionis aut alicuius dispositionis secundum quam non esset tale corpus per aerem sibi secundum denominationem simile conservabile ut si esset corpus valde colericum et composito vel de augusta scilicet gravitas pectoris pulmonis et arteriarum situa tunc cum non esset illud corpus per aerem calidum et siccum bene conservabile ut supra declaratum est. Hec conclusio persuaderi potest per auctoritates et rationes adductas post oppositum. Item sic se habet aer conservans colericum corpus ad corpus colericum sicut aer conservans corpus temperatum ad temperatum in nobis cum est proportio conservantis ad conservabile ergo permutatim sicut se habet colericum ad temperatum sic aer conservativus colerici ad aerem conservativum temperati tunc ergo corpus colericum sit calidius temperato sequitur quod aer eius conservativus est calidior aere conservativo corporis temperati. Et per idem probatur quod aer conservativus flegmatici debet esse frigidior flegmatico et sic de aliis.

Ad argumenta autem que inducuntur probare conclusionem oppositam ex dictis solvi possunt. Ad argumenta principalia. Ad primum in quota superius dicta probabiliter respondendum est quod si aer temperatus debeat temperare excitare calorem cordis temperati remittet calorem cordis per a cor per illum aerem refrigerandum non precise per a distat a corde frigido pro illo tempore quo indiget refrigerio per aerem quamvis in termino ad quem excitationis facte per aerem ad intendendum sit ipsum precise per a distare etc. Et si ponatur quod in termino a quo excitationis precise per a distat cor temperatum a corde frigido et fiat argumentum ut prius hinc dicitur quod admisso quod illud cor precise per a distet in termino a quo excitationis etc. illud cor non est temperatum sed frigidum quidam enim in mensurarum qualitatum corpora et corda diversarum complexionum naturalium non diversis circumstantiis inter se comparata contingit cum flegmaticum quod naturam calidiorem esse corpore temperato quiescente aut eque calidum similiter cor colericum per aerem debite excitandum in termino ad quem excitationis frigidius esse corde temperato aut eque frigidum et per idem cor frigidum per aerem excitandum quiescens scilicet in termino a quo excitationis calidius esse corde temperato in termino ad quem temperate excitationis vel eque calidum et quod et sic de similibus non ergo admittendum est cor aliquod temperatum etiam pro aliquo tempore precise per a vel minus distans a corde frigido per aerem tamen pro tunc ipsum debite excitantem remittere caliditatem eius per a hic enim clarum repugnantiam ut intuenti patere potest et per idem solvitur similia. Ad 2m principale dicitur quod corde temperato existente cum mediocritate compositionis non posset per aerem frigidum quemcumque conservari aere enim frigido debite refrigerante necesse est ipsum esse mediocris quantitatis aeris frigidi licet quemcumque excitaret cor temperatum non tamen ipsum debite moderaret ad debitam cum moderationem cordis mediocris

requiritur mediocris quantitas aeris

requiritur mediocris quantitatis aeris
frigidos spiritus quamplures adducentis
et si ponatur cor et arterias proportio
nabiliter tanto maiora etc. dicitur quod
in casu alio vel in hoc corde existente in
proportionabiliter dispositionum quam corde
temperato complexionis et mediocris
compositionis sicut hoc cor et arterie
sunt maiora tunc pro sua conservatione
sufficit aer temperatus tanto maioris
quantitatis vel saltem tanto ad spirandum
cordis huiusmodi conservandum talis ha
bundo qualis est aeris mediocris ad spirandum
cordis et arteriarum mediocrium. Si
autem ponatur in hoc corde et arteriis
non esse proportionabiliter maius
de spiritu sed equaliter probatur conceden
dum est in casu isto non esse illud cor
conservabile per aerem temperatum aliis
rebus concurrentibus temperatis sicut
cum declaratum est. Similiter in casu com
plexionis sit cuius corpus temperatum
per similem aerem conservandum
in casu tamen dispositionis alterius
cordi accidentaliter quod sic contingens
est cor in complexione temperatum sed
per frigidum aerem solum esse conser
vabile. Ad 3m principale conceditur
consequens et qualiter hoc est contra
determinata. Ad quartum patet
conclusionem quartam qualiter sit
respondendum patet per eius ulti
mam conclusionem negatur assump
tum et ad probationem primam ne
gatur quia quamvis illo tamen ante bene
sequitur quod oportet aerem esse esse fri
gidiorem vel potentiorem ad frigidan
dum et consequenter dicitur similiter
aer calidior attractus ad cor calidum
sit minus frigidus aere temperato po
tentior tamen est ad infrigidandum
propter ipsum in maiori quantitate
velocius et frequentius attrahere cordi
calido quam attrahat aer temperatus
cordi temperato. Ad confirmationem
conceditur ad prohibendum infla
mationem cordis calidi requiritur
fortius prohibens vel refrigerans
et illud est aer calidior temperato
aere qui tamen est ita frigidus re
spectu calidi cordis sicut aer tempera
tus respectu temperati et cum hoc sub

maiori quantitate velocitate et fre
quentia attrahit cordi calido. Patet
etiam quod magna quantitas latitare sit
occurrens cordi plus potest infrigi
dare corpus etiam calidum quam valde
parve quantitatis quam posset infri
gidare corpus temperatum vel frigidum.
Ad aliam confirmationem patet quod
dictis in questione non tantum post dya
stolem cordis fieri systolem quia aer
frigidus tunc calefiat et fit inutilis
refrigerio licet etiam necessitas in
spirandi posset ad hoc concurrere ut 2o
huius visum est. Ad aliam confirmatio
nem dicitur quod habentes complexio
nem preter naturam calidam naturaliter
leduntur calido id est magis aliis prob.
apti sunt ledi aere calidiori quam oportet
quam aere frigidiori quam oportet tamen quia
aere frigido convenienter approportio
nati possunt. Cum quo tamen stat
quod aere calido sibi convenienter attem
perato conserventur ideo negatur quod.
Ad auctoritatem commentatoris sicut omnis
immoderata distemperantia solvitur ad pre
cedentem. Ad aliam potest dici quod
aliud est in aliquo tempore bene se
habere et preservari a lapsu et aliud
ad ipsum conservari ut patet etc. Possunt
etiam multipliciter aliter responderi
sed nunc dimitto etc.

Utrum ad
cuiuslibet corporis sanitatis
debitam conservationem
requiratur exercitium. Arguitur quod non
quia exercitium non est res non natural
is quia non delectabiliter alterat nostra
corpora ergo non necesse requiritur
ad conservationem etc. Assumptum patet
quia contingens est corpus humanum
nec quiescere nec exercitari ut si move-
retur valde tarde aut in voluntario
exercitio cum non est nisi motus vehe
mens voluntarius ut infra videbitur.
Consimiliter quia eadem est ratio
totius et partis sed non ad cuiuslibet
partis vel membri debitam conser
vationem requiritur aliud exercitium

non enim omnes nostri corporis
partes sunt voluntarie mobiles
et per consequens nec exercitabiles.
Ro ad principale sic arguitur per
quodlibet exercitium quod innatum est
corpori debite administratum calefit cor
pus sed non quodlibet corpus pro sua
calefactione indiget calefactione igitur
non quodlibet indiget exercitio probatur
minor quia corpus calidissimum in extremo
sue latitudinis situatum per quamlibet
calefactionem excedit latitudinem sui
temperamenti igitur per nullam ca
lefactionem est conservabile et per conse
quens nec per exercitium. Consimiliter quia
tunc aliquod corpus esset sanum simpliciter
quia non esset aptum semper vel ut
in multum permanere tale quia signetur
corpus sanum simpliciter in extremo
calidiori latitudinis temperantie et
patet quod exercitium eidem adveniens illud
corpus calefaciet. Pono ergo quod calefa
ciet ipsum per b gradum et fiet
illud corpus ita prope illud extremum quod
minus quam per b distat ab extremo et
patet quod adveniente exercitio calefiet
extra latitudinem temperamenti et per
consequens non remanebit sanum simpliciter
vel temperatum et per idem argumentum
deduci potest aliquod esse corpus valde
distemperatum quod per debitam administra
tionem exercitii quamlibet fiet temperatum
et econtra per quamlibet administra
tionem debitam quietis fiet distempera
tum ymaginando corpus frigidum
in extremo propinquiori temperantie
quod per exercitium sibi proportionatum
calefiet per b gradum distet tamen a
latitudine temperantie magis quam per b et
patet quod quandocumque exercitabitur per
mutabitur ad temperiem et econtrario in
quiete redibit ad distemperiem. 3o ad
principale hoc esset propter resolutio
nem superfluitatum que in humano
corpore accrescunt distemperacie multi
plicari et digestionibus membrorum
sed arguitur contra quia solidior et
difficilius est resolubilis substantia
membrorum radicalium quam superfluitas
aliqua cuiuscumque digestionis fuerit sed
nullo adveniente exercitio sufficit calor
naturalis resolvere substantiam membrorum

radicalium ergo a fortiori sufficit re
solvere cuiuscumque digestionis superfluitates
et per consequens non propter illas resolven
das requiritur exercitium. Consimiliter
quia si propter causam dictam esset ne
cessarium exercitium quanto aliquod mem
brum esset superfluitatibus habundantius
tanto esset illud fortius exercitandum cum
ergo corporum sit maxime habundans
superfluitatibus sibi fortius competeret
exercitium quam manibus aut pedi
bus quod non est a nobis opinabile.
Confirmatur idem maior et fortior
est calor in corpore colerico in 2o quiescente
quam in flegmatico in 2o actu
se debite exercitante et superfluitates in
eo pauciores subtiliores et facilius re
solubiles sed calor flegmatici se debite
exercitantis potest eius superfluitates grossas
et frigidas resolvere et multas ergo
a fortiori calor colerici in 2o quiescente
poterit suas superfluitates consumere vel
sumere et per consequens ad earum consump
tionem non requiritur in colerico
exercitium. Confirmatur idem quia
per quodlibet exercitium quod innatum est
debite administratum plus de spiritibus
quam de superfluitatibus resolvitur ergo
ex quolibet exercitio iterum magis in corpore
conservando provenit impedimentum
quam iuvamentum et per consequens non confert
ad corporis conservationem. Assumptum
probatur quia non minus motus et
calor ab exercitio vel motu provenientes
occurrunt spiritibus quam superfluitatibus
resolvendis et cum hoc subtilior et fa
cilius resolubilis est substantia spirituum
quam superfluitatum cuiuslibet digestio
nis ergo plus inflammabuntur et
resolventur spiritus ab exercitio quam super
fluitates iam dicte. Pro isto forte negatur
quod quia motus spirituum salvat et
resolutionem eius prohibet sed non pro
hibet resolutionem superfluitatum. Contra
quia tunc posset motus cordis dici ex
ercitium absque hoc quod aliquid de spiritu per
exercitium resolvatur quia cum tamen non
potest motus aliquam partem spirituum
prohibere a resolutione eadem quare.
Item motus non tollit spiritus cale
factionem exercitio nec eidem resistit
calor qui exercitio spiritus magis quam

humore calefiat sed ad maiorem ca
lefactionem spiritus sequitur motio
maior subtiliatio et citius resolutio
ergo etc. Quarto ad principale si exerci
tio esset vera tunc causa caliditatis tunc for
tiori exercitio et magis calefactivo quod
tinandum esset corpus flegmaticum
quam temperatum vel colericum quod vi
detur contra galienum in textu Calidi
ora enim corpora calidioribus indi
gent adiutoriis et frigidiora frigidio
ribus etc. Arguitur quia quanto plures
et difficilius resolubiles superfluitates
post qualibet digestione remanent in
flegmatico quam in temperato vel colerico
quas oportet per exercitium resolvi
ergo ad illas consumendas requiritur
maius et fortius exercitium Ultimo
arguitur solum mensuratum exercitium
positum a galieno in textu non esse co
nvenientem scilicet quousque corpus aere
incipiat quia omnis dolor significat
presentem egritudinem saltem in parte
dolente ut 2o huius retentum est ergo
quelibet pars per exercitium doloris
incipiens producitur usque ad egri
tudinem tunc ergo omne membrum
per exercitium vel causam aliam pro
ductum ad egritudinem prius per
ducitur ad neutralitatem ut innu
itur sequitur per exercitium quantumcunque
debite administratum fieri aliqua
membra egra ut innuit et per consequens
egritudinem sanantis. Ad
oppositum est galienus in textu et Avicenna
Fen prima doctrina 2a primo canonis
et quarto almansoris capitulo. Ad princi
pium sanitas conservatur bonitate
commensurationis motus et quietis
Et colligitur idem 2o regiminis sanitatis
ad principium 2e affor. commento pro
dum inquit exercitium utile est na
giones naturalem calorem et va
lidas facit que in membris sunt vir
tutes naturales animales et vitales
et 2o affor. commento. Pro declaratione
Primo in ista questione videbitur
quid proprie per exercitium intelligendum
sit 2o respondebitur ad quesitum.
Est autem exercitium motus voluntarius
propter quem anhelitus magis et
frequens est necessarius. Patet 2a primi

allegato capitulo Ex quo patet
quod motus qui est exercitium efficiens
causa est virtus voluntarie motiva
imperans puta appetitiva rationalis
que voluntas proprie dicitur et ap
petitiva concupiscibilis vel irascibilis
hec autem sunt cause principales
motuum voluntariorum imperantes
et movere ut quarto virtutum na
turalium quarto capitulo dicitur.
Sunt motum imperantium exequens est
virtus voluntarie motiva in mu
sculis et lacertis que ideo voluntarie
mobilis dicitur quia sequens iam
dictarum virtutum imperium. Similiter
quoque enim musculo est alia natura
que est sequens iudicium estima
tive a qua proveniunt quibus consensus
prima primi capitulo de virtutibus
animalibus motivis. Patet 2o ad hoc
quod aliquis motus voluntarius di
catur exercitium requiritur ipsum
esse vehementem in tantum ut eo
magis inspiretur et frequentetur an
helitus et notum est quod hic effectus
arguit caliditatem auctam esse vel
augeri in spiritualibus membris
finis autem causa eius est dicendum
ab auctoribus exercitium est ne fiat
in corpore humano superfluitatum ag
gregatio que potest esse causa na
turalium egritudinum et ut confor
tetur calor naturalis membrorum.
Et membra omnia calidiora et ro
bustiora reddantur per exercitium
enim debite administratum humano
corpori calor et spiritus ad omnia
membra transmittuntur a quibus cor
pori unde superfluitates membrorum
insensibiliter sub forma sudoris educuntur
hoc tangit galienus 2o de regimine
sanitatis primo capitulo. Exercitium
inquit est ad duo in quibus utile ad
evacuationem superfluitatum et ad
bonam valitudinem soliditatem mem
brorum nam cum exercitium sit vehe
mens motus necessario tria facit
in exercitato corpore scilicet duritiem or
ganorum dicitur contractorum quod
sequitur impossibilitas eorum et
similitudinem vel convenientiam potest
habere alia sive convenientia et similitudine
ad membra alia Contingit autem rem
aliquam esse alicui determinate parti
contrariam et disconvenientem quamvis
pluribus aliis sit similativa q° et
Ex quo ulterius in ratione formali
temperati est includendum differmi-
tatem eiusdem per aliquam saltem uni-
formaliter Ex quo ulterius patet ma-
iorem esse latitudinem temperantie
sive temperati quam sit latitudo temperiei a-
licuius membri Latitudo enim temperantie
alicui temperati correspondet et adequatur
latitudini temperantie omnium membrorum
Et sicut de uno temperato dictum est ita
proportionaliter dicendum est de uno
distemperato respectu unius dicitur temperatum
aut similis respectu habitudinis totius
et non respectu determinati membri etc. ||

CUM MATRIX colligitur super sperma. Ponitur
in hoc capitulo tractatum
de modo figurationis et formationis
sic fetus sic procedit. Prima primo
ostendit causas et modum figuratio
nis fetus 2o investigat causas dissi
militudinis in speciebus similitudine vel dis
similitudine fetus ad parentes 3o
investigat causas in figuratione geminorum
4a causas partus 2a ibi Et cum ad
hoc efficiendum 3a ibi Et causa quid
in geminis 4a ibi plus aut non sit
Prima in tres primo facit quod dictum
est 2o complet modum quo nutritur
fetus in utero 3o qualiter panniculis
alligetur et defenditur ibi 2a Et
scias quod sanguis menstruum 3a ibi aut
plus fetus continetur tribus panniculis
prima et 2a in primo tangit modum figura
tionis principalium 2o ordinem in
figuratione ipsorum ibi 2a Et spatium
quidem septime. Prima in 3s primo
premittendo dispositionem prima
rie figurationis advenientem tunc
illa complet 2o illas declarat 3o con
cludit quod omnia 2a ibi Et membris
quidem 3a ibi et propter illud et
primo cum matrix colligitur id est
constringitur vel corrugatur super
sperma hora scilicet conceptionis tunc prima
dispositio que advenit illi scilicet in sper
mate est spumositas quia scilicet sperma
spumositatur et hec spumositas est id est
provenit ex operatione virtutis forma
tive. Dicendum primo est nota
istam partem membra debentia aliquid
digerere materiam digestione quid
illam materiam per virtutem dete
tivam debito tempore detinent ita
ut non infringat virtus expulsiva
nisi digestione completa. Ratio autem
cum preparat digestionem patet per primam capitulo
de virtutibus ministrantibus.
Operatur autem retentiva media
tibus villis transversalibus ut patet
ibidem unde oportet membrum re
tinens corrugari et constringi super

digerendam materiam. Cum matrix
in matrice hora conceptionis recipit
sperma digerendum digestione quid
oportet ipsum a matrice retinere
transversalibus villis operante. Quare
oportet ipsam constringi et corru
gari super sperma ad ipsum figendum
donec complete digeratur propter
quod bene dictum est in littera cum ma
trix colligitur et habetur eadem sententia
in precedenti Capitulo dum inquit
Et sic in dispositione conceptionis in
summo constrictionis quam fortasse
non [illegible] compatimus [illegible]
Et colligitur idem 3o virtutibus naturalium
2o capitulo. Dicendum est 2o
quod huius spumositatis spermatis ultima
est causa prima quidem mediata et
remotior scilicet matricis collatio et cor
rugatio super sperma licet cum ma
trix sit quod sit membrum frigidum et
nervosum propter participationem tamen multarum
venarum et arteriarum per ipsam
seminatarum potens redditur ad
sperma calefaciendum et aliqualiter
rarefaciendum et cum quod cum spu
mositandum ad quod iuvamentum
facit motus constrictionis eius et re
tentio spermatis in loco angusto vi
vens [illegible] spermatis et vigorans et
eius resolutionem prohibens. Causa
autem immediatior est caliditas spiritus
et informativa virtus est consistens
in semine vel sive per virtutem in
formativam intelligere volumus ipsa
mentum datum spiritui genitivo per quod
redditur spiritus gignitivus in semine
inclusus potens ad hanc spumositatem
producendam et alias sequentes opera
tiones. Hunc intelligere volumus per
virtutem formativam spiritus genti
tum substantialem formam quidquid
posuerit [illegible] sive pro hanc intellige
volumus virtutem aliam occultam
in spiritu genitivo aptam derelictam
quam per hanc virtutem et caliditatem
eius agit in materiam spermaticam
ipsam calefaciendo rarefaciendo et
interius perforando et sic sive sub
stantie consistendo in ea gravitates
formando quas in sue creationis
principio debent habere principalia
membra. Ideo tumescit sperma et

spumositatur. Et ex hac sequitur
... fieri huius spume generationem
et aliter fieri spumositatem in aliis
corporibus exterioribus ut in aqua
et sic de aliis in quibus ut colligitur
ex ante dictis generatio ... generatur spuma
ex commixtione corporis aerei sicut
vel vaporosi cum corpore viscoso
vel fluxibili corpore vaporoso
in corpore viscoso incluso et petente
naturaliter motum ad ascensum.
Corpore vero viscoso resistente sue
divisioni eo quod naturaliter appetit per
manere continuum. Unde patet a nul
lo illorum corporum nec ambobus
simul illam spumam naturaliter
produci sed per accidens et non ex
intentione nature. In spermatis
autem spumositate licet generat
corpus aereum puta spiritus generans
et rarefaciens corpus viscosum scilicet
spermatis substantiam hec tamen non
est preter naturalem intentionem
spiritus genitivi et informative vir
tutis. Ex hac ulterius patet causa
quare non tota materia que genera
tioni subicitur conformiter spumo
satur huius enim spumositatio non fit
ex sola commixtione contingenter fa
corporis aerei in poroso sed a natura se
cundum partium congruitatem. Ex
quibus fieri debet generatio prin
cipalium membrorum ad varias
partes transmittitur spiritus vari
ficando et granando materiam spu
matam recte sicut divinitate aliquid
et substantialia membra transmit
titur spiritus ad carnem et ad os
intelligendum et hanc sententiam in
tellexerunt antiqui dicentes huius
spume generationem non fieri a calido
absolute in quantum calidum est
quia tale totam materiam simul
rarefaceret et spumosaret sed fit a
calido determinato quasi sibi regulato
et directo a tali forma vel virtute ge
nitiva spiritus. Ex quibus omnibus
manifeste sunt cause generationis
huius spumositatis materialis enim
causa est ipsum spermatis corpulentia
agens autem mediatum et remotum
est matrix ad quod coadiuvat cor-

rugatio et constrictio eius. Agens
vero propinquum est spiritus genitivus
per eius calorem et temperamentum
et forte propinquitatem similitudinem
in quod declinatum. Finis vero est me
liorum principalium generatio et for
matio. Que vero sit eius causa
formalis satis patet. Considerandum
est 3o quod de continuatione spermatis
ad fetus generationem varie diverse
sunt positiones. Prima fuit philosophi
et sequentium ipsum in eam sic
generaliter Avicenna adhesit et hanc
secutus fuit egidius romanus in
suo tractatu de formatione humani
corporis. Posuit autem hec positio quod
sperma viri non concurrit ad genera
tionem materialiter sed solum effec
tive et quod materia generationis solum
est menstruum mulieris sed quia hoc
oportet licet sic exponi prima dis
positionis que advenit illi est spu
mositas spermatis idest menstrum quod
ideo sperma appellatur quia coadec
dealbatur et ad quandam lactis vel
spermatis similitudinem ducitur.
2a autem positio fuit galeni dicentis
utrumque sperma concurrere materialiter
simul et effective ad generationem.
Hanc vero sequendo magis conveniens
est licet sicut sonat. Quarto sciendum
est quod in proposito non est intentio
determinare quod hec et spumositas que ad
venit spermati sit per actione calidi
digerentis et rarefacientis sperma
notum est quod prior dispositio in sperma
te acquisita saltem manifesta est
spermatis rarefactio sed intelligunt
quod inter dispositiones manifeste dif
ferentes notabiles spermati acqui
sitas prima est spermatis spumositatio
hec autem dispositiones ut infra
patebit sunt quinque prima que iam
dicta est. 2a est apparitio quarundam
guttarum sanguinearum per substan
tiam spermatis dispersarum. 3a
vero est qua sperma ducitur ad
formam coagulati sanguinis. 4a
est qua sperma hec efficitur sicut
caro masticata. Ultima vero dispo
est lineatio manifesta et membrorum
distinctio per compaginationem igitur

ad has dispositiones potest spermatis
spumositatio dici simpliciter forma
harum autem dispositionum prime
fuit ille primo sit spumositatio
propter causas dictas. 2o apparet
rubee sanguinee et quia iam natura
convertit spermati sanguinem qui
requiritur pro fetus generatione. //
3o apparet sanguis coagulatus per
digestionem hanc ingrossare materiam
que debet in fetus substantiam generari
4o videtur caro masticata quia iam
incipiunt lineationes sicut que
quia perfecte non discernuntur
apparet in manu illa quedam super-
ficiei irregularitas propter diffor-
mitatem elevationis et depressionis
partium in illa sicut in carne mas-
ticata. Ultimo autem ex incipiunt
apparere lineationes membrorum
et veritas quidem est. Nunc decla-
rat quod dixerat scilicet quod ex opera-
tione virtutis informative fit genera-
tio spume et dicens veritatem illius
dispositionis iam dicte quia scilicet
ipsam esse ex operatione virtutis infor-
mative est ex hoc quia virtus infor-
mativa movet illud quod est in
spermate de spiritu vitali animali
et naturali ad invicem id est originem
unicuiusque eorum scilicet principalium
membrorum in qua figitur et radica-
tur ut generatur ex eo id est ab eo scilicet spiritu
secundum modum quem exposuimus in
libris priorum quia scilicet nono
de animalibus capitulo primo.
Sciendum est circa istam partem
primo ex littera Avicenne hic quod in-
tellexit in spermate contineri spiritum
animalem vitalem et naturalem. //
Sequitur enim virtutem informa-
tivam ad spumositandum materiam
movere illud quod est in spermate
de spiritu animali naturali et cetera /
et per consequens in spermate sic
includuntur isti 3es spiritus. Et
ex hoc ulterius sequitur quod sperma
quantum ad partem eius spiritua-
lem non solum descenditur a corde
sed etiam ab omnibus principa-
libus membris licet etiam particu-
lariter contingat ipsum ab aliquo

vel aliquibus membris particula-
ribus descendi et colligitur hec sententia
supra 20a seu huius capitulo de
causis spermatis cum inquit. //
Et est verum quod dixit in propositis de
esse duarum venarum primo oportet
ut ex omni membro principali sit
ei fons et ex aliis membris refundatur.
2o sciendum est quod illa littera appa-
renter possit concludi quod spiritus a-
nimalis naturalis et vitalis spermatis
genitivi compositionem ingredientes
remanet in eo formaliter et quod spermatis
genitivi non sit unus spiritus compositus
nisi per aggregationem hoc enim
videntur sonare verba littere. Et ex hoc 3o
ulterius sequitur quod temperamentum
spiritus genitivi non est aliud se-
cundum speciem a temperamento
spiritus animalis naturalis et cetera et
hoc probabiliter potest dici tempera-
mentum spiritus genitivi esse unum
temperamentum distinctum a tempera-
mento animalis et cetera. Resolutius
circa quod temperamentis istorum trium
spirituum adinvicem refractis ratione
cuiuslibet mixti temperamentum
aliud est a cuiuslibet temperamentorum
temperamento et hanc viam possumus
probabiliter adaptare ad litteram Avicenne
ymaginando primo quod sicut in mixto
remanent elementa refracta non
sub propriis qualitatum excessibus
ita in genitivo spermate remanent tres
spiritus refracti et tunc consequenter
patet littera. Vel aliter dicere possumus
quod licet in mixto non remaneant for-
maliter elementa in ipso tamen reperiuntur
partes elementis proportionales
ut ignee aquee et ita in genitivo
spermate remanent partes animalis
vitalis et naturalis ~~po~~ proportionales na-
turalis et tunc per illud quod est
in spermate de spiritu animali et cetera
intelligit Avicenna partem spermatis
genitivi proportionalem animali et cetera.
Et patet quod utraque positio est bene tol-
lerabilis. / Sciendum est 3o quod vir-
tutem informativam transmutare
illud quod est de spiritu vitali et cetera
possumus ymaginari secundum duos
modos. Primus est ymaginando

quod ad universam generationis cerebri suf-
ficiatur solus spiritus animalis
et ad universam generationis epatis spiritus na-
turalis. hic autem modus non est
probabilis nec etiam medius vel na-
turalis suas operationes possunt pro-
ducere sine transitu spiritus vitalis ut
colligitur prima primi capitulo
de virtute vitali. Secundo ymaginari pos-
sumus quod ad quamlibet mineram suf-
ficiuntur tres spiritus sed plus pro-
portionabiliter de animali ad gene-
rationem cerebri et de naturali ad
generationis epatis et de vitali ad gene-
rationem cordis et hic modus est pro-
babilior. Ad generationem enim cere-
bri non solum oportet in materia
individui temperamentum operationibus
animalibus sed etiam naturalibus
et vitalibus proportionatum sicut
ad generationem cordis et epatis.
Nota tamen esse satis verisimile
ad cuiuslibet membri principalis gene-
rationem plus de vitali quam de aliis
aliorum spirituum concurrere. Tertio
sciendum est quod ad hunc istum sermonem in-
tellectum possumus tribus modis
verificare. Primo ymaginando quod
spiritus qui est in spermate viri conservatur
sperma ubi est et totaliter move-
atur perforando et spumositando
etc. Secundo ymaginari possumus ipsum ex
menstruo mulieris generare spiritum
animalem etc. Spiritus enim ge-
nitus est cuiuslibet illorum virtualiter
productivus. Tertio ymaginari possumus
utrumque dictorum modorum concur-
rere et quilibet istorum est proba-
bilis. Utrum autem spiritus geni-
tus qui primus erat in spermate viri
remaneat post generationem fetus
ita ut fiat instrumentum anime fetus
proximus operationibus videbitur infra
hoc enim sensit egidius romanus.
Qualiter autem hic spiritus mo-
veatur ad diversas partes materie
generationis videbitur infra. Ultimo
intelligendum est quod licet materia
que generationi subicitur sensui appareat
omogenea est tamen quo ad partes rei
difformis et etherogenea ita ut
in ea sit reperibilis pars sic propor-

tionata generationi ossis quod non carnis
et econverso. Similiter pars sit pro-
portionata generationi cordis vel epatis
vel econverso per mineram. igitur
in qua fit [?] membri genera-
tio intelligere debemus [?] mem-
bri situm vel locum in materia cui cor-
respondet materia illi membro proportio-
nata et dicitur minera methaphori-
ce sicut enim mineram locum in quo
viget huius vel illius metalli virtus
generativa generaliter appellamus et in quo
materia in talem et talem transmutatur
sic quia in determinato situ viget sic
materia proportionata cerebro quod
non cordi et econverso illum situm
mineram nominamus. virtus igitur
informativa secundum exigentias
generandorum membrorum trans-
mittit ad has mineras spiritum
vitalem animalem etc. Et propter
illud reperitur in parte ista conclusit
quidam quoddam et primo hoc
ergo removet dubium. Tertio ibi unde in
dicit primo quod prima insufflatio
sive ampulla que fit in medio ubi
debet situs cordis generari deinde altera
dextro medie et quasi contigua eidem
deinde separantur et una est pro epa-
te situs que est a latere dextro et altera
pro cerebro situs superior deinde vero
sitas frangit humiditatem quoniam qua
sit fetus et sic foramen in ea ut ma-
teria recipiat restaurationem quo
spiritu et sanguine et ibi vocatur umbi-
licus et illud quod primo fiet
hoc est parvuiculo. Intelligendum
circa istam partem primo hoc quod
dicit Avicenna introductum esse
ad confirmandum qualiter ex motu
spiritus ad diversas partes materie fit
ne sinuatio iam dicta eo enim quod
virtus intendit preparare loca ubi
debeant membra principalia generari
necesse est ipsam ad diversas partes
spiritum movere spumositatem
sive vesicationem tum principalis me-
bri generandi exigentiam unde fiunt
necessarie vesicationes iam dicte
et ex hoc patet intellectus textus. Patet
secundo quare vesicatio tota in medio fit
prius quam aliorum primum principal-

generandi scilicet cordis est in medio
Cor enim primo generatur ut infra
videbitur. Ideo primo preparatur locus
generationis eius et dicitur sufflatio
quia pro tunc tumescit sperma in
medio sicut vesica per sufflationem
tumescit. tumescit vel dicitur exsuffla
tio quia materia illa que tumescit sub
tiliatur et quasi in ventum convertitur.
Secundo sciendum est quod quemad
modum membra principalia sunt 3a
sanctiora scilicet ad esse individui puta
cerebrum epar et cor ita ante forma
tionem embrionis 3a eis preparantur
loca et sic tres generantur vesice prima
pro corde in medio 2a autem pro epate
que ab ista parum declinat ad latus
dextrum 3a vero est in supremo loco
pro cerebro. Iste tamen in principio vi
dentur se tangentes et due ultime in
generatione apparent sicut unitate
a prima propter parvitatem embri
onis que tamen posterius ipso crescente
eleuans disterminatur et apparet earum
distantia et collisio. hec eadem sunt
a galieno in libro de spermate nove
translationis capitulo sexto dubium
tamen esset sed infra declarandum quare
in testiculo ponatur membrum princi
pale eis in principio generationis non
correspondet aliqua vesica sed de hoc
infra. ¶ Sciendum 3o quod illa particula
et impletur etc. consueverunt habere du
plicem litteram primo dicit alio et tunc
oportet supplere et tertia impletur alio
sanguine ab illo quo implentur alie
alio sanguine. Alia autem littera habet
alia et est sensus et alia scilicet vesica
que est pro cerebro impletur sanguine
declinante ad albedinem et hec videtur
melior littera. Huius autem causa est quia
cum cerebrum sit membrum fleu
maticum ad albedinem tendens oportet
etiam sanguinem ex quo generandum
est esse fleumaticum et ad albedinem
tendentem. Materia enim generationis
proportionari membro generando sic
quia eadem vel similis debet esse
materia generationis et nutritionis
materia autem nutritionis cerebri
est sanguis fleumaticus ad albedi
nem declinans ideo etc. Nunc exponit

quandam aliam operationem que
fit in materia post creationem ve
sicarum scilicet foraminis vocati
post duas vesicas et intendit quod
statim declarabitur. Sciendum
est ergo primo hanc litteram posse mul
tipliciter exponi. Primo sic ad exte
riorem partem humiditatis sparse
post duas vesicas scilicet cordis et
epatis penetrat ventositas etc. et
est sensus quod virtus informativa
transmittit ventositatem ad humi
ditatem que est infra vesicam cordis
et epatis que perforat id est foramen et
cavitatem causat in exteriori humidi
tate illa id est in exteriori superficie et
in illa est postea umbilicalis vena q
restauratur fetus spiritu et sanguine
et ideo dixit post duas vesicas quia
umbilicus secundum situm est post
cor et epar ut patet. 2us sensus est
quod post duas vesicas id est postquam genite
sunt due vesice scilicet cerebri et epa
tis fuit autem mentionem de ve
sica cordis quia illa generatur tempore prius
ut dictum est ideo generationem vene
umbilicalis est tempore magis vicina
generationi illarum duarum vesica
rum ideo de illis facit mentionem.
Ideo exponere litteram ut stat. 2o est
intelligendum quod per ventositatem
in proposito intelligere possumus
ventositatem proprie dictam quia
a virtute impulsa penetrat etc.
2o intelligere possumus partem subtile
similem spermatis penetrantem princi
pium 3o et melius spiritum genitivum
intelligendum est 3o quod hic ducunt
duplex littera una habet mandans alia
vero habet mundans. iuxta primam
oportet supplere et virtus informa
tiva est mandans eam scilicet ventosi
tatem ut ipsa virtus per eam ve
tositatem taliter penetrantem reci
piat restaurationem etc. Si vero
in littera habeat mundans adhuc dupliciter
potest esse sensus mundans id est gravitas
eam et removens aliquid de medio
illius humiditatis et consonat verbo
uno quod modo loquendi quo dicimus
domum tres generatur quod ipsa mundatur.
Aliter exponitur mundans eam

i. depuratus et sequestratus eam
a superfluitatibus eam scilicet super-
fluitatem que attrahitur per loca
ubi iam facta est perforatio prima
et 2a positio videtur conformior lre
et tunc idest post illud quod primo
creatum est panniculum involvens
totum fetum / Verum tamen vesica
removet dubium quia querit aliquis
quid prius generatur an umbilicalis
vena an membra principalia et
dicit quod tres vesice principalium
precedunt panniculi et umbilici generatio-
nem quia habent conclusa principa-
lium creatio et quod quodammodo incompleta
precedit licet econverso completa vene
umbilicalis generatio precedat / Notan-
dum est ex ista lectione colligi quod prius
incipiunt vesice antecedentes generatio-
nem trium membrorum principa-
lium quam generatio vene umbilicalis
nunquam tamen completur umbilicalis
vena causa autem est quia de ad com-
plementum principalium requiruntur
multo plures et perfectiores dispositiones
Secundo quia ante complementum
ipsorum preparata debet esse illa per
quam huiusmodi membra attrahere
possit nutrimentum nutriri et conser-
vari ita ut oportuno tempore adveniat
eis nutrimentalis materia hec autem
materia est vena umbilicalis unde ex
ipsam tempore prius esse completam
de quo plenius tractavit in suo nono
de animalibus / Et cum sperma figitur
Ostendit que operatio fiat post pre-
assignatas operationes et primo facit
hoc 2o ostendit quomodo fetus per
prefatum panniculum nutriatur ibi
2m et embrio intellectus lre statim
patebit / Notandum 3o primo quod
sententia lre videtur esse hec quod cum
sperma figitur idest postquam sperma
fixum est idest retentum est in matrice
collecta super ipsum et spumat i.
facta est spumositas eius et penetrat
eius spuma ad profundum i. facta
est vesica in profundo eius s. cordis
et aliorum principalium tunc genera-
tur panniculus quidam ex hoc quod
sperma viri movet sperma muliebre
ita quod si sperma muliebre sit tensus

attrusatum et hoc sperma masculinum
nominatum quia scilicet agens panicu-
lum videtur sperma mulieris generat
ergo panniculus ex eo scilicet spermate
masculino tamquam ex agente et ex fe-
minino tamquam ex materia / vel secun-
dum galienum generatur ex utroque active
et materialiter ut supra aliqualiter
tactum est / Dicendum est 2o quod
sperma femininum in proposito in-
telligere possumus sperma mulieris
proprie sumptum scilicet distinctum contra
menstruum eius deinde possumus etiam
intelligere menstruum proprie sump-
tum et hoc maxime secundum oppo-
sitionem philosophi supra tactam Si cum
intelligamus primomodo dicendum
non totalem causam movendi sper-
ma mulieris esse sperma masculinum
immo etiam spiritus in semine mulie-
ris inclusus ad huius panniculi generatio-
nem effective concurrit / Intelligendum
est 3o quod ut infra declarabitur fetus in
matrice triplici involvitur panniculo
quorum unus immediatum embrioni
et est valde tenuis et mollis / 2m autem
est durior isto et densior non tamen
totum involvens fetum sed solum
eius inferiores partes et horum duo-
rum panniculorum utilitates et iu-
vamenta et necessitates inferius de-
clarabuntur / 3m autem est panniculus
maior et durior totam substantiam
fetus involvens qui appellatur se-
cundina hic autem compositus est
ex duabus tunicis subtilibus inter
quas seminantur multe vene et ar-
terie per substantiam illius contexte
Et hee omnes tandem ad venam
umbilicalem terminantur portantes
ad illam nutrimentum scilicet sanguinem
quem ad epar pueri tandem perveniens
ibi depuratur acquirens temperatam
membris pueri proportionatam et
consequenter post nutrit fetum / Et
de isto panniculo est sermo in lectione
aliorum autem ante vel post alios
panniculos generatione infra videbitur
ex lectione tamen colligitur ipsum generari
post operationes superius premissas /
Quarto sciendum est quod quia
hic panniculus durus et solidus

valde. Fetus autem in principio valde mollis et passibilis quod ordine nature provisum est ne contractu huius panniculi fetus lederetur. Hunc panniculum esse substantie fetus adherentem sed alios panniculos mediare quorum unus substantie fetus. Secundina vero per orificia venarum per eius substantiam seminatarum alligatur matrici quibus mediantibus attrahit et sugit a matrice sanguinem qui tandem pervenit ad umbilicum modo iam dicto. Est etiam hic panniculus sua soliditate fetum defendens ne ab exterioribus occurrentibus faciliter ledatur. Et nota quod aliter quidam exponunt hanc separatur dicentes quod separatur eius materia quia generatur ex parte spermatis subtiliori quam virtus informativa ab aliis separat. Notandum quinto quod dicit Avicenna hic colligi expresse huius panniculi generationem fieri a virtute informativa et non quemadmodum quidam dicunt a calido assistente et generante velud crustam quandam. Eiusdem enim principalis agentis est finem producere et ordinata ad finem. Item quia similiter se videtur habere virtus informativa in animali et plantis sed in plantis eadem est virtus producens fructum et illud quo defertur nutrimentum ad fructum puta ligamentum et defendiculum fructus puta folium ergo similiter in animalibus. Item erit agens formans fetum et ligamenta et umbilicum et panniculum defendentem. Est enim fetus sicut fructus vena umbilicalis sicut ligamentum quo ligatur fructus ad arborem et panniculus iam dictus pro parte est sicut folium unde racionabile est illum panniculum esse a virtute informativa. Ex quibus patet questio mota quod agens quod fuit in generatione panniculi quia scilicet sperma mulieris est sperma materiale viri est agens. Descensio vero est mutatio fetus est finis et embrio quidam. Nunc scias quod dictum est et patebit statim hic. Sciendum est ergo hanc litteram di-

plicem posse habere solutionem. Pro prima considerandum quod ante formationem membrorum saltem distinctam generatus est panniculus iam dictus et vena umbilicalis hoc enim patuit supra cum dicebatur et complexionatur cum est panniculus. Premittendum 2º quod licet membra pro tunc non sint formata per venas tamen per panniculum seminatas attrahitur materia nutrimentalis ad materiam embrionis augmentandam hec enim est causa quare necesse est hunc panniculum et venam umbilicalem completas esse ante principalium membrorum complementum. Premittendum 3º circa modum loquendi Avicenne tunc dici debere embrionem nutriri quod panniculo vel per panniculum quando ita in venis panniculi recipitur nutrimentum quod non in venis embrionis. Premittendum quarto quod panniculo aliquando est parum necessarius in attractione nutrimenti et aliquando multum. Parum quidem ante formationem membrorum multum vero post quam iam sunt formata et notabiliter augmentata. His premissis patet quod embrio debet dici nutriri per panniculum solum tunc tamen ipse est parum necessarius in attractione nutrimenti quia scilicet ante membrorum formationem. Nutritur enim nutritur embrio per panniculum quia solum in venis panniculi recipitur nutrimentum deinde apponitur embrioni tamquam rei dominante unde si aliquo modo meretur hoc dici nutrimento hoc est ratione venarum panniculi. Et ideo dicitur nutriri per panniculum sed non potest post intelligi in littera cum postquam induratur fetus et indurantur membra tunc nutritur per illud quod generatur in poris venosis suis quia tunc habent venas manifestas in quibus recipitur nutrimentum deinde illud nutrimentum dividitur post illud spatium indurationis in alios panniculos quia scilicet postea generantur alii duo panniculi. Sensus ergo littere est quod

ante formationem et induratio-
nem membrorum fetus non de-
nominatur fetus nutriri nisi ex
panniculo et hoc solum est tempore quo
panniculus in attractione nutri-
menti est parum necessarius scilicet
ante formationem etc. Quoniam
post indurationem non denominatur
nutriri solum ex panniculo sed ex
venis propriis quia iam sunt for-
mate. ¶ Secunda dispositio est quod
cum primum sperma proicitur in
matrice et fit conceptio virtus in-
formativa spermatis masculi at-
trahit menstruum vel sperma mu-
lieris in tanta quantitate quod non
oportet amplius fieri attractionem
nutrimenti nisi formatis membris
quoniam illud menstruum vel sperma
attractum est sufficientis quantitatis
pro generatione necessarium et pa-
nniculi scilicet secundine et vene umbi-
licalis et hoc, ut infra videbitur, du-
rat per spatium septem dierum. ¶ Qua-
tuordecim igitur completus sit pan-
niculus ante formationem membrorum
principalium non tamen nutritur fetus
ex eo sed solum tunc nutritur vel
incipit ex panniculo nutriri quando
panniculum est nutrimentum est
parum necessarium quod est in prin-
cipio formationis membrorum eo
enim quod sunt parva tunc nutrimentum
est parum necessarium quod dico
notanter quia cum augmentata
sunt manifeste nutriuntur per
panniculum et venas proprias
de sensu igitur hoc est quod ab illo
tempore quo nutrimentum est neces-
sarium ultra quam sit a formatione
per membra ultra fetus nutritur
per panniculum. ¶ Notandum
2o quod licet colligi panniculum quidem
secundina prius tempore generari quam
generatur aliquis aliorum panniculorum
hoc enim comprimitur dum dilatatur
deinde dividitur post spatium in
panniculos. Com. Et necatus quidem
ostendit quid fiat post spatium sep-
tem dierum. Et primo ostendit quod
membrum prius creatur. 2o intendit
comparatur ibi 2a et in hoc dispositione

Prima in duas primo facit 2o re-
movet dubium ibi 2a quod si dispexit
Prima iterum in duas primo re-
movet quandam opinionem falsam
quorumdam probat ex parvo primo
generari ibi 2a Et sequitur tamen la-
In prima parte patet quid dicit.
Notandum quod in illa parte cor vero
Avicenna solvit ad illud argumen-
tum et dicit quod licet in aliqua specie
animalis prius tempore manifeste
appareat nobis caput et oculi in gene-
ratione eius quam cor prius tamen ex
parte rei fuerit fuit cor formatum
sed tardius distinguitur aut propter
parvitatem eius aut propter con-
fusionem cum aliis membris propter
quod dicit Avicenna Nono de ani-
malibus quod quandoque generatur cor ita
parvum sicut est unum granum mi-
lii latitat etiam cor inter alia membra
caput autem et oculi sensibus com-
ponuntur propter quod in ovo gal-
lo primus apparet caput. Et si ar-
guitur contra quia 9o de animalibus
voluit Avicenna cerebrum generari
cum aliis animalibus. Vigent enim
ex parte generari iuvans post ipsum ubi
cor. Dicitur autem minus cerebrum
dicendum primo cerebrum generari
cum sibi secundum proportionabiliter ratione
sue molis licet absolute vinciatur
retur magis. Aliter ut ibi dicit Avicenna
dicitur quod licet cerebrum sit valde
parvum valde tamen velociter aug-
mentatur. Et sequitur regula
In parte ista facit quod dictum est et
patet. ¶ Notandum primo quod ar-
gumentum istorum medicorum tale
prima operatio viventis principalis
provenit ab epate igitur etc. patet quia
et assumptum probatur quia nutri-
mentum id est nutritio est prima
operatio viventis operatio sed manifestum
est ipsam primo et principaliter ab
epate descendere quia patet in adulto
Secundo est notandum quod illa ratio
quasi sit res etc. potest habere dupli-
cem intellectum primus intellectus
est derisivus ut sit sensus quod iste di-
cebat sit sicut si res esset secundum
beneplacitum eius non adducendo

aliam rationem sufficit ad probandum
primam operationem que sit in nobis
esse operationem nutrimenti vel vi-
vificationis. 2° intellectus est ut hic
eius referatur ad epar et est sensus
iste ita dicebat ac si res idest quodlibet
membrorum solum sequentium epar
esset secundum desiderium et appe-
titum ipsius epatis sicut omnes iudei
secundum voluntatem dictam. Et ser-
mo eius patet quid dicit. Nota-
dum primo quod ut declaratum est supra
primum doctrina de virtutibus capitulo
quarto virtus vitalis tripliciter pre-
parat tam naturali quam animali vir-
tuti. primo pro quanto preparat mem-
bra ad recipiendum virtutes illas
et operationes earum per primam eius
spiritus vitalis in membro conservatur
anima et vita in membro sine qua
procul dubio non esset membrum
aliarum virtutum ex quo gaudent
alii spiritus qui sunt aliarum duarum
virtutum instrumentum in suis opera-
tionibus. 3° pro quanto tamquam uni-
versale agens effective concurrit ad
omnes operationes a spiritu naturali
vel animali provenientes. Ex quo
colligitur primo quod prius in embrione
est operatio virtutis vitalis quam nutri-
tivo prius eum est membrum vivum
quod ipsum nutriri. In primo enim instanti
membri est ipsum vivum in quo tamen
non est ipsum nutrire ut satis patet.
Item quamvis ergo operatio nutritiva
fuisset prima non tamen evidenter
concludebant epar esse primum membrum
quia ut tactum est per prius et prin-
cipalius dependet actus nutriendi
a corde et spiritu cordis quam ab epate
vel eius spiritu. Unde patet sillogismus
fuisse fundamentum et argumentum
sic dicentis. Et virtus informativa

Notandum primo circa hanc litteram
quod Avicenna hic intendens probare
in nobis esse necessariam operationem
cordis puta vite quam epatis utitur
tali argumento in actu formationis
embrionis non est necessaria nutri-
tio quamvis pro tunc sit necessaria opera-
tio cordis solum vita in membris per
spiritus presentiam conservare scilicet

ut patet quia et aliud pro 2a parte
similiter sed prima pars probatur
quia non est necessaria nutritio
vel restauratio nisi postquam fiunt in
membris eius advenit sensibilis
resolutio et sensibile sanguinis nocu-
mentum. In actu autem formationis
embrionis nulla precessit vel ad-
venit talis resolutio igitur etc. Et
ista littera Avicenne dicitur quia
auctoritas solum quod ante omnem restau-
rationem precedit resolutio de qua
inferius erit una principalis quod

Secundo notandum est quia dicit
est in littera ut vivat erigatur talem mo-
dum loquendi habuit. a. quia per spi-
ritum vitalem animatur erigitur idest
in vita gubernatur vel conservatur
vel erigitur idest suscitatur metha-
forice quia primo in membris non
erat sed vita et sic in illis per presentiam
illius spiritus. 3° nota non esse
intentionem Avicenne semper oportere
ut fiat restauratio vel nutritio
resolutionem precedere tempore illam
restaurationem sed bene ut in plu-
ribus contingit ita. Et quia ut plurimum
sic contingit patet quod non necessario
animali statim generato vel membro
illud nutritur licet necessario illud
vivat. Vel aliter possumus interpretari
quod si non esset resolutio non oporteret
ad hoc membrum ipsum nutriri licet
esset necessarius spiritus vitalis propter
ipsius cuius presentia conservat vitam
membri quare magis necessariam
videtur esse cordis operationem quam
ipsius epatis et per consequens sequitur
ipsum esse priorem vel saltem non esse
posteriorem et secundum hoc littera ta-
liter exponetur. Et virtus informa-
tiva non indiget idest non indigeret
nutrimento informatione etc. dum
non idest si non adveniret resolutio po-
terit sentire sensibile nocumentum prout
in proposito videtur melior et magis
ad mentem Avicenne. Aliter dici posset
ante quamlibet nutrimenti commissio-
nem in substantia membri postquam incepit
virtus illud diminuere precesserit tempus
in quo apta est fieri resolutio prima
tamen melius sonat ut patebit.

Notandum est quarto per resolutionem sensibilem in proposito non esse intelligendam resolutionem sensu perceptibilem vel perceptam vel per sensibile nocumentum seu sic perceptum vel perceptibile sed intelligere debemus resolutionem a qua nisi per restaurationem corpus relevaretur vel membrum manifestum et notabile incurreret nocumentum et sic intelligit Avicenna. Et si dixerit. Hic movet quoddam dubium. 2o removet secundum unum modum introducendi litteram ibi qualiter. Notandum quod hec littera multipliciter potest habere expositionem. Una est Thome de Florentia secundum quam ducat argumentum usque ibi Qualiter ergo erit / ibi solvit instantiam. Et secundum hunc modum hec est sententia diceret aliquis quod virtus informativa quam nutritiva fetus est conformata prius ergo complexione acquiritur una sicut alia sed ibi Qualiter ergo / Solvit non addo ad argumentum sed ducendo ad impossibile illud quod in argumento concluditur dicens Qualiter erit si verum quod concludit argumentum scilicet quod complexione sit in embrione virtus informativa sicut virtus nutritiva scilicet quantum ad posse operari quod illa scilicet informativa dans virtutem antecedit in modis suis id est in suis operationibus et hec dispositio scilicet informative dantis virtutem sit alia scilicet a dispositione nutritiva quasi dicit hoc non posse esse cum hec dispositio sit inventa in embrione sanguineo inspissato quia ibi sit inchoatio figurationis coagulatio et lineatio in spissato id est in panniculo superius dicto que coagulatio est operatio aliqua idest operatio aliqua alia ab operatione nutritive virtutis hec est prima conclusio. 2a conclusio est quod Avicenna ibi qualiter cum hoc argumento improbat positionem dicentium primam operationem esse nutritionem. Si enim per adversarium argumentum complexione prius proveniunt utraque virtus qualiter ergo illa idest nutritiva magis antecedit in modis suis idest in suis

operationibus cum a principio in embrione sanguineo inspissato sit inventa hec alia dispositio id est operatio virtutis vitalis et informative que extendit se in materia inspissata id est in panniculo iam dicto et talis eius extensio est aliqua operatio. Tertia conclusio est quod Avicenna sumit hic duplex argumentum ad probandum operationem vitalem non esse tempore priorem etc. Arguit primo sic utraque istarum virtutum complexione acquiritur embrioni sicut altera igitur complexione primo sunt in embrione operationes earum quia maior nota et minor patet quia agens est idem scilicet semen patris et subiectum est idem scilicet etc. Et tunc sic componitur textus si utraque est comparate qualiter ergo illa scilicet vitalis magis antecedit in modis suis idest in actionibus sive operationibus suis quasi dicat nullo modo. Minor argumenti est hac hec alia dispositio id est nutritiva reperitur ita in principio formationis embrionis sicut alia ergo alia non est prior patet quia assumptum probatur quia nutritiva reperitur in embrione sanguineo ante formationem eius eo quod tunc reperitur ibi augmentum materie generationis sed supple augmentum non est sine nutritione igitur. Item aliter arguit sic dum formatur cor quadratio cordis et augetur sed non est augmentum sine nutritione igitur tunc est nutritio igitur etc. Hec autem duo argumenta non solvit Avicenna forte quia eorum solutio videbatur per se nota unde ad primum neganda est consequentia sicut non sequitur complexione primo acquiritur fetui virtus intellectiva sicut sensitiva ergo complexione erit una operatio sicut alia. Secundum desinit in hoc quod illa actio que sit in panniculo dum quadratur non debet dici augmentum sed quadratio cordis vel etiam est nutritio eo quod nutritio est conversio nutrimenti in substantiam membri facta ab anima membri mediante suo calore naturali. Manifestum est autem hanc conversionem non fieri ab anima membri sed a virtute informativa ideo etc. Prima conclusio inter ceteras inducitur forma

haud [illegible] molestare. ¶ Et in hac
dispositione. Ostendit nunc que dis
positiones fiant in sequenti tempore
et patet quid dicat. ¶ Notandum
primo quod hic in hac dispositione potest
dupliciter exponi, primo in hac dis
positione idest corde consistente generato
2° in hac dispositione idest dum embrio
conversus est sanguineus ut supra
in parte immediata precedenti dum
dicebatur illa que est decisiva san
guinea etc. hec 2a apparet melior. ¶
Dicendum 2° quod per vesicam sangui
neam duas vesicas intelligere pos
sumus scilicet vesicam cordis et vesicam
epatis utramque cum illarum efficiatur
sanguinea rubea propter sanguineam
partem in ea dominari et hac dicit
ad differentiam vesice cerebri. Et
ex hac litera colligitur quod primo generatur
cor 2° epar et ultimo cerebrum inter
principalia membra magis cum
vel saltem immediatum per se fiat ex
ad cor indurandum quod cerebrum. ¶ 3°
Nota quod illa particula et recipiunt
dispositiones multipliciter exponi potest
primo dispositiones scilicet materie ex
sola materia disponuntur. 2° ut ille
terminus disponens construatur
cum hic spermatis et est sensus quod dispo
sitiones spermatis recipiunt conver
sionem ad conceptionem .i. ad crea
tionem quia scilicet per dispositiones
advenientes sperma convertitur
ad animationem et alia multa pos
sumus circa hec ymaginari. Intelli
gendum quarto quod quedam corum
scilicet membrorum componentium
cor et ad integritatem eius facientium
convertuntur ad hac ut compleatur
eius creatio idest organizatio et com
positio et membrorum primorum
et illa incipiunt separari idest fieri dis
creta et distincta abinvicem et inter
sunt meatus superiori idest cavitas
ventriculorum cordis et additamenta
ipsorum in ivimus conversionem aut
duabus scilicet principalibus et extre
mitatum generationem correspondet spa
cium temporis notabile. Intelligendum
est ultimo quod in hac litera ab Avicenna
tangitur fundatum ordo qui servatur
in generatione membrorum. Primo

cum vesica epatis et cordis quer
titur ad sanguinitatem 2° generatur
umbilicus deinde ingrossatur vena
et digeritur et perducitur versus
animationem et ipsius aliqua pars
induratur sicut illa que cedit in spe
matica postea incipit apparere figura
cordis et principalium, deinde com
plentur. Et circa illud est notandum
primo dicente Avicenna hic ex
presse colligi quod masculus in utero
citius completur et formatur quam fe
mella hac cum ut inquit Ricardus tes
tificatur et experimentum. ¶ Notandum
2° quod causa propter quam masculus ci
tius formatur etc. potest esse multiplex.
Prima sumitur ex parte loci in quo
fit fetus formatio ut plurimum cum fetus
masculus generatur in dextro latere ma
tricis quod est calidius propter quod
magis preparatus est ad complexio
nem masculinam que calidior
est feminina calidius autem loci
maiorem velocitat digestionem et
fetus lucrationem et figurationem
etc. omnia cum hec complentur a
calido tamquam adiuvante adiunctive in
strumento. 2a causa sumitur
ex parte materie materia enim ex
qua generatur masculus ut plurimum
est calidior et magis disposita ad
recipiendum impressionem calidi
tatis spiritus genitum. Econtra vero
materia ex qua generatur femella est
flegmatica frigida inobediens etc.
Tertia causa sumitur ex parte agentis
quia sperma generantis masculi est
calidius et spirituosius ideo potentius
ad agendum et transmutandum
materiam. ¶ Quarta sumitur ex
parte loci ex quo sperma decidit
ut plurimum cum sperma masculi
generativum decidit a testiculo dextro
qui est calidior sinistro propter quod
pastores volentes agnas masculos
generari ligant testiculum sinistrum
arietis ut colligitur nono de anima
libus et infra capitulo de causis mas
culinitatis et femineitatis. ¶ Sed hic
occurrunt duo dubia. Primum quare
sperma generativum masculi magis ter
minatur ad testiculum dextrum quam
sinistrum. 2m quare femella cito

Et quare masculus citius
in utero completur
et femella

1^a^
2^a^ causa
3^a^
4^a^
Dubium primum
2^m^

Responsio ad primum

uterum tunc complentur masculo
contra vero in utero tunc completur
masculus. Ad primum posset probabi-
liter dici quod maior est convenientia sper-
matis generantis masculum ad latus
dextrum quam ad sinistrum propter
quod convenienti generatur magis
ad hoc quam ad illud attrahitur
vel dicitur quod non ideo generatur mas-
culus quia sperma masculinitatis so-
lum movetur ad dextrum testiculum
sed ideo quia spermate recepto in tes-
ticulo dextro consistente calidiori ipsius
calidum vigoratur et augetur quare
efficitur masculinitatis sive masculi
productivum. Ad 2m dicitur quod propter

Ad 2m

eandem causam tunc contra uterum
pervenit femella ad complementum
nam enim perducitur ad compleme-
ntum augmenti illud corpus tunc
potentia augmentativa nam desinit
posse membra extendere et plus de
perdito restaurare. Hoc autem est
femella eo quod virtus vitalis
ea est debilior et est humidum eius
extensioni minus obediens propter-
ea minus acerum frigidius et magis
flegmaticum. Econtra vero quia
calidum est potentius in masculo et
humidum magis acerum et exten-
sibile et fit in eo continue restaura-
tio melior ideo longiori tempore
stat humidum membrorum mascu-
lum dispositione qua aptum est ex-
tensionem recipere et per consequens
etc. Hoc autem similiter posset in ter-
minis declarari ut patet intelligenti.

Nota quod aliqua mulier aliquo dato viro est calidior

Notandum 3o circa illam partem
et non est possibile quod licet operans viro
et muliere correspondenter se ha-
bentibus in finibus suarum latitu-
dinum vir sit calidior muliere conti-
git tamen aliquam mulierem fore
aliquo viro calidiorem secundum
naturalem eius complexionem quamvis
tunc caliditas maior possit stare cum specie
feminino sic quod ad eam non sequitur
species feminina aut frigiditas maior-
tum specie masculino ita ut ad illam
non sequatur femininum ut infra vide-
bitur cum tractabitur de causis mas-
culinitatis et femininitatis. Et ex isto

masculinum

potest colligi ita dicta. Dicitur in littera eo
enim quod contingit aliquam mulierem
esse aliquo viro calidiorem contingere
potest aliquam mulierem in utero
citius formari quam formetur mas-
culus datus propter causas tactas in
precedenti particula. Et ex hoc ultimo
patet esse possibile contra uterum ali-
quam mulierem certo datam aliquo
viro tardius ad complementum
et augmenti finem pervenire et plura
alia concludi possunt ex his. Expo-
nenda ergo est sic littera et non est impos-
sibile quod illud quod est compertum
scilicet masculum consistere velocioris for-
mationis sic tardius in sexu id est sic tar-
dioris formationis sed quia illud quod
ei diversificatur idest secundum diver-
sitatem ei in naturali complexione
matricis vel spermatis contingentem
in toto enim id est universaliter procul
dubio illud scilicet masculum velocius
formari est illud quod est ut plurimum
quia est frequentius et ut pluries conti-
gens et est ut plurimum id est dicitur
ut pluries eveniens vel contingens
masculum scilicet velocius formari etc.
modo quod id est quam generatur plus id est frequentius
accidit vel fit. Notandum est 4o
circa illam partem. Et spatium quod est
primum quod illud spatium frequentius
eveniens est sex dierum quibus
possit extendi usque ad septimum diem
materia consistente non bene dispo-
sita aut agente puta virtute infor-
mativa consistente debili aut utroque
istorum concurrente propter quod
dicit sex aut septem. Et ex illa littera
colligitur de mente Avicenne quod in
principio conceptionis spermatis mas-
culi attrahit de menstruis mulieris
quantum sufficit pro generatione
necessarium et panniculi scilicet secundine.
Et vene umbilicalis ita ut in toto
tempore quo generatur iste non oporteat
ut amplius attrahat a matrice
ideo dicitur in littera. Et in his diebus
fiat informativa non percudo aliquid
quod matrice deinde apparet et [illegible]
hoc satis illi littere superius lecte secundum
unam expositionem scilicet et embrio
quidem non nutritur cum panniculo etc.

Si autem vellemus componere
oportet dicere quomodo unicuique similiter
notabiliter vel manifeste aliquid
attrahendo licet parum quod attra
hat et adaptabimur hec utraque componi
Et nota ut supra aliqualiter tactum
est quinque fore principales operationes
virtutis informative subordinatas
que manifestantur in fetu usque ad
complementum prima spumificatio
eum generaliter quidem particule etc. 2a est ap
paritio punctorum et linearum rubea
rum 3a conversio eius in sanguinem
coagulatum quarta est conversio ad
formam carnis et hic includitur coro
masticata ultimo est figuratio et li
neatio et distinctio manifesta membrorum
et conveniencium et sic describit nobis
Avicenna quandoque mensuras tem
porales in quibus fiunt totum autem
residuum hic patere videtur usque ibi
Et dicitur in doctrina hic Avicenna
declarat proportionem sive habitudi
nem istarum mutationum inter se
quantum ad tempus mensurans
illas et primo facit hoc 2o removet
errorem quorundam 2a ibi Dubitatio
autem quod dicit in prima parte
patet Notandum primo per doctri
nas primas intelligit librum de genera
tione animalium maxime nonum
ubi tractatur hec materia dicitur
autem notanter in aqua frigida quia
calida relaxando et liquefaciendo fe
tum dissolveret frigida vero constrin
gendo et condensando retinet fetus
et membrorum eius debitam figura
tionem si cadat etiam super terram
propter mollitiem dissolvitur et in
aqua calida similiter propter causam iam
dictam Dicendum 2o quod masculus
in hoc est velocior femella propter
causas superius assignatas Di
cendum est quod tempus partus minoris
minimum est medietas anni scilicet
tempus sex mensium et cum hoc ad
dito tempore in proximo dicetur
scilicet unus mensis vel circa vult igitur
quod in minimum tempus partus vitalis
est septem mensium sed circa hoc dicta
occurrunt quedam difficultates prima
est quia dicitur in textu quod medium tempus
in quo formatur masculus est tri
ginta dierum cuius oppositum dici
tur per textum precedentem dicitur enim
Erunt in hoc est usque ad triginta
quinque dies 2a difficultas est quia
non apparet quod fetus formationem
aliquando prolongetur usque ad dies
XL solum ita quod ille sit maximum termi
nus cum in nono de generatione
animalium asserat fetum femininum
non compleri nisi in octaginta die
bus vel nonaginta voluit enim quod
si pregnans cum masculo abortatur
in die quadragesima apparebit fetus
receptus in aqua frigida Si tamen femel
la in octaginta diebus ostendatur
non apparebit immo non dissolvitur
nisi pervenerit ad hoc et aliquid conti
git de quatuor mensibus et per
consequens etc. Tertia difficultas est
propter quid magis accidit hec diversi
tas in specie humana quam in aliis
speciebus animalium videmus enim
fere quodlibet genus brutorum in
eodem tempore parere et per consequens
fetus formare Ad primum istorum
dicitur quod distinguendo per hec tempora
mensurantia has particulares opera
tiones quandoque possumus accipere
terminos medios ipsas mensuran
tes quandoque minimos ab Avicenna
nominatos et quandoque maximos
si igitur secundum quamcumque minimas forte ut
puto medias terminos tunc comple
bitur formatio fetus in XXX diebus
verbi gratia primo habemus sex
dies quando apparet sub forma lactis
deinde quia spatium vel terminus
acquisitionis punctorum rubeorum
quandoque abreviatur per unam diem
habebimus duas tantum quia debet
esse tres et sic erunt octo deinde sequitur
spatium 3e operationis quod mediate
consistens est sex dierum et quia con
tingit quod anticipet per duas dies so
lum remanebunt quatuor et sic re
manebunt in summa ut duodecim
deinde sequitur quarta operatio que si
esset mediocris esset duodecim dierum
Contingit autem anticipari per 3 et
unde restant novem et sic fiunt XXI
dies deinde sequitur alia operatio

que est novem dierum quo addu(n)tur
illis quatuor et sic sunt in summa
dies 30. Si autem summam inter-
uallos complebitur in 34 verbi gratia
primo habemus sex et quia illud tem-
pus contingit prolongari per unum
diem erunt 7. deinde sequitur operatio
quam etiam contingit prolongari
per unam diem et sic erunt quatuor
et in summa 11 postea sequitur 3a
operatio que est 11 dierum quam non
complevit Avicenna postponit et sic sunt
decem et septem dies includendo tamen
est ipsam etiam variationem recipere
Sed tunc fieret alia diversitas postea
sequitur quarta operatio que mediocris
existens est duodecim dierum contin-
git autem ipsam postponi per tres
et sic sunt dies quindecim qui additi
decem et septem constituunt 32 dies
deinde sequitur alia operatio que est
novem dierum et sic habemus qua-
dragintaunum dies et quia eius com-
plementum quandoque postponitur
per dies quatuor qui additi quadra-
gintaunum constituunt quadraginta
quinque patet quod dictum est. Si
autem poneremus 3am operationem
prolongari haberemus 44 vel 46
cum dimidio vel quadraginta septem
et secundum hoc etiam solvuntur di-
versitates medicorum contingentes ut
patet intuenti. Si autem in toto sum-
matur terminus medius pervenitur
ad dies 34 vel 35 verbi gratia primo
habemus 6 deinde tres post sex a-
lias et sic sunt quindecim deinde 12
et sunt 27 deinde novem et
sic sunt 36. Et non prolongetur ista
ultima operatio per aliquod dies erunt
37 vel 38 vel 40. Si vero anticipet
diem unam essent 35 ad propositum
igitur dum dicit Avicenna una in cre-
atione in hoc esse 34 etc. non sunt
tamen secundum quamlibet numerorum
computationem sed intelligit hoc facta
computatione secundum terminos
medios excepta ultima operatione ut
patet in textu et sic solvitur primum.
Pro solutione ad 2m notandum est
[illegible] fuisse intentionem philosophi fetum
femininum non esse formatum ante

octuagesimum vel nonagesimum diem
sed voluit in hoc masculum differre
a femella in fracsima formatione eo
quod fetus femininus est valde humidus
aquosus et fluidus masculus vero
constans et non fluidus unde qui
40 die facta aborsu in ipso receptorio aque
frigida distincte apparebunt membra
quod non contingit de feminino primo in-
tuitum est ille fluidus quod etiam
si in octuagesimo die egrederetur propter
suam fluxibilitatem effluerent et non
staret membrorum compago sicut
stat in masculo primo eius consistentia
post perfectionem donec sic mensuram trium et
attingat aliquid de quarto sequentium
cum quo constat nondum ipsum perfectum
fuisse formatum. Ex hiis vero ex
fundamento haberi potest interpre-
tatio multarum auctoritatum ut est
dictis ypocratis galieni aristotelis se-
nantium varias esse mensuras com-
plementi dicunt enim quidam in
44o quidam in 45 quidam in 30 quidam
in 31 et sic de aliis. Ex quibus
ulterius patere potest minimum tempus
in formatione masculi esse dicendum
30 maximum vero 40 mulieris vero
medium esse 31 maximum 44. Ex hoc
ulterius patet quod caliditate existente
maiori cum bona materie prepara-
tione citius formatur fetus. Econtra
vero tardius. Hic autem insurgit
dubium quis fetus inter ceteras
masculos aliis paribus magis formari
debeat an temperatus an distemperatus
sed de hoc inferius apparebit. Ad
3m dubium respondebitur infra de
terminando autem. Hic Avicenna
tangit errorem quorundam 2o tan-
git causam illius erroris 3o quando
aliorum errorem removet ibi 2a plu-
rimi enim ibi 3a. Et apud quosdam.
Notandum primo quod littera duplicem
potest habere expositionem secundum
quod dupliciter dicitur littera una dicit
in distinctione altera dicit in distinctione.
Si dicat in distinctione est sensus
quod determinatio spatii supple declinatio-
nis dispositionis masculi et feminine
indistincte quia ponens spatium in
formatione masculi et feminine

Dicit ergo [illegible] formationis 2 partes [illegible] dicit vel includit in se omnes operationes
et [illegible] operationem [illegible] a [illegible] et [illegible] ad [illegible] et
[illegible] 2 distinctionis mediocres [illegible] totalis operationis [illegible]
formetur quod [illegible] totalem operationem [illegible]
mediocris [illegible]
[illegible] 30 dies [illegible] mediocris 34 dies [illegible]
[illegible] 44 dies [illegible] fetum formari [illegible]
[illegible]

fore indistinctum est. de tali autem sed
audacter et stulte quod dicitur
propter quosdam dicentes in quot
temporibus masculum formari et femi
nam. si autem littera habeat in distinc
tione est sensus quod determinatio
i. specificatio et limitatio que limitatur
sive declaratur tempus dispositionis
masculi et femine est facta audacter
et stulte quia scilicet limitationes temporis
precisum in quo formatur masculus
et femina sunt fatui et audaces eo quod
hoc tempus est valde variabile et
hanc dispositionem credo veriorem ¶
Secundo vero quod licet ut supra ostensum est
ratione ostendi posset masculum in pluri
bus formari femella non tamen de
clarari potest quanto tempore citius
debeat masculus quam femella for
mari tum quia illud est variabile ut
dictum est tum etiam quia investigare
distinctam causam quare hec vel illa
operatio sit tante vel tante velocitatis
tarditatis vel more est valde difficile
¶ Notandum 3° propter expositionem
illius littere plurimum supple in princi
pio invenitur sperma respirans
i. materiam perforans et ventosi
tatem mittens. Respirare enim est
materiam perforare ut dictum est
¶ Dicendum est quarto quod primum
quod agit virtus informativa est quod
ipsa aggregat calorem vitalem eo
quod vivit ipsum ut supra est dictum
in principio matricis colligitur super
sperma ideo sperma vivitur et vivit
et congregat eius calorem vitalem
ut sic reddatur potentius in spumositate
et venas faciendo operationes deinde
exitus et meatus i. vesicas et locum
umbilici umbilicum et venas prope
seminatus etc. ¶ Dicendum est ultimo
quod per virtutem nutritivam possumus
intelligere virtutem informativam
que quia post hoc operatur quandam
per venas paniculi menstruum at
trahendo potest methaforice nutritiva
nominari 2° intelligere possumus nutri
tivam proprie dictam et tunc aptius
licet sic exponere deinde i. postquam
est facta fetus formatio quia scilicet
antecesserunt omnes iste operationes

de quibus et sunt inclusa
facta est incipit virtus
nutritiva etc. ¶ Et in hac toto non
multum plus Avicenna nisi quod hoc
solum scire possimus quod iste operationes
sibi invicem succedunt hoc enim dictat
ratio naturalis. sed pro quo tempore una al
teram antecedat et precisum exigunt
sicut in scire foret nobis penitus im
possibile ut dictum est. ¶ Apud quod quidem
¶ tangit alium errorem quorundam
et primo hac inspecta sententiam ypo
cratis ostendit proportionem temporis
motus ad tempus formationis et
temporis partus ad utrumque illorum
ibi 2a. ¶ Et apud quosdam. ¶ Dicit primo
quosdam posuisse embrionem in ma
trice per ore proprio respirare primo
tum debiliter et parva respiratione
deinde fortius et maiori quando est com
pletus vel maior sed hoc dictum non
est verum ¶ Notandum quosdam
sensisse embrionem in matrice respi
rare per os attrahendo aerem quod
non est verum. Supra enim ostensum est
quod per arterias matricis eventatur
tor infantis attrahendo aerem per
arterias umbilicales cuius signum est
quod dum embrio emittitur per abor
sum aut dum noviter ad lucem pro
venit eius pulmo est valde rubeus
qui in processu temporis dealbatur
¶ Et apud quosdam. ¶ Tangit ¶ Avicenna
proportionem dictorum temporum
inter se et primo hoc 2° comparat par
tum octavi mensis ad partum noni
et septimi ibi 2a. ¶ Et natus in octo men
sibus. ¶ Dicit primo quod tempus forma
tionis embrionis est sub duplum ad
tempus motus eius quia scilicet tempus
motus est duplum ad illud et tempus
nativitatis sive partus est duplum
ad tempus motus ita ut totum ag
gregatum ex illis est triplum ad tempus
formationis. ¶ Et subdit quod tempore
motus accidit levitas sensus. ¶ Intelli
gendum est primo circa istam partem
hanc proportionalitatem fuisse repertam
in libro de natura fetus ubi voluit quod
tempus motus embrionis est duplum
ad tempus formationis eius et tempus
partus est triplum ad tempus formationis

Nota proportiones ypocratis

q . proportionalitas est sic intelligenda ut colligitur in litera quod totum aggregatum ex tempore motus et tempus formationis est duplum ad tempus in quo advenit motus tempus vero sequens motus interceptionem usque ad partum per se sumptum est duplum ad aggregatum ex ambobus precedentibus et ex hoc sequitur quod tempus partus prout aggregatur in se omnia ista tempora est triplum ad tempus totum a principio conceptionis usque ad horam qua incipit motus si enim aliquid terminum ad aliud terminum fuerit proportio dupla totum aggregatum ex illis duobus est triplum ad minimum illorum ut si duorum ad unum est proportio dupla aggregati ex duobus et uno ad unum est proportio tripla verbi gratia sit formatio fetus in 35 diebus secundum haly vero advenit motus in septimo die et postea superveniet partus in c 5º diebus post horam motus hic autem totum si aggregetur erit spatium ducentorum decem dierum et est septem mensium. Notum est autem quod ducentorum decem dierum ad septuaginta est proportio tripla. Secundus quoque est quod totum aggregatum ex tempore formationis et tempore intercluso inter illud et tempus quo advenit motus est duplum tempus formationis totum autem sequens usque quo adveniat partus est duplum ad aggregatum ex illis duobus temporibus simul sumptis quod totum si ex hiis aggregetur erit triplum ad primum aggregatum iam dictum ut deductum est.

Tertio intelligendum est quod Avicenna in nono de animalibus aliter videtur istud tempus proportionare et dividere quam hic. Ibi enim apparet velle quod tempus motus distinctum contra tempus formationis et ipsum totaliter concludens est duplum ad tempus formationis et tempus partus etiam distinctum contra utrumque primorum et includens utrumque ipsorum concludens est duplum ad tempus motus ita quod inter instans in quo incipit fetus moveri et instans complete formationis fetus in duplo maius tempus mediat quam inter instans conceptionis et instans complete formationis similiter inter horam partus et instans in quo incipit motus in duplo maius tempus mediat quam inter instans motus et instans complete formationis.

Exemplum gratia si compleatur formatio in 35 diebus incipiet moveri in nonagesima die deinde adveniet partus post in c 2º diebus fiet igitur partus in septimo mense quod in ducentis triginta diebus et notum est quod hic modus proportionandi adversatur primo si quis recte consideret secundum haly enim semper totale tempus impregnationis est dividendum in septem partes equales quarum una correspondet formationi due motui et quatuor partui. Hic autem modus proportionandi probabilior apparet primo primo primus non videtur sustentabilis primo quia ex ipso sequitur quod fetu naturaliter formato in 30 diebus fieret naturalis partus in sexto mense quod est contra experimentum et contra sententiam omnium auctorum et arguitur quia quia si formatur fetus in triginta diebus igitur adveniet motus in 60 sed tempus partus aggregatum ex omnibus istis precise triplum ad aggregatum ex tempore formationis et motus. Iuxta hanc positionem igitur hoc totale tempus erit precise sex mensium. Secundo sequeretur quod frequenter accideret partus naturalis in octavo mense quod est falsum ut apparebit infra et arguitur quia quia fiat formatio fetus in 40 diebus sicut frequenter contingit tunc tempus motus erit octuaginta dierum tempus igitur totale impregnationis erit precise ducentorum 40 dierum ¶ Ex quibus constituuntur octo menses.

Tertio data hac proportionalitate sequitur quod raro fiet partus in nono mense quod est falsum ut patet et arguitur quia quia numquam fiet partus in nono mense nisi formato fetu in 45ª die tunc enim tempus motus est trium mensium et per consequens

tempus aduentus partus per se
sumptum post 6m mensium et sic
totum aggregatum erit nouem mensium
Raro autem contingit formari fe-
tum in quadraginta quinque diebus
ut patet. Conformior igitur veri-
tati est alia positio secundum quam
fetu formato die 30a fiet partus
in septimo mense. Tempore vero forma-
to in 35 adueniet motus in 70
diebus et partus in ducentis et qua-
draginta quinque diebus et sic in octo
mensibus et quinque diebus quod raro
contingit. Si vero in quarto fiet for-
matio erit motus in 120 diebus et
partus in 280 diebus et sic in nouem
mensibus et uiginti diebus quod
frequenter contingit et secundum
mos medios veniremus ad nouem
menses punctualiter aut parum
ultra vel citra. Si autem fiat forma-
tio in 45 diebus quia si in uno mense
cum dimidio quod raro contingit
postea fiet motus in fine 3 mensium
et ita totale aggregatum complexus erit
quatuor mensium cum dimidio pos-
tea adueniet partus in fine septimi me-
sium cum dimidio quod raro con-
tingit. Igitur ista computatio est veritati
conformior ut cum tangitur in textu
et in nono de animalibus nulla
istarum proportionalitatum est certa.
Et per isto patet quare dixit. Sunt
et dicunt quidam quod non et non
posuit hanc computationem secundum
intentionem propriam. Secundo dicit
ultimo quod illa particula et lenitas
accidit in motu cum sensu. Hoc potest
habere duplicem intellectum unus
est quod illo tempore quo scilicet aduenit
motus aduenit cum mobilitas
sensus quia scilicet sensus est lenis
obtusus vel remissus. Secundus
intellectus est quod tunc est lenitas
sensus ipsius motus quia scilicet
leniter sentitur animatus motus in-
fantis in utero quia tunc valde de-
biliter et remisse mouetur et utraque
expositio est bona. Et si arguitur
contra hoc quia plus de spiritu requiritur
ad motum quam ad sensum ergo
prius accidit sensus et tardius motus

Hinc dicitur primo concedendo
consequens et quando maxime iuxta
secundam expositionem iuxta ta-
men primam negandum est consequentia
licet enim ad motum requiratur
plus de spiritu ad sensum tamen re-
quiritur temperies maior ideo et cetera.
Et natus in octo mensibus. Com-
parat partum 8i mensis ad partus
aliorum temporum et primo tangit
dispositionem fetus octaui mensis
2o specificat proportionem temporis
formationis ad tempus motus et
ad tempus partus eiusdem 3o no-
tificat dispositionem partus septimi
noni decimi et undecimi mensis ibi
2a. Et ipse quidem ibi 3a. Et dixit etiam
quod natum in septimo partes in nono
clare patebunt. Notandum est primo
de mente Auicenne hic et ista in
hac eadem fen tractatu 2o capitulo
primo quod tria sunt tempora partus
inter alia frequentius contingentia
quorum primum et frequentius
contingens est nonus mensis post
quod est mensis septimus 3m vero
est octauus mensis in decimo enim
vel in undecimo mense raro contingit
partum fieri et sunt frequentius con-
tingit fieri partum in nono quam in aliis
ita aliis paribus partus noni mensis
est perfectior et naturalior et fetus
uigorosior et consequenter postea in
septimo minime autem naturalis et
de cuius fetu vita minime speratur est
partus octaui mensis ut dicitur hic
huius autem causa a diuersis diuer-
simode assignatur. Primo ymagi-
natur quidam quod sicut in dispositio-
nibus egritudinalibus per crisim
terminabilibus et mensurabilibus
per dies et septimanas dies septimana
est tertia et similiter nona octaua
autem medica uel solum in febribus
est tertia et per quod crisis in casu
vel ut plurimum ad malum ita in dis-
positionibus per menses mensurabi-
libus contingit et per quod partus
septimi et noni erit secundum plus
mundi naturalis raro autem. Si et hoc
vero causa licet verum assumat fun-
damentum non tamen est totalis

et addita causa quare cum partus ad-
veniens in septimo esset secundum
plurimum perfectior et naturalior quam
in nono quod est contra consuetudinem
et arguitur quidem quia magis con-
cordat naturalis. Secunda cum colligitur ex
dictis Avicenne in sexta tractatu 2°
capitulo primo et est quod ex partu ad-
veniente in octavo possumus arguere
super futuram mortem fetus duplici
scilicet per viam signi et per viam
cause. Per viam quidem signi quia
cum fetus naturaliter debeat moveri
ad exitum in septimo mense iuxta
fundamentum precedentis rationis
si tardatur hic motus usque ad octavum
mensem signum est fetum valde debilem
fetu autem multum debili existente
et ad exitum perveniente in quo
est fortis labor raro contingit ipsum
evadere ex eo dicto. Per viam vero cause tali-
ter potest arguere quoniam ante
recedente motu valde laborioso fetus
in septimo mense in ista primo priva-
tam exitum et ipso ad lucem non
egrediente aut propter resistentiam
concludendum aut aliquam aliam causam
virtus fetus valde prosternitur et
debilitatur. Cum igitur in octavo fuerit
recedente non dum sit fetus a debilita-
te pristina relevatus et supervenerat
alter motus laboriosus in partu multum
prosternitur et deiatur virtus eius
quare accidit cum extrema vir-
tutis debilitate et per consequens et cetera.
Addit enim ei ut ponit Avicenna
prallegato capitulo sunt aggredientem
secundum laborem antequam a priori la-
bore sit relevatus in septimo autem
mense melius conservatur cum non
tantus antecessit labor et debilitas
ut patet. Et hanc sententiam intellexit
Avicenna allegato capitulo dicendo quod
Quoniam non evadit eius dispo-
sitio scilicet nati in octavo quoniam iam
fuit ei retardatus in creatione et mo-
tione et desiderio ad partum usque
ad hanc horam quam scilicet longum
fuit tempus ad partum et desiderium
partus quam esse debuit in eo creatio-
nis et motus eius quia si in septimo
moveri debebat. Et significatur quod

eius virtus non est fortis in radice
aut advenit ei motus separationis in
principio complementi huius temporis
quadrimus sit fortis in radice et cetera. Sunt
ergo tota causa Avicenne in hoc quod
vel in septimo mense fetum nato in
octavo advenit motus ad partum
vel non. Si non sequitur eius multa de-
bilitas ut supra si sit quadrimus sive
fortis ex primo cum motu notabiliter
debilitatus est et multo plus debili-
tabitur ex 2°. et per quod multum
prosternetur virtus eius et hoc ex-
primit sententia Avicenna dum dicit
Et accidit ei procul dubio quoddam
dicit debili inventio motibus evasio-
nis cum procedit absque duratione
lassitudinis et defectus. Infirmatur
ergo procul dubio et debilitatur et
resolvitur virtus eius. 3a vero cau-
sa sumitur penes astrologos quorum sententia est
primo quod cuilibet productioni vel
complemento rei per plures menses
durabilis cuiuslibet mensis signa-
ter respondet regimen et dominium
unius septem planetarum et si dum
durat particulariter revertitur dicendo
ad planetam in principio dominatu
incipiendo a saturno et consequenter
descendendo secundum ordinem pla-
netarum. Ponunt tunc 2° quod pla-
netarum quidam sunt inter se secundum
ambas qualitates et difformes ut
saturnus quidam autem secundum
aliquas amicabiles eius virtuali
actributis amicabiles et conformes
ut iupiter qui calidus est et humidus
quidam autem secundum ambas
inimicabiles et difformes ut saturnus
quidam autem secundum aliquas
amicabiles et secundum aliquam
inimicabiles ut luna et secundum
hoc assignatur probabilis causa
quare in septimo melius vivit natus
in septimo nunquam in nono in octavo
vero nunquam quod in aliquo illorum in
primo enim mense impregnationis
dominatur saturnus qui inter se secundum
ambas qualitates dominatur tunc
non acquiritur vita fetui. In 2° autem
mense dominatur Iupiter quasi
humanus pater dator enim est vite

In 3° dominatur mars et sic de aliis
consequenter usque ad septimum in
quo dominatur luna que quia
per se amicabilis est in ratione
humiditatis et ad hoc ratione multa
luminis quod a sole recipit unde et
fructus maturat ut colligitur 3°
meteororum propter quod noctes ple-
niluniis calidiores consistunt ut 3°
meteororum unde contingit fetum na-
tum in septimo vivere/ mense vero
octavo redit saturni dominium qui
[illegible] in frigiditate unde et
impeditur fetus vita et moritur//
Circa nono mense revertitur
Iovis dominium secundum cuius qua-
litates inter amicabiles optime con-
vivunt fetus quare partus novi est
naturalior et vitalior/ hec autem
causa ab astrologis assignata sit cum
his causis precedentibus quodammodo
habebimus causam totalem et sufficientem
huius diversitatis ¶ Notandum est
tamen quod licet ita sit in pluribus contingit
tamen quandoque fetum octavum vivere
evadere ut colligitur a philosopho in nono
de generatione animalium quandoque
cum pessignate cause fetum debi-
litent consistente cum fetu virtutis ra-
dicaliter fortis valde et matre robus-
ta contingit ipsum vivere propter
quod dicit philosophus in egypto mulieres
esse viragines in octavo mense robus-
tos fetus parientes et viventes/ et
quod hoc patet etc. causam esse ratione
de nato in quarto Radix eius cum eva-
det quadrus eidem non equaliter ad-
versetur celestis influencia vel as-
pectus/ advenit cum ei motus in
nono ipsum prosternens et debili-
tans quare reputatur debilis in 8°. non
potens similem motum amplius
tollerare vel si non advenit motus
in nono significatur eius debilitas
magna et hoc intelligit Avicenna
in fine allegati Capituli dum inquit
Et plurimum nascitur in decimo
ille cui accidit ut desideraret partum
in nono et non fuit ei preparatum
et accidit ei illud quod accidit nato
in octavo ¶ Dicendum 2° quod iuxta
positionem superius allegatam

de intentione ypocratis salubret de
proporcionabilitate temporis for-
mationis ad tempus motus et
temporis motus ad tempus partus
natus in mense octavo fuit forma-
tus in diebus 40 deinde supervenit
ei motus in diebus 80 deinde par-
tum invenitus 240 quod est spacium 8
mensium licet tamen recipit varieta-
tem ut supra declaratum est ¶ Tertium
est ultimo pro intellectu illius partis
etc. cum et duperunt etc. ingreditur
virtus preparationis 1 continuatio-
nis quia vivit cum hoc quod supervenit ad
9° menses idest quod vivit ultra perfecti-
onem septem mensium et natum perfecto
decimum salubret in undecimo Circa
iam dicta insurgunt quedam diffi-
cultates ¶ Prima est quare magis
contingit diversitas in termino
partus humani quam alterius speci-
ei animalis cum tamen omnia capiunt
etc. quasi per equalem modum por-
tare fetus in partu autem mulieris
notabiliter contingit varietas ¶ 2a
difficultas quia rationabiliter appa-
ret in tam brevi tempore posse formari
femellam sicut masculum Contingit
cum mulierem parere femellam
in septimo mense sed hoc non est
nisi ipsa formata in tricesimo aut quod
terminum non formatur masculus
ut supra dictum est igitur etc. Et con-
firmatur quia ut plurimum advenit
partus tam maris quam femelle in
nono mense si tempus partus pro-
porcionatur tempori formationis
ut supra 9° etc. Tertia difficultas
est quare non statim formato fetu
accidit motus sed longum tempus
tardatur post formationem cum statim
formato fetu adsint organa motus
et virtus motiva ¶ Quarta diffi-
cultas est quia consideratis videtur septimum
magis debere mundum fetum natum
in septimo quam in nono quia fortior
est virtus generativa fetum in 7°
quam in nono Et cum hoc materia gene-
rationis est obedientior ad recipiendum
impressionem virtutis informative
igitur fetus debet esse fortior et pin-
guis etc. patet quia et probatur assumptum

quod supradictis sit. cum fetus ve
locior formatio secundum propor
tionem maiorem virtutis infor
mative ad materiam generationis
Cum igitur velocitas et tarditas
partus proportionetur velocitati
et tarditati formationis sequitur
etc. / Ad primum istorum respondet
Egidius Romanus hoc ideo contingere
quia alia animalia magis servant
uniformem modum vivendi quam
homines multum enim variatur
hominis regimen in cibo et potu
et in aliis quare fit in semine viri et
menstruo mulieris magna varie
tas et hec est causa varietatis temporis
formationis et complementi fetus
et consequenter partus eiusdem / Secunda
causa est inordinatus et immoderatus
coitus tam viri quam mulieris
propter cuius varietatem sperma sub
variis dispositionibus attrahitur
a matrice quandoque melius quandoque
deterius digestum hec autem possunt
esse causa velocitatis et tarditatis
formationis complementi et partus
fetus et colligitur hec causa problem
matum decima problemmate secundo
ut aliqualiter colligitur quarto pro
blemmate Et ex hoc patet causa propter
quam frequenter in humana specie
producuntur fetus monstruosi clau
dicantes surdi vel ceci quam in
aliis speciebus licet alie possunt esse
cause ut colligitur locis preallegatis
Nota tamen in partubus aliorum
brutorum etiam varietatem contingere
ut apparet Scoto de historiis animalium
licet non ita frequenter vel notabiliter
Ad 2m dicitur negando consequentiam et
dicitur ulterius quod si partus non semper
servatur illa proportionalitas / vel potest
dici quod illud est contingens sed raro
valde Ad confirmationem dicitur
quod licet inter istos partus adveniat in
nono mense inter hos tamen potest
esse magna varietas propter mag
nam esse latitudinem non nono men
sis Ad 3m dicitur quod oportet fetum
habere figurationem et soliditatem certam
in membris suis si debet posse localiter
moveri etc. / Ad quartum dicitur

quod comparatum facto in septimo ubi alia
fuerunt paria arguitur maior for
titudo fetus ubi autem non concurrat
huiusmodi paritas hec non evidenter
arguitur quia posset hoc contingere
propter ligamenta esse debiliora
aut aliquod tale Et dicitur ultimo
quod licet fetus septimi mensis aliis paribus
esset naturaliter fortior esset tamen
accidentaliter debilior primo quia
magis tener et passibilis egreditur
unde magis mutatur ab aere et
aliis quibus magis occurrit 2o
quia tunc ligamenta sunt minus dis
posita dissolutioni ideo plus laborat
virtus matris et infantis in partu
quare accidit ipsum debilitari magis
et minus vivere Ad quod etiam convenit
quod maior est conformitas celestis
influxus ad natum in nono quam in
septimo ut supra declaratum est /
Et scias quod sanguis Exponit unum
modum quo nutritur fetus in utero
primo notificando materiam ex qua
nutritur 2o modum nutritionis
eius ostendendo declarando etiam
qualiter fetus matrici alligetur Et huius
hec divisio sequens tertia sit ibi Et ideo
amplius fetus / Prima pars patet
Notandum primo quod per sanguinem
menstruum intelligere debemus ma
teriam sanguificatam in muliere mul
tiplicatam ad finem generationis vel
nutritionis fetus aptam de mense
in mensem expelli nisi propter fetum
nutriendum aut causam preternaturalem
retineatur Ex quo concluditur quod
semper vel ut plurimum ante mulieris
impregnationem antecedit eiusdem
menstruatio aliter enim deficeret
materia generationis et nutritionis
fetus Et dixi notanter ut plurimum quia
contingens est aliquando impregnari
mulierem non precedente menstrua
tione ut in duobus casibus Primus
est ponendo quod mulier primo recipiat
matrice sperma prolificum que
numquam menstruata fuit et tunc ad horam
fuit menstruanda / 2us casus posset
poni quod quamvis in vena non esset
materia aggregata expellenda sit
tamen ipsa bone habitudinis et ...

f. a magistro marsilio ut iste autem [?] in tractatu dum legebat hunc librum ... parte remanent

sanguinis boni et naturalis quo
fuit plene venie maturus et patet
quod nunc contingens esset ipsam impreg-
nari et forte preter hunc casum con-
tingit illud quod audivi a fide digno
puellam scilicet octo annorum impreg-
natam fuisse / et per hoc ulterius patet
quare non in qualibet etate in mu-
liere reperitur huiusmodi sanguis men-
struus non enim expellitur in ea
tempore infantie cum totus sanguis
tunc sit necessarius pro nutritione
et augmento vel etiam in senectute
eo quod tunc multum deficit virtus san-
guinis generativa et propter hoc non
contingit. Relinquitur ergo hunc
sanguinem in etatibus mediis scilicet in
quibus mulier fetum dare potest
ut a decimoquarto usque ad 50 vel
40 annum ut colligitur infra tractatu
3o capitulo primo / Et per hoc ulterius
patet non omnibus mulieribus
fore eandem menstruationis tempus(?)
variatur enim secundum varieta-
tem complexionum naturalium regi-
minum regionum et sic de aliis / Et
per hoc probabiliter incidentaliter(?)
concludi potest namque mulierem habi-
tudinis frigide aut melancolice min-
us menstruari quam mulier tempera-
ta vel calide complexionis eo quod minus
perveniunt ad complementum / Et si(?)
frequenter concluderetur unam me-
lancolicam nunquam posse conci-
pere sperma vero temperato licet oppo-
situm probabiliter posset defensari
tenendo quod non quia tarde pervenit
ad complementum ipsa efficitur
potens etc. sed de hoc videbitur infra.
Ex quibus omnibus patet proba-
biliter teneri posse aliquam mulie-
rem per totum decursum suarum
etatum sanam viventem nunquam men-
struari ponendo aliquam mulierem
melancolicam colericam valde et
et multo utentem exercitio et regimine
valde sicco non enim tunc apparet
repugnare quodlibet superfluitatem
sanguineam in ea insensibiliter re-
solvi et econtra versa vice contingit
continuo menstruari ponendo ipsam
sanguineam cum dominio(?) utente

regimine multiplicativo scilicet super-
flue replentem cibaria utentem hiis
cum statibus credo quod continue
ipsa menstruabitur. ¶ 2o principaliter
sciendum quod quandoque sanguis
menstruus videatur putridus et
corruptus in ipso tamen sunt plurime
partes laudabiles et pure quarum
aliqua redeunt in materia nutrica-
tionis ut tangitur in littera aliqua
vero ad lactis formam producuntur
impure autem usque ad horam partus
reservantur et expelluntur cum fetu
facientes in partu notabile immunde-
tium(?) ut supra patebit. ¶ Nota in
non repugnare deficiente menstruo
laudabili fetum consimiliter laudabili
concepto in venis matris nutriri
virtute enim attractiva fetus con-
tenti soli mediantibus venis secun-
dine adhuc deficiente menstruo a
venis matris bonum et laudabile
sanguinem attrahet ad umbilicalem
venam ¶ Et per isto patet primo quare
quandoque contingit pregnantem
esse sanam levem(?) motum bonum appe-
titus et bonum regimen et ad omnes
operationes bene se habere et in ipsa
notabiliter matre sicca hoc enim
ideo est quia virtus attractiva fetus
est fortis et deficit menstruum quare
attrahit laudabilem sanguinem ¶
Et per hoc patet 2o arguendum
esse in isto casu super fetum bonam
dispositionem / et per hoc patet quare
fetus egredientes ad lucem quandoque
egrediuntur valde mundi et quandoque
valde fedi contingit enim hoc secundum
varietatem menstruorum in mul-
titudine paucitate puritate impuri-
tate / Sciendum est 3o quod huius san-
guinis divisio in partes diversas in littera
fit per digestionem qua fit separatio
puri ab impuro. Impurum autem
per se reservatur ut dictum est. purum
vero adversus(?) ad diversas transmit-
titur partes secundum exigentiam
operationum ad quas finaliter ordinatur
aliqua enim pars attrahitur per um-
bilicalem venam fetus ut ipsum
nutriat et aliqua transmittitur ad
mamillas matris per venas mediate(?)

dias ad mamillas ascendentes et
venas matricis cum venis ma
millarum alligantes. Nota quod
non est intelligendum partem pu
ram ab impura sequestrari taliter
ut quod non pura impura ad venas
fetus transeat, immo transit notabi
lis quantitas propter quam sepius
fetus infecto variis in pueris gene
rantur egritudines ut variole mor
billi safati pustule plurime lucca
lepra et huiusmodi. Dicendum
est quarto quod causa generationis
lactis ex parte menstrui purior
colligitur a philosopho quarto de generatione
animalium illo capitulo lac fit se
melius quod ita multis productiones
inventa est natura cum non indigeat
conservationem. Natura enim non
deficit in necessariis ut colligitur
ibidem et aliqualiter 3° de anima.
Ideo inventa est fetus conservatio
in non solum in utero sed et extra
uterum quod potissime fit per sug
tionem lactis a mamilla ideo or
dinavit natura partem ipsius men
strui moveri ad mamillam ubi per
actionem complexionis mamille
convertitur in lac ideo lac non est
nisi sanguis quadam iterata de
coctione decoctus quia secundum his di
gestus ad quod etiam concordat
causa tacta ab ypocrate in libro de natura
fetus scilicet quod crescente fetu vene ma
tricis versus mamillas protense
a fetu mole comprimuntur unde san
guis versus mamillas exprimitur
propter quod tunc incipit fieri lactis
abundantia. Causa igitur efficiens
lactis mediata est virtus activativa
mamillarum attrahens et expul
siva virtutis matricis mandans
sanguinem ad mamillas. Imme
diata vero est complexio mamille
digerens et dealbans. Causa materialis
vero est ipse sanguis menstruus se
cundum. Finalis vero est fetus conserva
tio per nutrimentum et possumus
addere aliam efficientem particularem
eo ad minus tantum scilicet fetum mole sua
comprimentem causa ut supra dictum
est. Sed circa dicta insurgunt diffi

cultates. Prima quare pars men
struorum impuri usque ad horam
partus reservatur videtur enim me
lius esse ipsam expelli eo quod prohibe
rentur multa mala accidentia in
pregnantibus contingentia sanguis
etiam ex quo nutritur fetus esset
purior et per consequens fetus sanior.
2a quare non statim a principio
generationis fetus fit lactis generatio cum
pro tunc adsunt omnes cause gene
rationis eius quia si liceret materia
et efficiens iam signata non potest
autem dici hoc esse quia tunc fetus
non indigeat quia in virginibus
frequenter fit lactis generatio. Tercia
difficultas est quia si lac generatur
ex sanguine modo iam dicto sequitur
lac esse calidius sanguine quod est
falsum quia lac est frigide complexio
nis ut colligitur 2° tegni capitulo
de lacte et 3° aliorum capitulo de lacte
et quod tenet quia digestio fit a calido.
Quarta difficultas videtur quod sangui
nem menstruum non solum in 3es
sed in quatuor partes dividi ut
colligitur a philosopho in de generatione
animalium et primo primo capitulo
de membris non ponitur sangui
nem menstruum dividi in multas
partes quarum una redit ad genera
tionem radicalium que convertitur
ad naturam spermatis. Sperma
enim non est tante quantitatis quod
sufficeret pro generatione omnium ra
dicalium. 2a pars convertitur in
carnem formam. Alia vero redit in
nutrimentum fetus et superiora comp
henditur lac quod etiam ordinatur
ad nutrimentum. Alia autem in
partu expellitur idem philosophus preal
legato capitulo ponit quod una pars
est materia generationis 2a nutrimenti
3a lactis 4a cum fetu simul expellitur.
Ad primum dicitur quod licet aliqua
inconvenientia apta sint sequi illius
partis eiectionem ante horam partus
plura tamen et deteriora videntur inde se
querentur nocumenta puta venarum
matricis dilatatio propter quam
contingens foret expelli sanguinem
laudabilem cum ledonum simul ligame

torum relaxatio matricis lubri
catio que omnia preparant ad abor
sum et cum hec ponetur magnum
iuuamentum quod consequitur
natura expulsione eius hora partus
mollificando eum et lubricum red
dendo matricem iuuat ad facilem
fetus exitum / Ad 2am dicitur quod non
equaliter conueniunt tempus generationis
lactis in principio sicut in processu im
pregnationis quia non tanta manat
uel sanguis impulsio uel conatus ne
conatus etc. Et si queratur quare cum
partum generatur Dicitur hoc ideo esse
ut fetus egrediens cito habeat ipsum
digestum et preparatum Ad tertium
dicitur a quibusdam quod lac est frigide
et humide complexionis utrumque al
legatum est de mente Avicenne et ga
lieni et uult idem rasis 3o almansoris
licet oppositum asserat ysaac particula
quinta de dictis particularibus ca
pitulo primo et in dictis uniuersalibus
capitulo de lacte negatur igitur quod
sit quod nunc lac esset calidius sanguine
Et cum arguitur quia est sanguis
bis coctus etc. hinc potest multiplicari
respondendo Primo quod licet a calido fiat
conuersio sanguinis in lac sit tamen
lac esse complexionis frigide ymagi
nando quod per actionem caloris i
terato digerentis resoluuntur partes
subtiliores et calidiores nec remane
nt partium minus calidarum /
2o potest probabiliter dici quod licet di
gestio antecedens inductionem for
me lactis fiat a calido a frigido tamen
mamillarum completur lac propter
quod remanet frigidum lac / Vel
dicitur quod huiusmodi digestionis fiat
complexio mamillarum que habet
uirtutem infrigidandi et quod non quelibet
digestio fit a calido tamquam a totali uel
dominante instrumento sed quandoque
concurrit frigidum tamquam dominans
instrumentum et tenuit hanc ma?
consiliator Aliter dicitur quod in factione
lactis per similes ramos uenarum in
mamilla contextas fit sanguinis colamen
tum ita ut quasi non transeat nisi partes
aeree et aquose Necessarium autem pri
mum respondetur quare remanet lac

[illegible]

a predominio frigidum sed de hoc
inuestigatur melius in questione / Ad
ultimum dicitur concedendo menstruum
sanguineum et plures partes quam
tres diuidi sed Avicenna in hac sub
parte reducit in nutrimentum inclu
sit etiam maternam reductam in ma
teriam generationis Amplius fetus
continetur Ostendit qualiter fetus
nutritur uegetatur et magnum alle
gatur primo ostendendo numerum panni
culorum quibus inuoluitur fetus
2o determinat de uenis et arteriis
secundine ibi 2a Et uene Prima
in tres primo tangendo utilitatem
panniculorum ostendit quot sunt
2o probat non fuisse quartum necessa
rium 3o ostendit situm et ordinem
eorum 2a ibi Et non est 3a ibi / Et
de panniculis Prima in tres ut 3
nominat panniculos ibi secunda
Et nominatur ibi 3a Et tertio Pro
intellectu partium sciendum primo
ut aliqualiter supra tactum est quod
fetus in matrice tribus conuoluitur
panniculis quorum unus et maio
rum primum et maiorum est secundina
et et est totam substantiam fetus inuol
uens composita quod duabus tunicis
una interiori altera exteriori uersus
fetum inter quas seminate sunt uene et
arterie per totam substantiam secun
dine seminate quarum extremitates
protense ad exteriorem tunicam se
cundine uenis et arteriis matricis
alligantur a quibus attrahunt ue
ne sanguinem portantes ipsum ad
uenam umbilicalem fetus et arterie
aerem frigidum ab arteriis matricis
portantes ipsum ad arterias umbi
licales eiusdem et tendunt ad maiores
arterias euntes ad cor ad refrige
randum cor fetus Ex quo patet primo
quod consimiliter oritur et nutritur
fetus sicut planta ut colligitur a ga
leno in libro de spermate sicut enim
planta mediante radice et capilla
ribus meantibus ortum a radice et
capillaribus meantibus ortum a
radice trahentibus alligatur solo
unde sugit nutrimentum ita fetus
mediante umbilicali uena et uenis

et arterias per secundinam seminatis alligatur matrici. Et quia hec secundina manifestantur utilitates et iuvamenta huius panniculi. Primum enim iuvamentum est ut venae et arteriae in eo dispersae alligetur fetus matrici et inde attrahat nutrimentum et stet utero apprehensus. Secundum ne fetus existens valde mollis ledatur ex immediato contactu matricis sicut in textu dicitur de ente non [illegible]. Et hinc est quod in quibusdam motibus contingentibus matricis ab extra supra uterum facile leditur fetus. Unde necessarium fuit hunc panniculum fuisse densum ex necessitate alligandi et defendendi. Secundus autem panniculus est involvens fetum solum ab umbilico infra et habet etiam ortum ab umbilicali vena mediante quodam vase concavo quo effunditur urina fetus et habet panniculum et appellatur hic ab Avicenna bilosus vel [illegible] quia multas habet rugas aut fractus et involutiones sicut vestis trissa non corrusa. Ex quo colligi potest primo causa quare hic panniculus non involvit totum fetus substantiam non enim indiget nisi ad recipiendum in se urinam que ab umbilico effunditur et in hoc panniculo residitur. Est etiam utilis quia defendit substantiam fetus ne ab urina tangatur que quia acuta et mordicativa est fetum lederet. Confert etiam prohibendo ne secundina ab eisdem superius contingatur ne forte in ordinatione sua mutationes rumperet aut putrefieret et provocaretur abortus. Tertius autem panniculus est quedam membrana subtilis valde totum fetum involvens valde mollis et immediatus fetui [illegible] propter multa iuvamenta. Primum ne ex contactu secundine aut panniculi qui dicitur bilosus ledatur fetus valde mollis existens. Secundum ut in ipsum recipiatur superfluitas sudoralis egrediens a fetu quia aliqualiter mordicativa est tangendo fetum lederet ipsum superfluitas enim sudoralis a medio infra egrediens a fetu recipitur in bile sicut urina. Ex

quo patet quod biles mediat inter primum et hunc tertium panniculum. Patet ulterius unde oritur error vulgarium quod aliqui dum oriuntur egrediuntur vestiti veste. Contingit enim hunc panniculum non scindi sed egredi secum et hac involutum et quandoque sit cum bile unde infans videtur [illegible] propter quod quidam stulti iam fecerunt filios sic. Patet ulterius quare magis sollicite in istis obstetrices et medici in extractione secundine quam aliorum panniculorum. Nam cum est periculum in eius retentione cum matrici fortiter alligetur si retinetur in parte postea difficulter extrahitur ad quod frequenter sequitur mors ipsa putrefacta et post putrefaciente matricem et interiora membra quod non est de aliis panniculis non enim hunc notabilem colligantiam nisi cum fetu unde cum fetu egrediuntur quia etiam sunt subtiliores minus periculum est in eorum retentione si contingat illud. Secundum [illegible] quod per venas quietas in littera intelligit Avicenna non pulsatiles ut sunt vene que ab hepate oriuntur et per pulsatiles intelligit arterias. Dicit ergo quod vene quiete a secundina pervenientes ad umbilicum coniunguntur in unam venam sed pulsatiles tandem in duas venas pulsatiles dividuntur ubi dicuntur plures esse venas per secundinam seminatas que tamen ad unam reducuntur cum perveniunt ad umbilicum cuius causa infra tangetur. Arterie vero dividuntur in duas terminantur cum secundum unam partem ad arteriam adortam et secundum aliam ad aliam arteriam per pulmonem dispersam aut forte ad duos ramos adorti per dorsum venientes et coniunguntur tandem ad magnum truncum adorti quia tamen longo spatio videntur separate dividi dicuntur in duas arterias. Causa autem pluralitatis harum huiusmodi venarum et arteriarum fuit ut plus de sanguine et de aere etiam a matre attraheretur

et etiam si ut adveniret vomitus
vim non necessario alteri comitaret
ne sequeretur aborsus dividitur
etiam arterie in duas ut sanctus ac
rem departiaent Secundo vero dum dicit
Et est profundatio sudoris id est si
nus eius est ut profundetur i. recipiat
sudor in eo et non est necessarium
nas ostendit non esse quartum pan
niculum necessarium et patet littera ¶
Notandum est quod fetalis superfluitas
solum remanet ex digestione prima
qua res grossa digeritur in nobis quo
niam in fetu non fit digestio prima
in utero sed prima que fit in eo est di
gestio epatis qua digeritur et preparatur
sanguis a matre attractus hinc est
quod non fuit necessarium alium esse pan
niculum prime digestionis superflui
tates debentem recipere Sed hic oc
currunt quedam dubia primum quare
oportet sanguinem per venam um
bilicalem attractum primus in epate recipi
apparet enim sufficere ipsum ad membra
transmitti ut illa nutriat Secundum quare non
ordinavit natura fetum in matrice ex
istente oribus assumere vel saltem ad
stomachum eius transmitti chilum qui
tandem transmissus ad epar transmu
taretur in sanguinem Tertium videtur quod ex
sanguine eunte ad epar fetus separari
debeat fetalis superfluitas quantumcumque
subtile fuerit illud nutrimentum quia
purius nutrimentum est lac quam
sanguis menstruus sed ex lacte quantum
cumque puro accepto a puero superfluitas
fetalis separatur igitur et cetera patet quia
et minor nota est sed arguitur maior
quia in generatione lactis ex sanguine
menstruo depuratur sanguis ut supra
visum est ideo et cetera Ad primum dicitur quod
sanguis menstruus per venam umbi
licalem attractus est sanguis crudus
indigestus ideo oportet ipsum preparari
et digeri quod potissime fieri potest
in epate similiter cum sanguis ille si
mulate aquositati coniunctus propter neces
sitatem penetrationis aqua oportet
ipsum depurari et hec depuratio fit in
gibbo epatis per emulgentes venas
necesse est ipsum sanguinem usque ad
epatis gibbum pervenire Similiter quoniam

tamen ille sanguis est purus et bene
digestus quia tamen illud est naturale
temperamentum fetus et aliud nimis
non esset huiusmodi sanguis cum
tali temperamento proportionatus
nutritioni membrorum fetus
quare oportet ipsum disponi taliter
ut sit eisdem proportionatus quod non
apparet aliter fieri nisi per digestionem
epatis Ad secundum dicitur quod natura non
habundat in superfluis et cetera quia igitur
ex chilo plures superfluitates generantur
quam ex sanguine sine quibus poterat
natura fetum ad complementum pro
ducere ne matrix nimis superfluitatibus
repleretur ordinavit non recipi chilum
sed sanguinem sed natura ordinans ordi
natissime et notius Item ut quidam
propter multam humiditatem talem
est fetus obtusus impotens digerere
chilum Item quia frequenter pregnantes
incurrunt maliciam appetitus
nature igitur timuit fetus careret nu
trimento ordinavit natura aliunde
trahi nutrimentum Ad tertium dicitur
quod quia multum vigorosior est di
gestiva epatis quam stomachi aliquas
superfluitates aquositatis foras potest
epar expellere quas sub forma fetum
expelleret stomachus Et de panniculis
Ostendit nunc ordinem istorum pan
niculorum interest Sciendum est pro
ut supra tactum est quod inter ceteros pan
niculos primo generatur secundina
consequenter autem alii duo eo quod
primus est necessitas attractionis ma
terie sanguinee per venas matricis
quod sit necessitas panniculi recipientis
sudorem vel urinam quod nus oppo
situm sensit Egidius tractatu de for
matione humani corporis Sciendum
est ideo quod ut colligi potest a galieno
in de utilitate particularum substantie
umbilici intelligitur quod quatuor sub
stantiis scilicet duabus arteriis et vena
que resultat ex duabus ut dictum est
et quodam vase medio inter venam
et arterias quod ab Avicenna urine
effusorium nominatur mediante
quo alligatur hic panniculus umbilico
et hoc vult Avicenna hic in littera ¶
Sciendum tertio hic devenit Avicenne

colligitur quod urina fetus in utero effun-
ditur per illud effusorium et non
per virgam cuius duplicem causam
assignat. Prima quia ante partum
meatus virge est valde angustus ideo
nisi magis dilatetur non potest v-
rina convenienter effundi. Est autem
angustus quia nondum calor ipsum
dilatavit et quia latera vesice ante
cedens eam nondum dilatatus est.
2a causa est quia in expulsione uri-
ne concurrit voluntarius motus
lacertorum comprimentium etc. quod deficit
fetu in utero existente et hoc innuebat
Avicenna cum dixit et non per virgam
quoniam continet idest retinet lacertum
prepositus quem non cum voluntate
movet et fuit usque ad finem eius re-
fert se ad principium deinde et hora
etc. refert se ad usum virge et lacertorum
iam dicti. Intelligendum est 3o quod de
motu emissionis urine a fetu tales
operationes reperte sunt. Prima fuit
medium ponentis quod a vena transiente
ab epate ad umbilicum fetus oritur
vena quedam terminata ad fundum
id est partem portans aquositatem urina-
lem ad ipsum propter substantie sue
raritatem emittitur urina fetus ipso
autem ad lucem veniente egreditur
urina per virgam quia frigiditas
condensat fundum in utero a calidi-
tate rarefactum et colligitur idem
18 z tractatu 3o capitulo de causis
affectus post causas quere non tamen
de mente Avicenne sed aliorum anti-
quorum quorum positio repugnat. Avicenna
hic dicit quod per illud effusorium ad
umbilicum terminatum et per umbi-
licum egreditur urina licet totus
posset aliter distrahi. 2a positio est
gentilis ponentis quod ab epate ad um-
bilicum protenditur quedam quedam
alia vena ramificata ab emulgentibus
portans aquositatem ad umbilicum
3a ponit quod eandem viam portatur
sanguis ad epar et effunditur aquo-
sitas. Quarta ponit quod aquositas se-
questratur in fetu a venis emulgen-
tibus et transit per renes fuit contra
uterum usque ad vesicam et cum in ve-
sica aliquam contraxit moram per

quoddam vas ortum a vesica et
ad umbilicum terminatum urina
revertitur ad umbilicum extensum
et comprimat vesicam et inde effunditur.
Cuius signum est quia quando puer
nascitur valde si quis teneat um-
bilicum extensum et comprimat ve-
sicam egreditur urina per umbilicum
si autem econtra comprimat reple-
tur vesica ut iam visum est in mo-
tonia fetus et fuit hec expressa positio
Galieni preallegato loco. Causa autem
huius motus et reditus aquositatis
est primo quia vesica et renes in
urina naturaliter voluptuantur
2o quia cum aquositate urinali plu-
rimum transit de ventuoso ex quo ve-
sica et renes nutriuntur. Et hanc
positionem puto veriorem. Et si que-
ratur quomodo puer ita cito incipit
emittere per virgam. Dicendum est
meatum virge hora exitus esse dispo-
situm per dispositiones in utero an-
tecedentes. Et vene quidem secundine.
Determinat nunc de venis et arte-
riis secundine et patebit sua in no-
tandis. Dicendum est primo nostre
intentionem. Avicenne omnes venas
secundine duas habere tunicas ma-
nifestum est enim venas non pulsa-
tiles non habere duas sed voluit quod
vene secundine duas habent tunicas
secundine intra quas continentur
supra enim dictum est secundinam
ex duabus constare tunicis intra quas
sustentantur vene ad matricem et
umbilicum pervenientes unde sit
expone hanc vene secundine habent
duas tunicas inter quas sub contine-
tur et custodiuntur iste vene quia a dextris
in eo sub spatio quod est inter eas sub
tunicis sunt autem posite intra tunicas
post ut melius sustentetur a secundina
2o ut difficilius frangantur. Et notandum
est 2o quod dicit in hac pervenit unumquodque
etc. non intelligit Avicenna quod arteria
perveniat ad arteriam unam tantum
secundinam nisi quia contradiceret
hiis que supius dicebantur sed in-
tellectus eius est quod unumquodque genus
etc. i. ista duo genera pervenit ad duo
genera venarum que in umbilico sunt

ueniunt scilicet ad pulsatilem et non pul
satilem posset tamen probabiliter
dici quod tandem non perueniunt nisi
ad duas uenas quia ultimate unica
est uena terminata ad epar ad quam
terminantur uene non pulsatiles et
similiter unica arteria ad quam um
bilicales arterie terminantur scilicet
arteria adorti licet minus. Dicendum
2o quod quia spatium inter umbilicum
est breue salubrius est istas uenas
statim iungi in unam uenam quam
plures. Est autem salubrius propter
duo primo quia cum hec uena habeat
magnam quantitatem sanguinis
portare oportuit ipsam esse ualde
fortem sed fortius resultat corpus
unum ex pluribus integratum aliis
paribus quam si ex illis plura con
stituantur sicut si ex quatuor filis fiat
una corda fortior est quam due quarum
quelibet sit ex 2obus filis constituta
2a causa est quia per hanc uenam
ut dictum est est magna quantitas
sanguinis attrahenda ideo oportuit
grauitatem eius esse magnam. Ad
primo sciendum est quod ut in anatomia
apparet cistis fellis situatur in con
cauo epatis quia igitur hec uena por
tat ad epar magnam sanguinis quan
titatem scilicet per concauum procede
re posset multam repletionem faciendo
in concauo potuisset cystis fellis com
primere et debitam attractionem
colere prohibere ad quod magna
sequerentur nocumenta ad hoc igitur
euitandum ordinauit natura um
bilicalem uenam ad gibbum ingre
dientem portare sanguinem debere
scilicet nutrire et hoc expressit Auicenna
in littera. Et in ueritate hic Auicenna
sensit ortum et colligantiam ue
narum et arteriarum secundine
et primo uenarum 2o arteriarum
ibi 2a similiter et arteria primo
incipit a quo oritur huiusmodi
uene 2o declarat illud tangendo quod
dam eundem ad oppositum ibi
2a. Et istas quidem uenas quod dicitur
in prima parte patet. Intelligendum
est primo quod iste uene secundine et
umbilicalis uena ab epate oriuntur

sunt iuxta positio uenam me diorum
omnes alie uene huius autem signum
unum est quia maximus truncus um
bilicalis uene in epate reperitur
licet hoc signum non sit concludens eui
dens. 2o quia umbilicalis uene
et uenarum secundine operatio sub
ordinatur operationi epatis et ipsi eg
gitana similiter inuenta est quod
autem alteri subordinatur et gratia
illius tamquam finis finaliter inuentum
est probabilius ab illo in dictum con
trahere ortum. 3o etc. 2o intelligendum
quod hac littera et precedentibus intelligi
posse modum quo sit in utero nutri
mentum ab epate cum oritur uena que
magna habens continuitatem que
umbilicalis dicitur de qua in ana
tomia uideri debet quod post exitum fe
tus ab utero hec uena non amplius
portat sanguinem ad epar ymo fir
matur et rarefit ualde propter quod
quanto corpus plus in etate processit
tanto illa minus est apparens, in iuuenibus
autem nato ualde manifesta est. Hec
autem uena cum ad umbilicum
peruenit diuiditur in duos ramos
principales et illi in plurimos qui
sparguntur per secundinam ad um
bilicum etiam terminatam et prote
duntur isti deinde superiorem tunicam
secundine egrediantur et perueniunt
usque ad orificia uenarum matricis
per quas tempore quo non est mulier
pregnans effunditur sanguis men
struus superfluus ad concauitatem ma
tricis et continuantur cum illis orifi
tiis mediantibus ab illis sanguinem
attrahendo usque ad umbilicum et
tandem usque ad epar fetus. Et istas
quidem hic Auicenna tangit appe
tiam iam datam et in sententiam
ex dictis Auicenne hic colligitur
primo quod assumpta prima qua uide
tur hanc uel has uenas habere or
tum ab epate est quia truncus magnus
est in epate similes autem rami sunt
in secundina rationalibus autem
apparet a trunco contrahere ortum
quod econtra igitur etc. Tangit etiam
assumptam ad oppositum et est quia
ubicumque inuenimus aliquod membrum

ab alio oriri illud quod oritur si
sit aliquid a membro ad membrum
delatiuum semper a membro a quo
oritur defert ad aliud uel ad alia
membra ad que terminatur ut patet
in distinguendo Oriuntur enim
arterie a corde a quo ad alia membra
spiritum uitalem et sanguinem
arterialem deferunt neruum a cerebro
et similiter uene ab epate nutrimentum
uene scilicet mesenterice deferant a seruidina
ad epar et non econtra sequitur etc.
Hec autem duo motiua non sunt
plene euidentia primum enim deficit
quia flumen magnum a fonte paruo
oritur nichilominus tamen flumen prin-
cipium est fons 2o mechanicorum
tum tamen flumen sit maior fonte
Item nerui a cerebro longe distantes
sunt grossi et duri prope cerebrum
uero graciles et molles truncus etiam
oritur a radicibus arboris magnitu-
dine tamen radicem excedens sic ergo
motiuum illud non concludit Nec
etiam secundum seminaria eius uasa
ortum habent a testiculis non tamen de-
ferunt a testiculis sed ad testiculos
Item mesenterice ab epate oriuntur plus
tamen ad epar quam ab epate deferentes//
Notandum tamen quod licet ita sit
ueritati tamen conformius apparet
huiusmodi uenas ab epate oriri
Rationabile est enim huiusmodi
uenas potissime in uirtute epatis
attrahere truncus enim consistens
in epate attrahit ab umbilico uir-
tute epatis et umbilicus a uenis
que sunt per seruidinam disperse
ita quod uene disperse per seruidinam
sunt in attrahendo uelud instrume-
ta umbilicalis uene quia igitur
rationabilius est instrumentum
a principali ortum habere et depe-
dentiam quam contra ideo etc. Et
hanc sententiam puto sensisse Auicennam
in textu in illa parte nerui licet alii
aliter exponant taliter igitur expo-
netur textus nerui considerans scilicet
uirtus et meatus i. communitatis
magne uel parue est consideratio
prima scilicet in ueritate et prima
et est illa per quam probatur quod prope

epar erat meatus bene amplior
quam de seruidina ducebantur eius
ortum esse ab epate sed conuersio
idest causam illi conuersi quia compositi
per seruidinam / uel conuersi scilicet
ad attrahendum sanguinem sunt
sicut instrumenta superficierum idest
uenarum / quequidem sunt subtiles
superficies appellantur comprehen-
dentium formam idest que sunt in
foramine umbilici quia scilicet uena
umbilicalis que est comprehendens
foramen umbilici partialiter scilicet
attrahit mediantibus ramis disper-
sis per seruidinam uelud media-
tibus instrumentis Et similiter
arterie Declarat ortum et colligantiam
arteriarum iam dictarum et primo
hic 2o assignat causas quorundam
ibi 2a Et dicunt medici / Sciendum
primo pro intellectu litere quod ut colligitur
primo canonis fen prima doctrina
4a capitulo quarto / arteria adorti oriens
a corde diuiditur in duas magnas
ramos quorum unus tendit ad partes
superiores scilicet a 4a spondili superius
alter ad inferiores scilicet a 4a spon-
dili infra prima arteria appellatur
ascendens 2a descendens Arteria
ergo descendens in multos ramos
et ramusculos diuisa tandem in
duas diuiditur quorum unus te-
dit ad renem dextrum alter ad si-
nistrum Et descendit ad hunc infra
donec ad coxas perueniat Et ima-
ginatur unus in coxa dextra et alter
in sinistra licet ultimus postera
inseritur et iste sunt ille due arte-
rie quibus continuantur umbilica-
les arterie in dorso supra uesicam
Et probatur patet primo quare arteria
huiusmodi diuiduntur in duas
patet 2o quare non sunt una sicut
sunt uene seruidine in umbilicali
uena Et sicut umbilicalis uena
euanescit in etate prouecta ita et huius-
modi arterie unde rumpuntur uocan-
tur meliusque apparent ut colligitur
preallegato Capitulo 2o Sciendum
quia dicit in textu in arterias semper
ternas per quas intelligere debemus
in corde continue operantes sicut sunt

arterie a corde iam dicte dicuntur
autem semper vene ad differentiam
umbilicalium que non sunt in tem
pore continue notabiliter apparen
tes quia vero iste arterie semper
sunt valde magne multum de spiritu
et arteriali sanguine continentes
et valde profunde ideo non mani
festantur in animali nisi perducto
ad finem vite quia ubi disrumpuntur
vel aperiuntur moritur animal vel
aliter dicitur quod in animali nunquam
aperiuntur iste arterie ideo nunquam usque
finem vite etc. Et est quasi quidam mo
dus loquendi tamen significare no
lumus aliter quod ipse aliquid nunquam fi
net dicimus tu non fines hoc usque
ad finem vite tue. Et dicit medium
assignat causas quorumdam et
patebit in notandis clare satis.

Notandum primo quod iste arterie
opposito modo se habent cum venis
vene enim vadunt usque ad epar
sed arteria umbilicalis non vadit
usque ad cor sed continuatur aliis
arteriis. Item umbilicales vene
sunt una vena sed arterie non sunt
una. Causa prima est multa distan
tia arteriarum a corde. Causa 2a
est quia parum distant a duabus
arteriis cum quibus debent conti
nuari ideo non oportuit ipsas prius
uniri et hoc dicit Avicenna in textu.

Notandum 2o quod per motum ane
litus intelligere debemus motum
pectoris pulmonis et dyaflamatis
ad aerem frigidum ab extra attrahen
dum vel iam attractum et calefactum
cum fumis expellendum quorum
primum perficitur per dilatationem
pectoris pulmonis etc. et dicitur in
spiratio 2m vero perficitur per con
strictionem et dicitur expiratio
vel respiratio aggregatum autem ex
his respiratio communiter autem
ad omnia appellatur anelitus licet
frequenter anelitus et respiratio
tamquam sinonima reputentur. Et
ex illo patet primo quod embrio in
matrice non indiget anelitu mo
tu i. motu pectoris pulmonis etc.
eo quod eius calor non multus est

primi dicentibus parva eventatione
indiget. Sufficienter enim sibi
quod iam refrigeratur per aerem
attractum per umbilicales arte
rias ab arteriis matricis unde pro
sunt arterias modicum conferre
nutrimentum in anelitum. Pro
est 2o quod tolli potest a galieno
3o de utilitate particulari pulmo
fetus in utero existentis multo nu
trimento et augmento indiget
pauco vero aere attrahendo per ar
terias que a corde ad pulmonem
tendunt sicut est arteria venalis
et eius ramis per pulmonem se
minati ideo tunc potissime utitur
natura istis arteriis loco venarum
ad portandum scilicet sanguinem
arterialem quo nutriatur et aug
mentetur pulmo. Unde oportuit
arterialem venalem quandam ha
bere meatum quo ipsa continua
retur cum vena magna que dicitur
vena chilis ut ab ea sanguinem
attraheret ad pulmonem deferendum
apud partum cum operatur hic me
atus sicut vena et arteria umbi
licalis tunc enim utitur natura ar
teria venali ad aerem deferendum
et non sanguinem. Et hoc etiam
tollitur in lira. Ex quibus patet
causa quare pulmo embrionis
est valde rubeus nati tamen est magis
tendens ad albedinem. Huius causa
est prima quia sanguis vadens
ad nutriendum embrionem est
purus rubeus valde non permixtus
aeri reddit ipsum clarum et dyafa
num quare dispersus per substantiam
pulmonis reddit substantiam pul
monis totam valde rubeam ad
sensum. 2a causa quia raro spongiosa
pulmonis embrionis non recipit
in se aerem clarum quo ad claritatem
vel dyafanitatem tendat sed pori
porositates eius replentur sangui
ne iam dicto quare etc. Econtra autem
se habet pulmo illius qui iam est
est ad lucem eo quod tunc per arterias
pulmonis multus aer suscipitur
qui sanguinem debeat nutrire permixtus
ipsum subtiliat et clarum reddit

quare substantia pulmonis videtur
mutari in ad claritatem tendens
2o quia spongiositates pulmonis
que prius humiditate sanguinea
replebantur tunc replentur aere
subtili penetranti per eas penetra-
tio autem aeris in porositates cordis
est causa quod corpus videatur clarum
album sicut econtra eius compulsio
causa est ut corpus videatur compactum
sicut experimentum docet de nive quia
per solam partium compressionem
efficitur aliqualiter opaca et de cor-
nu quod cum abraditur eius rasura
videtur alba ut nix et similiter de
glacie et pluribus aliis Sed dices
quare illud modicum aeris quod
attrahitur ad cor fetus refrigerandi
non ordinavit natura attrahi primo
tum aucturus sicut per arterias umbi-
licales Sic complexio calida cum
multitudine spiritus contingit pro-
portionalem complexionem aliis
membris nostri corporis acquiri quare
ceteris membris acquiretur complexio
calida cum spirituum multitudine
et sic consequenter complexio mas-
culina quare generabitur fetus simpliciter
masculus eo enim quod complexio mas-
culina acquiritur omnibus membris
et ad masculinam complexionem
semper vel ut plurimum consequitur
compositio et figura masculina primo
et mores ad hunc tunc mores sequuntur
naturalem complexionem aliqua-
liter ut colligi potest 2a primi p. ca.
Si autem cordi primo fuerit acqui-
sita complexio simpliciter feminina
consimiliter reliquis membris ac-
quiretur complexio sic ea medio
modo se habens feminina compositio
et mores etc. Si vero complexio sit
medio modo se habens consimiliter
erit in reliquis membris unde fortasse
generabitur ermofroditus huius
autem causa est quoniam cum cor
sit principalissimum membrorum
nostri corporis et sicut effective con-
currens saltem partialiter ad genera-
tionem aliorum membrorum nostri
corporis rationabile videtur alia
membra a corde dispositionem secundum

dispositionem cordis eo quod ceterorum
membrorum temperamenta depen-
dent a temperamento cordis // 2o
etiam quia virtus informativa
producto corde naturaliter intendit
alia membra producere ad cor debi-
tam proportionem habentia quod non
fieret nisi haberent complexionem
proportionabiliter masculinam
vel femininam // Intelligendum
est quarto hoc dictum Avicenne
non esse semper sed solum ut in
pluribus verum contingit enim
cordis complexione masculina
consistente alterius vel aliorum
membrorum complexionem esse
femininam et hoc propter mul-
tas causas inferius explicandas
Contingit autem propter varie-
tatem in materie dispositione repertam
non enim repugnat materiam genera-
tionis cordis esse dispositam ad reci-
piendum complexionem masculinam
quamvisque materia generationis
aliorum membrorum non sint ad
hoc debite preparata et similiter quod
necnon tamen quandoque cordi fuerit
acquisita complexio masculina
et in tota materia fuerit dispositio
proportionalis dispositioni materie
generationis cordis deducto autem
tali impedimento non acquiretur
complexio masculina et hic intellexit
Avicenna in littera Et sicut dictum
est de complexione ita de composi-
tione dicendum quamvis non necessario
ad similem complexionem similis
compositio consequatur Composi-
tio etenim sequitur complexionem
et rem dominantem ut colligitur secundo
complexionis quod qualiter sit intel-
ligendum inferius declarabitur et
per idem etiam patet quod fetus fiet
omnino similis patri nisi non obstet
materie indispositio aut aliud actuale
impedimentum Et quandoque est etc.
Nunc aliqualiter corrigit dictum
suum et primo hoc 2o subiungit quod
de similitudine coloris et figure 2a
ibi Et assimilatio. prima pars
patet Intelligendum est primo quod
per nativitatem maturius intelligit

debemus dispositionem gravitatis matricis et per complexionem accidentem spermati propriae intelligenda est dispositio spermati acquisita per quam sperma redditur masculinitatis non consequens masculinam cordis complexionem. Melius ergo hic est quod preter complexionem patris id est preter complexionem datam spermati consequentem complexionem patris causa masculinitatis quandoque est dispositio matricis quandoque alia dispositio ipsi spermati acquisita. Exemplum primum sicut si sperma esset frigidum in uno gradu magis quam esse deberet in generatione masculi et poneretur in matrice calida in 2° vel occurreret nunc generationis conditio in gradu matricis calide in 2° tunc enim contingeret sperma generari masculinum. Exemplum 2m ut sit quod nunc pater haberet complexionem cordis femininam propter nutrimentum multum calidum posset in eo generari sperma valde calidum quod fieret masculinans. Advertendum est 2° quod cause masculinitatis et femineitatis ab auctoribus ponuntur duplices quedam quidem et generales in quas omnes alie mediate vel immediate reducuntur et iste quidem sunt dispositio spermatis et menstrui ex quibus pendet dominium virtutis generative supra materiam generationis. Dispositio igitur spermatis secundum Galienum hoc modo est causa quia cum utrumque sperma tam active quam materialiter ad generationem concurrat et utrumque naturaliter producere intendat individuum simile a quo est decisum si dominatur sperma viri generabitur fetus masculus si vero contra femina. Et si spermata equata penitus fuerint producitur ermafroditum secundum positionem autem Aristotelis contingit hoc solum ex dominio spermatis viri super materiam generationis quia si virtus informativa fortis fuerit et materia generationis bene disposita ad recipiendum impressionem agentis producitur masculus. Materia vero indisposita existente aut informativa debili producitur femella que est sicut masculus occasionatus ut colligitur a philosopho primo de generatione animalium. Et tota causa est quia solum sperma viri active concurrit ad generationem et menstruum passive licet quandoque instrumentaliter propter eius indispositionem sit causaliter ab agente recipiendi complexionis feminine quam non masculine sicut experimento comprehendere possumus de spermate asini commixtoque de se sit fortis figure et complexionis asini productivum accidentis tamen secundum tam menstruo eque non potest ex illo asinus sed solum mulus producitur quod non videtur esse nisi per malam generationis resistentiam et inobedientiam si enim hoc solum contingeret propter resistentiam spermatis equi tum contingens sit sperma asini tantum dominari spermati eque sicut spermati asine et conversso sperma eque spermati asini sicut spermati equi concurreret asinus ex equa generare equus autem asinum cuius oppositum experimur. Attendendum 3° quod preter has generationes generales causas que dicte sunt ponuntur ab auctoribus alie speciales cause quas Avicenna Romanus reducit ad numerum denarium. Prima est qualitas spermatis 2a quantitas eius 3a etas quarta dispositio testiculi vel loci a quo deciditur sperma quinta locus matricis in quo recipitur 6a complexio menstrui septima dispositio celi et potius octava dispositio aeris vel concurrentis Nona dispositio ventorum decima celestis influentia. Causa prima quia sperma calidum est masculinans frigidum femininans causa 2a quia ceteris paribus maiori existente quantitate spermatis in eo plus est de forma scilicet informativa virtute quare redditur potentior et magis dominans nunc generationis et per consequens masculinans. Causa 3a quia in etate calidiori vel iuventute perfecta generatur sperma spirituosius et

et calidius et per consequens etc. Causa
quarta quia testiculo dextro calidiori
consistente sperma ab eo descensum debet
esse calidius et spirituosius. Causa
quinta est quod dextrum latus maxime
calidius est sinistro ideo spermate
in illo recepto melius vigoratur et
conservatur eius calor. Causa sexta
quia menstruo calidiori consistente
paratur melius ad recipiendum
complexionem masculinam. Causa
septimam patet quia ex cibis calidioribus
aliis paribus generatur sanguis
et sperma calidius et frigidioribus
frigidius et per consequens etc.
Causa octava est quia in aere frigi-
diori vigoratur calor in calidiori
vero debilitatur ut patet in regio-
nibus calidis in tempore anni ca-
lidi et per idem patet causa no-
na cum septentrionales efficiunt
aerem frigidiorem meridionales vero
calidiorem. Causa autem decimam per
astrologos patet quandoque est enim
celestis influxus magis masculorum
generativus quandoque feminarum
et has omnes causas fere tangit Avi-
cenna infra capitulo de causis mas-
culinitatis et femineitatis. Ex quibus
omnibus patet primo quare pueri
in principio coitus incipientes et se-
nes postremo cessantes ut plurimum
generant feminas. In medio autem
etatibus plures masculos. Patet
2o quare rustici volentes vitulum
vel agnum masculum ligant testicu-
lum sinistrum ut infra capitulo
de signis facientibus masculos. Ex quo
ulterius patet veritas signi ibidem
ab Avicenna positi quomodo cog-
nosci debet puerum masculum ge-
neratiuum est enim ille in quo testicu-
lus dexter magis tumescit quam sinister.
Patet quare pregnans cum masculo
sentit gravedinem in dextro latere cum
femina in sinistra. Patet etiam quare
venas currit lac ad mamillam dex-
tram et eius dextra tumescit et re-
gionibus mamille in ea efficitur
rubea venosa quod non contingit
impregnante cum femina. Ex qui-
bus ulterius patet quare in ca-

libus est pulsus dextri lateris ple-
nior et frequentior et quare lac
eius est constans. Est enim constans
ac si esset frustrum argenti vivi ad-
ponitur super speculo. Ex quibus
ulterius patet quare usus mericdan
et medicinarum calefacientium iuvat
ad generationem masculi et tardatio
coitus et non totalis eius dimissio
et plura alia consimilia patent que colligi
possunt infra capitulo de causis et
capitulo de signis masculinitatis
et capitulo de regimine masculi-
nitatis et aliqualiter problema-
tum quarta et decima et primo de
generatione animalium. Predicta
dicta quedam difficultates occur-
runt. Prima quia ex dictis videtur
sequi quod non potest aliqua mulier
esse aliquo viro calidior saltem a
generatione quia saltem semper
sperma et menstruum masculi
videtur esse calidius etc. 2a quomodo
matrix potest esse causa masculini-
tatis existendo sperma cum semper
sit frigidior spermate. 3o quomodo
potest sperma femine dominari sperma-
ti masculi cum sperma maris sit
calidius et spirituosius. Similiter
si sperma mulieris dominatur etc.
ergo eius calidum est potentius
ita est magis masculinans ideo etc.
Quarta difficultas est quomodo
sperma quantitatis maioris est per
se causa masculinitatis quia per idem
si sit frigidius est per se causa femi-
neitatis. Similiter quomodo ligatio
sinistri testiculi est causa masculinita-
tis cum minuat quantitatem sperma-
tis. Ad primum istorum dicitur quod
potuit cordi femine accipere complexionem
masculinam quamvis membra gene-
rationis fuerit acquisita feminina.
Dicitur etiam quod complexio non est
totalis causa compositionis ut inferius
videbitur. Ad 2m dicitur quod matrix
calidior est ita quod calidum spermatis
in ea magis vigoretur et confor-
tetur videlicet cum mensura cali-
dior. Ad 3m dicitur ... mam
talem forte non contingentem
absolute sperma femine dominari

2o Contingens tamen est menstruum magis esse dispositum ad recipiendum impressionem a spermate mulieris quam viri. Ad primum dicitur ut supra quod sperma maioris quantitatis ceteris paribus plus facit ad masculinitatem quam minoris quantitatis eo quod plus includit in se de spiritu genitivo et forma vel virtute que est causa masculinitatis et dicitur ulterius quod licet maior quantitas ad hoc adiuvet plus tamen potest complexio frigida opposita preponderans. Dicendum est ulterius pro intellectu illius particule. Et a Silano quod similitudo in figura colore et huiusmodi proprie dicitur individualis quia per illam magis percipitur individuorum eiusdem speciei distinctio a figura igitur sumitur similitudo individualis dico cum iuxta quemdam modum loquendi aliqua individua dicimus esse filia [?] potissime dicimus illa convenire in figura. Masculinitas autem et femineitas non sic arguitur ex figura sed potius ex similitudine complexionis et causa est quia diversitas sexus magis sumitur penes diversitatem potentie agendi vel patiendi. Huiusmodi autem potentia consequitur complexionem et non figuram. Ex quo patet quod similitudo figure non evidenter arguitur ex similitudine complexionis sicut compositionis dissimilitudo et econverso. Et tota causa huius est quia licet complexio sit tota causa non tamen est eiusdem totalis et adequata causa. Ad hoc enim plurima alia occurrunt ut celestis influxus dispositio loci in quo fit fetus formatio et plura huiusmodi. Similiter etiam quamvis quodammodo dependeat compositio ex complexione non tamen repugnat ad varias complexiones sequi eandem vel consimilem compositionem et forte hoc sensit Galienus 2o complexionum dum in spermate posuit virtutem occultam figurativam. Et quandoque tamen aliquis declarat dictum suum et patet quid dicit primo. Secundum est quod assimilationis fetus ad parentes ratio modo investigata fuit causa apud Galienum et penes Aristotelem. Galienus enim in libro de spermate imaginatus est utrumque sperma viri scilicet et mulieris ad generationem fetus effective concurrere et quod dominante spermate viri generatur masculus aliis paribus patri similior dominante vero spermate femine generatur femina et matri similior. Hec autem causa supra tacta est. Aristoteles autem aliter investigans hoc totum reducit in sperma viri tamquam principium activum et menstruum mulieris tamquam principium passivum. Iuxta hanc suam precedendum [?] quod sperma decisum est tale virtualiter sive in potentia activa qualis est pater formaliter. 2o quia mulieris menstruum est tale in potentia passiva qualis est mulier formaliter. In eo enim sunt partes membris mulieris proportionaliter correspondentes apte in se membrorum sibi correspondentium formas et dispositiones illis similes recipere. Ex quo patet quod menstruum mulieris ad sperma viri est contrarietas et resistentia. Menstruum enim mulieris inclinatum est ut resistat spermati ipsum transmutanti. Ex quo patet ulterius cur fetus aliquando assimilatur patri. Cum enim sperma patris fuerit multe potentie, menstruum vero ab eo bene passibile, producit in ipso quandam dispositionem cuius est ipsum naturaliter impressivum sed ipsum etiam naturaliter impressivum complexionis consimilis et compositionis complexioni et compositioni patris a quo decidebatur. Igitur 2o patet ulterius causa quare fetus assimilatur matri et non patri. Contingit enim sperma esse debilis virtutis active et menstruum multum resistens quare non producetur fetus in complexione et compositione similis patri sed imprimet hoc sperma debile in menstruum complexionem et compositionem cuius menstruum est magis receptivum sed ipsum menstruum inclinatum erat ad recipiendum complexionem et compositionem talem qualis fuit complexio matris a qua decisum

fiat per secundum superius pre
missum etc. Sciendum est 2o
quod quia complexio compositio
color et huiusmodi quantum ad
eorum similitudinem tam figura
colore et complexione parentum pos
sunt adducere absolute ut supra
tactum est non repugnat effectivum
principium esse unius productivum
quamvis non sit productivum alterius
ut sperma decisum a sorte licet sit si
milis sexus productivum quod decidato
menstruo non tamen est forte pro
ductivum similis coloris aut figure etc.
potest enim agens impotens fieri
respectu unius istorum et non respec
tu alterius non repugnat etiam
materiam aliquam esse dispositam
ad recipiendum complexionem talem
qualis est complexio sortis non tamen
similem compositionem colorem
vel figuram et sic de aliis. Ex quo
tamen quod fundamento colligitur primo
quare filius aliquando est similis
patri in sexu matri tamen in colore fi
gura etc. 2o quare contra contingit
et sic de pluribus aliis quorum omnium
causae quod dictis patere possunt. Sed
circa hec occurrunt dubia. Primum
semper sperma viri est dominans
et menstruum subdominans ergo
semper in fetu plus debet apparere
similitudo patris quam matris. Secundum sperma
viri inducens complexionem mas
culinam totaliter vincit sperma
mulieris et menstruum ergo qua
ratione potest producere sexum si
milem potest etiam producere figuram
et colorem similem etc. 3m est quia
secundum dicta non appareret causa
quare fetus aliquando similaretur
avo vel proavo et non patri vel ma
tri. Sperma enim a patre decisum magis
videtur productivum effectus similis ei
a quo deciditur et similiter menstruum
mulieris receptivum unde ergo provenit
hec diversitas quod sortes magis produ
cat bertham albam totaliter sibi dissi
milem postea bertha producat iohannem
similem totaliter sorti. Quartum
dubium tunc semper fetus deberet
similari patri vel matri cuius oppo
situm frequenter contingit quintum

Ad primum dicitur quod licet semper
sperma dominetur menstruo non
tamen semper et dominatur eidem
taliter ut in ipsum imprimere suffi
ciat omnem effectum ab ipso produci
bilem ideo neganda est consequentia.
Et per idem patet ad 2m potest enim
dominari quantum ad unum et non
quantum ad alium effectum produ
cendum quod provenire potest ex
parte agentis et materie et plurium aliorum
singularium circumstantiarum de qui
bus videbitur deo dante 2o regiminis.
Ad 3m dicitur quod sicut in mixto ex e
lementis producto remanent vir
tutes elementorum productive ita
in fetu et membris ex spermate genera
tis remanere possunt virtutes similis
effectus productive dicitur etiam quod
materia generationis quandoque
est disposita ad recipiendum dispositiones
tales quales fuerunt in avo quamvis
non sit disposita ad recipiendum
dispositiones similes parentibus.
Convenienter igitur virtute activa iam
dicta cum materia sic disposita contingit
produci fetum avo et non matri vel
patri similem licet sit rarius. Ad ultimum
dicitur negando quam contingunt enim
multipliciter impedimenta ut patet
intuenti. Totum autem residuum hic
patet usque ibi. Causa quidem in geminis.
Assignat causas gemellorum et di
cit in hoc quot causis possunt pres
parebunt. Nota primo quod multipli
citas fetuum in eodem utero simul ex
istentium dupliciter potest contingere.
Primo ex pluralitate actuum coeundi
qualiter contingit super impregnatio
ex coitu cum pregnante que si propin
qui temporis fuerit frequenter contingit
utrumque fetum salvari. Si autem lon
ginqui temporis fuerit raro salvatur
uterque et colligitur hec sunia ab Avicenna
nono de animalibus et ab aristotile
nono de historiis animalium ubi
ponitur quandam fuisse adulteram
que eadem die cum viro et adultero
se commiscuit et quorumque concepit et
gemellos peperit quorum unus marito
alter adultero similis extitit de qua
forte dicunt poete quod peperit minotaurum
quia cum minoo et tauro [illegible]

gnubunt et de tali pluralitate fetuum
non est sermo in proposito/ 2° con
tingit huiusmodi multitudinem ex
spermate unico tantum in matrice
recepto tunc cause in proposito diuersi
ficantur. Sciendum est 2° quod Auicenna
in hac impressione duas tangit causas
una est spermatis multitudo 2a est
pluralitas cellularum in quibus
secundum diuersas partes sperma
recipitur et retinetur et trahitur iux
strinum ad easdem in et plures fetus
gignantur. Nota tu non esse intencio
nem Auicenne precise tot fetus in
matrice posse formari quot sunt cel
lule unde nono de animalibus reci
tat Aristoteles mulierem quandam
in aborsu uno quatuordecim fetus for
matos emisisse et Auicenna in nono
de animalibus recitat se audiuisse
quandam mulierem per aborsum
septuaginta formatos eiecisse cum
tamen matrix non habeat nisi septem
cellulas tres in latere dextro et tres
in sinistro et unam in summitate uel
medio. Et quandoque accidit tangit
2am causam primo hic 2° quod dicit
ostendit causas declinationis in muliere
3° incidenter loquitur quoddam dictum
eius 2a ibi Et propter illud 3a ibi
Et quandoque queritur hic nota est
Notandum primo quod matrix at
trahendo sperma deglutit ipsum in
pluribus uicibus sicut deglutiens bo
lum post bolum propter quod contingit
sperma per secundam deglutionem
attractum non recipi in eadem ma
tricis cellula in qua receptum attrac
tum in prima unde et fit plurium
conceptio hec tamen causa non per
se sufficit nisi ponatur sperma taliter
ad plures cellulas attractum esse
sufficientis quantitatis. Notandum
2° quod matrix taliter deglutiendo at
trahit sperma proprium ad totam uim
eius cum hoc etiam querendo sperma
uirile et ipsum attrahendo et hoc in
telligit in hac dum dicit Et est uero
quoque impulsio cum attractione sperma
tis deforis inquisitio matricis ad
aggregandum inter duo spermata etc.
Notandum 3° quod ibi patitur motum
tremulus quelibet enim uehemens
passio organi sensitiui siue dolorosa
siue delectosa fuerit facit organum
moueri motu tremulo propter in
ordinatum motum spiritus propter
expansionem et resolutionem eius
Sciendum est quarto quod secundum
intentionem appetitus matricis
ad deglutiendum sperma sit intensa
et fortis summo quia igitur attractio
primo minus intensus remanet ap
petitus ideo attractio 2a debilior
est prima et sic de aliis Et propter
illud facit quod supra dictum est//
Sciendum est primo quod delectatio
uniuersaliter causatur et prima obi
conuenientis sub ratione conuenientis
apprehensi / Vel etiam ex subito reditu ad
dispositionem naturalem ex disposi
tione preter naturam Exemplum
primum sicut ex tactu temperate cali
delicia Exemplum 2m sicut in expul
sione superfluitatum prime uel 2e
digestionis aut in refrigerio incalescenti
preternaturaliter calefacti quamuis
hec 2a causa reducatur ad primam
Prima igitur sperma tam uiri quam
mulieris est obiectum ori matricis
ualde conueniens et proportiona
tum ideo ex perceptione talis motus
spermatis consurgit in muliere ue
hemens delectatio ad quem etiam con
currit quod spiritus in spermate inclu
sus in ore matricis causat titillationemque
ex qua insurgit delectatio cum dictis
Ex dictis tamen Auicenne in hac col
liguntur tres cause speciales delec
tationis mulieris in coitu 1° no
tandum est prima est sperma uiri
2a est sperma proprium 3a motus
et confricatio siue titillatio que fit
in coitu 2° notandum est quod duplex
est sperma quoddam uerum et 2ud
proprie hora coitus emittitur in cuius
emissione maxima percipitur delec
tatio Aliud est non uerum et est hu
miditas quedam tenuis que frequen
ter emittitur ante coitum uno ex solo
mulieris aspectu contingit ipsam ex
citari et appellatur ista humiditas
alguadi in cuius emissione propter
illud quod intenditur in ea de sperma
ta usatur etiam delina licet remissa
respectu prime hanc humiditatem

tangit Avicenna prima 3ⁱ tractatu
quinto capitulo de signis epilepsie
et fen 10ᵃ capitulo primo ubi inquit
Et in matrice sunt tres meatus
urine scilicet spermatis et aqua-
di De hac etiam loquitur in proposito
dicens non solum mulieres emit-
tere sperma verum sed etiam hanc
humiditatem de qua dictum est ex-
tunc etiam emissione delectantur
tale etiam sperma apparens ante
tempus emissionis emittitur po-
lucionis emittitur ut colligitur
problematum quarta sed circa
iam dicta quedam insurgunt du-
bia Primum quare non sit super-
impregnatione in aliis animalibus
puta femellis sicut in muliere 2m
dubium est quia si multitudo sper-
matis est causa 2e iam videretur
ipsum sperma ex parte rei esse homo-
geneum quod non est irrationale
Item qua ratione in duabus cellu-
lis receptum multiplicat fetus eadem
ratione in una utrobique enim est
agens et materia 3m dubium
est quis magis delectatur an mas-
culus an mulier Ex tunc spermatis
emissione percipit mulier maiorem
delectationem an proprii an mari videtur
enim quod mari quia fortius movet spe-
sum oris matricis eo quod est spi-
rituosius Item quia videtur obiectum
sibi convenientius oppositum autem
experimento patet Ad primum istorum
dicitur causam esse quia fere nul-
lum animal aliud a muliere post
impregnationem amplius patitur
coitum Dico autem notanter fere
quia equa plus impregnationem
copiose mutua patitur et appetit
ut colligitur a philosopho preallegato loco
huius autem diversitatis causa est
quia mulier est animal multis sup-
habundans humiditatibus quarum
expulsio parte fit coitu ideo post impreg-
nationem retentis illis appetit Sunt
autem necessarium mulierem esse
in multa molli humiditate ex-
cedente ut fetus humanus traheretur
humidior et humilior ut eius com-
plexio esset longevior Ad 2m dico

negando quam concedimus tamen
quod non repugnat in spermate ex quo
aliquas partes consimilium dispo-
sitionum et virtutum licet nulla
illarum sit ex parte rei simpliciter
homogenea concedimus etiam in
eadem cellula licet non eque bene
posse plures fetus formari ut ex
dictis patet Ad 3m dicitur quod vir
intensius mulier autem pluribus
modis delectatur in coitu ut tactum
est Ad quartum dicitur quod mulier
plus delectatur in emissione proprii
spermatis et negatur sperma viri
fore conformius matrici et si ipsum
sit spirituosius Et quandoque gene-
rant quod supra dictum est Notandum
primo quod hec causa hic ab Avicenna
expressa differt a 2a causa geminorum
illa enim tenebat esse ex parte at-
tractionis quam sunt matrix in distri-
buendo sperma hec autem tenet se
ex parte motivi impulsionis vel
expulsionis quam sunt virilis mem-
bri licet hec aliqualiter tacta sint
in 2a Notandum 2o per clepsi-
dram intelligendum esse vas quod-
dam habentem ventrem magnum
et latum collum vero longum et
arctum sicut est canna sola et per illud
collum repletur illud vas et evacua-
tur cum tamen evacuatur non egre-
ditur aqua tota continue sed inter-
polate cum saltu et sparsione eius
ad diversa loca propter aeris sub-
ingressum ne detur vacuum in vent-
re clepsidre Exeunte enim aqua ali-
qua uno tempore et aliquanta quan-
titate aeris subingrediente aqua
que est in ventre magno descendit
velociter versus collum in sue gra-
vitatis quare fortiter impellit pre-
parvam consistentem in collo quare
exit cum saltu quia cum aer existens
in ventre eius non patitur rare-
fieri donec tota aqua educitur Hinc
est quod evacuata parte retinetur alia
pars donec iterum subingrediatur
aliqua aeris quantitas qua subingressa
fit 2a expulsio et sic deinceps Similis
huic motum expulsionis est motus
quo expellitur sperma a virili me-

bro non quidem conpacte coniste sed quia sicut destillat aqua per partes effusiones a clepsedra ita per interstam conpulsionibus pluribus sperma effunditur quod ideo a natura introductum est ut si sperma una vice proiectum non reciperetur in loco quemcumque concepcionis per aliam conpulsionem in certum loco reciperetur 2o ut tam vir quam mulier diutius delectaretur in coitu 3o ut spermate mulieris melius commisceretur ¶ Dicendum est 3o quod spermate viri et mulieris simul mixtis contingit unam partem ab alia separari propter titillationem idest motum tremulum matricis de quo supra propter illum enim contingit unam partem spermatis ab alia dividi et sicut potest esse causa geminationis 2o fieri potest hec divisio propter ventositatem intercceptam inter partes spermatis unam ab alia separantem que non est nisi spiritus aut corpus subtile in quo agit natura ut ipsum resolveret aut in spiritum converteret Dicendum est quarto quod quandoque fit propter cocturam pollicitationem idest generationem secundum quod fit multitudo in re una conponitur primo in receptaculo uno fiunt plures fetus / Vel aliquando in re que erat una et supple ex qua debebat fetus unus generari fit multitudo qua scilicet plures generantur fetus Ex quo patet quod sive ante pollicitationem sive post fiat huiusmodi divisio non similie est fetum non produci ad perfectionem Patet 2o solum illos multos ad perfectionem pervenire qui in radice sunt distincti idest in receptaculo vel radice in idest in principio Et sperma quidem ¶ Subdit aliam causam et patet Notandum primo ex dictis Avicenne hic probabiliter posse concludi quod sperma mulieris materialiter concurrit ad generationem dum cum sperma viri non esse ad hec sufficiens nisi fuerit permixto spermate mulieris ut patet in textu ¶ Notandum 2o quod illa particula ad partes quatuor potest dupliciter

exponi Primo quia ad dextrum sursum sinistrorsum et dextrorsum et est sensus quod quousque non effunditur sperma a testiculis mulieris que sunt sicut duo cornua etc sperma non est sufficiens ad implendum matricem etc Aliter per quatuor partes intellige venam umbilicalem et tres particulas scilicet secundinam et cetera et est sensus quod sperma viri non pervenit ad illas quatuor particulas generandas nisi etc ¶ Tercio notandum ex littera quod in principio donec manet sperma in forma spermatis generato panniculo tegente et continente ipsum ne effluat per illum panniculum habet [illegible] suspensio [illegible] et [illegible] humiditatem [illegible] seminarum [illegible] et abilli [illegible] attrahendo quod [illegible] fovetur donec fiant cotiledones et incipiat attrahere sanguinem etc Dicit ulterius in littera sicut linimentum idest sicut levius superficies quia valde mollis et tunc dicit ulterius Et si non permiscetur cum sperma etc idest si sperma mulieris non permiscetur cum spermate viri tunc apud permixtionem in hora generationis illa pars diffunditur qua scilicet effunditur ad extra // partus vero non fit Causas partus que quia satis patet et etiam in questionibus plenius declarabuntur propterea non aliter declarantur Dicendum tamen primo quod prout supra tactum est licet fetus in principio modica indiget cibatione propter caloris eius obtusionem in processu tamen maiori indiget in humiditatibus quantitatis et vigoratio caloris ¶ Notandum 2o fetum tamen esse dum est in matrice cibatio nem sui caloris recipe per arterias umbilicales modo supradicto et per venas nutrimentum Cum igitur procedente tempore plus indiget nutrimento et plus aere ad quod non sufficiunt vene vel arterie umbilicales hinc est quod necessarium est/

ipsum ad extra egredi ut liberius
possit euentari et copiosius nu
triri. Sed diceret aliquis contra
videtur quod sanguis attractus per
venas umbilicales debet sufficere
pro nutrimento fetus et per consequens
quod illa non sit causa partus quia san
guis attractus per mamillas ad
ex[...] lac conuersus longo tempore
post partum sufficit pro nutrimento
nouem infantis extra uterum igitur
etc. patet quia et assumptum ex primo.
Pro isto potest dici negando quod
quia natura destinata post partum
plus potest transmittere de sanguine
ad mamillas umbilicales venas etc.

## Utrum autem

omnem restaurationem pre
cedat resolutio sensibilis. Arguitur
multipliciter quod non. Primo quia dum
est animal vivere tamen dum est sp[...]
nutriri sed non quodlibet vivere a
nimalis vel membri antecedit reso
lutio sensibilis igitur etc. patet quia a
nime et colligitur maior primo de
generatione et 2o de anima. Secundo calor
naturalis membri causat resolutio
nem humidi naturalis per accidens
et nutritionem per se sed nunquam
produnt agens naturale naturaliter
se habens effectum per se intentum
quam effectum per accidens ab eo
provenientem ceteris paribus vel
saltem non tardius igitur non tardius
a calido producitur actus nutriendi
quam resolutio. Tertio eque potens est
calor naturalis ad agendum in hu
midum nutrimentale sicut in humi
dum membrale et potentius. Et tamen
hic minus distat humidum nutri
mentale a dispositionibus membri
sibi acquirendis quam membrale
a dispositionibus vaporis in quem
per resolutionem est convertendum
igitur cum aliis paribus fiet citius
humidi nutrimentalis in substantia
membri quam membralis in vaporem
et per consequens nutritio antecedet
resolutionem et non econtra. Consequentia
nota est et prima pars assumpti
patet quia agens in utrumque humi
dum est idem et maioris resistentie est
humidum membrale quam nutri
mentale et patet 2a pars antecedentis
quia per multo maiorem latitudi
nem distat dispositio vaporis a dis
positione carnis et sic de aliis. Quarto etc.
Item materia nutrimentalis in [...]
porositatibus contenta parua indiget
alteratione ut membris assimiletur. Pars
autem membralis ut in vaporem
convertatur magna et vehementi
indiget transmutatione. Quarto etc. pro
si questio esset vera sequeretur quod ex
rei permanentis daretur ultimum
esse et arguitur quia ponendo quod a
sit minima materia ex qua potest
generari embrio et sit iam indu
ta forma embrionis in a materia
et arguitur sit vel antequam [...] tamen
huiusmodi fiet aliqua resolutio ab
a vel non si non ergo non necessario
quamlibet restaurationem precedit
resolutio sensibilis si dicitur quod sic sequitur in
stans in quo incipiet illa resolutio
fieri. Et sequitur quod immediate illud
instans erit a quantitatis minorata sed
quod existente minori non potest forma
fetus in ea permanere cum ponatur
minima materia igitur etc. Et per sic
et arguitur quod non ante quamlibet
restaurationem precedit sensibilis
resolutio quia ponatur a fetum no
viter generatum insensibiliter dis
tare a maxima quantitate sub
qua non potest forma fetus propter
eius paruitatem conservari. Et
queritur utrum ante nutritionem
a precedat sensibilis resolutio vel
non si non sequitur oppositum questionis
si sic dicitur quod sic contra prius
quod incipiet nutritio a erit a sensi
biliter minoratum sed non potest forma
a ex casu sub quantitate sensibiliter
minorari conservari igitur etc. Iste
calidum naturale membri non potest
per aliquam actionem eius aliqua
partem membri resoluere igitur etc.

probatur quia cum sit cuilibet parti
indifferenter applicatum non magis
ab una quam ab alia resolveret sed
indifferenter a qualibet quo posito
totum simul resolvitur ad non quod
Item quelibet pars ossis est densior
et difficilius resolubilis quam aliqua
pars carnis et in qualibet partem ossis
calidum agens est debilius quam a
gens in aliquam partem carnis que
tamen sugitur cum igitur per actio
nem caloris aliqua pars ossis secun
dum se totam resolvatur sequitur
quamlibet partem carnis resolvi
et per consequens subito totam car
nem embrionis ad non quantum
deperdi. Item sit embrio compositum
ex decem partibus sensibilibus pri
mo quantitatibus et queritur aut
ante cuiuslibet harum partium nu
tritionem precedat sensibilis reso
lutio si dicitur quod non sequitur oppositum
questionis si sic ergo ante cuiuslibet
illarum nutritionem fieret sensibilis
partis deperditio et per quas an totalis
illarum nutritionem erunt decem
sensibiles partes deperdite et sic totum
ad non quantum minoratum. Secundo
ad principale cum resolutione deduc
ta in embrione sunt omnes cause ad
actum nutritionis requisite igitur
non necessario etc. patet quia et assump
arguitur quia cum resolutione de
ducta adhuc oporteret fetum aug
mentari et sic adesset finis nutritio
nis adesset etiam materia ut patet
et efficiens scilicet calor naturalis et
motus. Secundo arguitur sequeretur
quod aliquis fetus sanus productus
quantitatis debite tertius necessario
in egritudinem laberetur aut per
parvum tempus in vita perduraret
merito vita solius actionis natura
lis calidi in humidum naturale quod
non est rationale sic enim non differret
hominem mori morte naturali non
distinguentem per etates et arguitur
quia ponendo a esse fetum productum
in complexione temperatum quantitate
tamen insensibiliter distans a maxima
quantitate sub qua non potest esse
homo per se existens et sequitur

quod si ante restaurationem non precedet
sensibilis resolutio quantitas a
diminuetur citra maximam quan
titatem cum qua non potest stare
vita et per quas moretur a quoniam
illa mors erit naturalis argumentum
quia ab intra contingeret ex sola ac
tione naturali et quiescenti calidi
in humidum nulla preternaturali
causa ad hoc preternaturaliter con
currente igitur. Ad oppositum est
Avicenna in libro et fen 3a capitulo
de destructione et debilitate appetitus
ubi ad hanc inquit. Et ad ultimum
necessarius tibi est ut suppleat loco
eius quod resolvitur cum ergo non
est resolutio parva non est necessitas
tibi extrinsecus et per quas nec nu
tritionis per nutrimentum unde
Et colligitur idem de mente galieni
quarto de accidenti penultimo capitulo
et primo aforismorum quamvis
18o illius scilicet neutres. In ista q
stione erunt duo articuli in primo
ponuntur quedam notabilia
et terminorum descriptiones in
2o conclusiones de questione. Quantum
ad primum sciendum est primo quod
per resolutionem in proposito per
tinet intelligere debemus humidi
membralis exhalationem consumptionem
actionem calidi naturalis in ipsum.
Est ergo resolutio ut proposito per
tinet humidi membralis in vapore
conversio et non aliud. Secundum
est 2o quod hic terminus restauratio
sumitur dupliciter. Primo proprie
et sic idem est quod rei deperdite ne equi
valentis vel proportionalis recu
peratio parum humidi membralis et
taliter non sumitur hic sic enim
esset questio contradictionem nota quia nomine
nominis restaurationis taliter sump
te quelibet restauratio presupponit
humidi membralis deperditionem
sive resolutionem. 2o sumitur restau
ratio quantitatem pro quamvis conversione
nutrimenti in substantiam aliti sive
illam precesserit deperditio humidi
membralis sive non et taliter sumitur
in proposito. Sensus ergo questionis
est utrum omnem nutritionem precedat

resolutio. Tertio principaliter
principaliter intendendum quod non repugnat de
primo quantitatis fetus a gene-
rante decidendum esse nutrimentum
taliter alteratum et dispositum quod
continue post illud possit in ipsius
actio assimilationis producere. Hec
suppositio multum nota pro tanto quia
potest ibi decidi unum nutrimentum
sub formali similitudine secundum unde. Et qua
ratione sub forma unius eadem ratione
sub forma alterius ideo etc. Ultima suppo-
sitio est quod agenti mere naturali passo ne-
cessario naturali sufficienter approximato
cum convenienti dispositione pote-
te ad agendum et passo convenien-
ter disposito ad recipiendum actio-
nem agentis fit actio agentis in
passum. Patet hec suppositio de se.
Quantum ad secundum articulum sit
hec prima conclusio: possibile est
aliquod membrum nostri corporis
immediate post primum instans sue
generationis nutriri. Patet quia
possibile est nutrimentum esse taliter
dispositum in poris membri ut im-
mediate post primum instans genera-
tionis membri assimiletur aliqua
pars membro igitur etc. Patet quia re
assumptum quod tertio notabili suppo-
situm. Item possibile est nutrimentum
in porositatibus membrorum fetus
nunc nutrimentum taliter esse dispositum
ut immediate post hoc aliqua eius
pars assimiletur membro et qua
ratione sic potest esse nunc eadem ratione
sic potuit esse in primo instanti genera-
tionis fetus igitur etc. Secunda conclusio
possibile est ab aliquo membro imme-
diate post primum instans sue produc-
tionis fieri alicuius partis membralis
resolutionem probatur sicut precedens.
Ex quibus sequitur tertio quod possibile
est aliquod membrum post primum
instans esse nutriri et illud idem secundum
eius partem resolvi. Ex quibus
sequitur correlarie primo quod in casu illo
ante quamlibet restaurationem
membri precedit resolutio. Probatur
quia ante quamlibet restauratum esse
membri precedit resolutio sed ante
quamlibet restaurationem precedit

restauratum esse igitur etc. Suppo-
sito enim ad presens conversionem
nutrimenti in alterum fieri successive
quo ad partes quantitativas nutri-
menti in quod agit virtus nutritiva
membri. Sequitur secundo in eodem casu
quod ante quamlibet resolutionem pre-
cedat restauratio. Patet quia ante quamlibet
resolutum esse precedit restauratio sed
ante quamlibet resolutionem precedit
resolutum esse sicut ante esse successivum
nutrari nutritum esse igitur etc. Et tota
causa est quia in casu posito nulla est
resolutio simpliciter prima restau-
ratio sed ante quamlibet precedit alia
ut patet intuenti. Quarta conclusio
probabiliter ponitur non quolibet
membro dato necessarium ante quodlibet
instans futurum post primum sui
esse sit vel fiet resolutio alicuius partis
humidi membralis. Probatur: sic pos-
sibile est per quantitatem quantitatem
aliquantam latitudine quamlibet partem
membri distare a forma vel dispo-
sitione vaporis sed hoc posito nullum
tempus erit antequam aliqua pars
membri erit resoluta vel in vaporem
conversa igitur. Patet quia et maxime
non videtur aliquam includere repug-
nantiam et arguitur modo quasi sig-
nificetur illativo et patet quod tempus
erit antequam erit ipsa totaliter acqui-
sita. Illud tamen argumentum in
naturalibus non plenam faceret
evidentiam sed tenet in proposito
signanter. Tertia potentia caloris est
in resolvendo et ponendo quod non
ab infinita proportione agat calor
naturalis in aliquam partem humidi
membralis. Quinta conclusio se-
quitur quod possibile est membrum
aliquod prius post secundum sic
esse nutriri quam ipsa fiat reso-
lutio. Id sequitur ex precedenti. Et
si arguitur contra precedentem
conclusionem auctoritate Avicenne
primi capitulo de etatibus et secundo primi
capitulo primo et aliorum, hec omnia
antecedunt ponentium calidum naturale
semper resolvere humidum dicitur
probabiliter per calidum resolvit
vel agit humidum ad resolutionem

disponendi

Sexta conclusio probabiliter ponitur contra Iacobum de Florentia et si nullum sit nutrimentum particularibus porositatibus membra in primo instanti sue generationis appositum sunt tamen antequam fiat membrorum resolutio fieri nutrimenta ad porositates illas attractionem probatur quia possibile est membrorum in primo instanti sue generationis cum tali dispositione producuntur quia requirunt illud ex tempore resolutum sed in ipso resoluto ex tempore fit attractio igitur patet quia si agente et passo omnino similiter se habentibus similis per omnia producitur effectus. Item si nutrimentum esset in porositatibus appositum in primo instanti non potest fieri actio licet nulla precederet resolutio ut ipse met asserit quia agente et passo mere naturalibus ergo in pari ratione attrahente et attrahibili mere naturalibus sufficienter approximatis cum debitis circumstantiis fiet attractio et ex hac sequitur resolutionem non esse causam necessariam nutritivam virtutem ad attrahendum patet conclusio. Septima quod licet ita sit ut precedentes ponunt conclusiones secundum plurimum tamen ante omnem restaurationem precedit resolutio non enim secundum plurimum generantur membra cum nutrimento sit apposito ut immediate post primum esse membra aptum sit concedere in substantiam membrorum immo forte non semper habent membra nutrimentum in poris quantum protinus nec etiam attrahunt membra antequam ad dum inanita sunt frequentius vero secundum plus consequuntur actionem calidi naturalis humidum resolventis. Dico autem notanter secundum plurimum propter argumentum adductum in probatione septime conclusionis et istam conclusionem intellego. Quamvis in illud posito cum quod non sit nutrimentum membris appositum dum primo producta sunt membra et quod membra non sint inanita attrahetur nutrimentum nec fiat nutritio nisi fiat resolutio prius propter quam

membrum naturaliter inclinetur ad attractionem nutrimenti ut ad priorem dispositionem redeat. Quamvis alius esset modus hanc auctoritatem interpretandi. Et si arguitur contra quia ad hoc staret necessitas augmenti dicitur quod licet adesset necessitas augmenti virtute tamen non potente facere augmentum nisi precedenti resolutione non necessario deducta resolutione fieret augmentum non posset autem fieri augmentum nisi precederet resolutio quia non posset fieri nisi per rarefactionem et novam pororum in membris generationem que non fit nisi per actionem calidi resolventis ergo etc. Ad argumenta principalia. Ad primum dicitur quod per nutrire intelligit Aristoteles vegetare concedendo cum vegetativam virtutem cuius speciei est vitalis semper esse in actu. Secundo non tamen nutritivam prout distinguitur contra vitalem ut iam dictum est. Aliter dicitur quod semper ergo quia non sit animal notabili tempore sine actu nutriendi ipsum nutrimentum capiendo quantum se extendit ad nec tam nutritionem et operationes eam preparantes. Ad secundum dicitur illud esse verum nisi effectus ille per accidens sit causa quod prima dispositio antecedens effectum per se et ita est ubi non est facta appositio resolutio enim tamen est sicut prima dispositio ergo vel dicitur illud esse verum ubi illorum effectuum non sit unus alteri subordinatus sicut est in proposito ubi effectus per se est effectus per accidens subordinatus. Ad tertium dicitur argumentum concludere ubi alia paria fuerint qualiter non est in proposito primo quia melius applicatur calidum membra humido secundo quia non naturaliter inclinatur membrum ad attrahendum nutrimentum nisi ipsa prius inanito vel resoluto non igitur sunt paritas in naturali inclinatione agentis utrobique. Ad quartum dicitur quod licet illa sit minima materia in qua potest forma fetus permanere. Ad confirmationem vero iuxta hanc dictum est quod per resolutionem sensibilem aut sensibile

causa

nocumentum mixti etc. debetur. Ad aliam confirmationem dicitur negando assumptum et cum arguitur quod sit uniformiter applicatum etc. dicitur negando assumptum licet enim calidum sit membro uniformiter applicatum propter tamen membrum in suis partibus esse difforme non sequitur ipsum uniformiter sed potius difformiter resolvi. Et confirmatur ad aliam replicationem dicitur si daretur aliqua pars membri uniformis ideo cuilibet parti calor foret uniformiter applicatus per actionem caloris ipsius non prius una pars quam alia resolvetur primo illa pars tota uniformiter rarefieret donec tota in vaporem unum uniformem converteretur. Ad aliam confirmationem dicitur negando illud assumptum scilicet quelibet pars ossis est densior etc. quia ut dictum est cum fuerit os densum in eo reperibilis est aliqua pars magis subtilis vel aere quod aliqua data pars rarius cuius signum quia si poneretur ad alembicum aliqua eius pars sublimaretur et non omnis pars rarius. Ad aliam patet responsio consimilem. Ad quartum principale potest concedi quod ad quod deducit argumentum scilicet quod etsi non affuerit resolutio continua potest nutricatio et hec ubi sunt nutrimentum membris preappositum aut membra inanita producta fuerint et cum carentia nutrimenti sicut satis apparet esse possibile maxime tenendo quod egritudo non possit esse a generatione. Ad septimum dicitur quod fetus cum figuratus productus sub quantitate ita parva erit preternaturaliter dispositus et consequenter quod illa mors contingit merito dispositionis preternaturalis et quod potest fetus preternaturaliter disponi per solam privationem dispositionis naturalis. Aliter dicitur quod non est possibile fetum tam parve quantitatis produci quelibet enim quantitas sub qua potest produci forma nobilius quod reddit maxima quantitatem sub qua propter eius parvitatem non potest forma conservari si tamen illud adveniret quod videndum est minus patet rudiores

# Utrum in generatione fetus membrorum primo generatum sit cor.

Arguitur quod non primo non prius generatur cor quam epar igitur etc. patet quia et arguitur assumptum primo quia sicut nocumentum ad vitam est opus nutritiva cuius principium est epar igitur etc. probatur assumptum quia operatio nutritiva potest a qualibet alia operatione vite absolvi ut in plantis et non econverso eo quod vivere propter hoc principium scilicet nutritivam potentiam omnibus viventibus inest 2o de anima. Iste statim formato corde nutritur cor vel saltem sic esse est possibile non sit autem nutrimentum nisi per spiritum ab epate ad ipsum provenientem igitur.

Item sic se habet operatio naturalis ad operationem vitalem sicut virtus naturalis ad vitalem et econtra sed non potest absolvi virtus vitalis a virtute naturali licet bene econtra igitur non potest absolvi operatio vitalis a naturali et per consequens quandocumque est vitalis tunc est naturalis operatio. Et ultimo confirmatur argumentum ab Avicenna in libro de animalibus tenendo non prius esse in fetu operationem cordis etc. 2o ad principale arguitur sic quamdiu productum est cor tamdiu ipsum est sensitivum quod non est nisi per spiritum datum a cerebro igitur prius tunc productum est cerebrum quia patet et assumptum probatur quia dato opposito haberetur aliquod animatum anima sensitiva quod non esset sensitivum. Item cor illud tunc productum est animal eo quod est animatum corpus et non est planta. Sed animal non dicitur animal nisi propter sensum 2o de anima igitur etc. 3o virtus informativa existens in spermate viri est indifferenter omnium membrorum productiva cum materia illis proportionata igitur prius formatur membrorum a virtute informativa cuius materia

est magis disposita ad recipiendum
actionem virtutis sed possibile est ma
teriam generationis equalis esse hominis igitur
etc. Patet quia et arguitur ut ante vel
minor assumpta quia possibile est ma
teriam generationis equalis fore tempera
tam vel calidam materiam generationis
cordis quod existente frigida et in calore vi
ta eo quod contingit generari cor frigi
dum et siccum producto equale tempera
to igitur etc. Tertio nullum est
signabile membrum nostri corporis
primo generatum quod assumptum probatur
quia nulla est ratio primo generatum
esse potest vel aliquis nec dicimus et
sic de aliis igitur patet quia et probatur
assumptum detur enim a tunc primo
generata et patet a tamen fore compositum
tum igitur fit ab agente sibi conveniens
generata sequitur primus unam partem
eius a fuisse dispositam ad recipiendum
substantiam forme tantus quod totam
et per consequens primus generatam
fuisse partem a quod a totum et sunt
arguitur de b ita de quocumque alio
consimili membro argui potest igitur etc.
sed forte pro isto dicitur concedendo
nullum esse membrum consimile
primo generatum stat tamen aliquod esse or
ganicum. Contra non prius generatur
organicum quam consimile eo quod quodlibet
organicum resultat ex pluribus con
similibus sed non prius generatur to
tum quam aliqua pars eius igitur.
Quinto sequeretur quod plurium in
dividuorum unico distinctorum quorum
neutrum est alterius pars vel ambo
alicuius tertii eadem esset forma sub
stantialis adequata consequens impossibile
et arguitur quia premisso ergo quod totius
hominis una est forma indivisibilis
qualibet eius partem quantitativam
informans secundo quod prius generantur mem
bra principalia non principalibus
et sic iam cor in quo generatum est cor
et cerebrum non tamen alia membra
sunt generata. Et patet quod pro isto instan
ti cor et cerebrum sunt duo individua
quorum neutrum est pars alterius
nec ambo alicuius tertii eo quod non sunt
continua sed distincta per materiam
generationis iam [linearem?] et non

creatam quod tamen eorum sit eadem forma
adequata arguitur quia secundo com
pleto eadem erit adequata forma
tamen per primam suppositionem
sed pro tunc non erat in aliquo istorum
membrorum alia forma quam iam erat
econtra igitur etc. quia ista est
tamen antecedente. Sexto quantum ad
sequeretur quod forma substantialis
transiret de subiecto in subiectum
quia a corde ad epar et de contento
ad contentum et non per medium
quorum utrumque est impossibile
// Septimo sequeretur quod animatum et
inanimatum essent continua quia
formato corde remanet residuum
materie cordi continuum quod non
est animatum. Ultimo si questio
esset vera hoc non videretur nisi
quia cor per se potest in operationes
viventis et non alia membra sine
corde sed arguitur quod non quia
tunc in nobis non esset nisi una
pars formalis scilicet cor solum cum
illa pars quodlibet denominatur for
malis que per se potest in operatio
nes debitas sed oppositum cor est huius
propositionis igitur etc. Ad oppositum
est Avicenna in libro de animalibus inquit
Et verum quidem est quod primum mem
brum quod creatur est cor. In ista questione
primo videnda sunt primo quedam suppo
sitiones secundo conclusiones de quesito.
Quantum ad primum sit hec prima
suppositio quelibet complexio vel qua
litativa dispositio alicuius forme sub
stantiali incompossibilis sufficienter
preparat ad alterius forme substantialis
inductionem si in materia inducta fuerit
et econverso patet hec suppositio quia
dato opposito staret fieri aliquam forme
substantialis generationem quamvis
non fieret alterius corruptio et consequens
quod est contra Philosophum primo de genera
tione. Secunda suppositio est quodlibet
generationem substantialem precedit
alteratio ad illam immediate preparans
similiter etiam quamlibet substan
tialem corruptionem colligitur hoc
eadem primo de generatione. Tertia sup
positio sequitur impossibile est per
solum motum localem in aliqua

Nota hoc primum arguit quod includit se [ut?] quod [in] quo dicitur aliquid [illegible]

materia generationis vel eius partibus contingentem aliarum forme substantialis generationem vel corruptionem fieri patet ex precedenti. Secunda suppositio est quod virtus informativa generativa membrorum fetus est agens naturale in generatione fetus constitutum patet quia illa virtus non ponitur nisi in genitivo spermate igitur subiective in materia generationis et per quos est adeo constituta.

Quantum ad 2m sic hec prima conclusio probabiliter tenenda in generatione fetus non est signabile aliquod membrum simpliciter primo generatum persuadetur sic ante [illegible] carnis generationem precessit caro generata in fetu eodem et similiter ossis nervum et sic de aliis igitur conclusio patet quod et assumptum arguitur quia dato opposito sit a primo caro generata vel os et sic de aliis et arguitur sic ante generationem totius a fuit aliqua pars materie generationis sufficienter composita vel complexionata ad recipiendum formam carnis igitur conclusio.

Assumptum arguitur ponendo quod b sit dispositio que inducta in materia generationis sufficienter preparat ad formam carnis et arguitur sic prius inducta fuit dispositio b in parte a quam in a toto et per quod non fuit a prima caro generata. Ad istud forte dicetur quod licet b sit dispositio totalis qualitativa sufficienter qualitative preparans materiam conclusio non tamen b est dispositio sufficiens ad hoc ut producatur forma carnis. Ultra hoc enim oporteret materiam generationis esse convenientis quantitatis qualiter forte non est in casu posito in proposito igitur conclusio.

Contra data ista responsione sequitur possibile esse fieri aliquam forme substantialis [illegible] generationem illam non precedit alteratio immediate ad illam preparans arguitur quod ponendo c materiam generationis iam recepisse dispositionem b et quod c materia non sit apta recipere formam carnis propter eius parvitatem et augeatur c quantitative per additionem materie consimiliter disposite deducta omni alteratione c et partium sibi additarum et sequitur quod post hoc corrumpetur c quia aliquando erit in c dispositio quantitativa et qualitativa sufficienter preparans ad formam carnis igitur producitur ex c generabitur caro et per consequens corrumpetur c et tamen non alterabitur c post hoc ut sequitur ex casu igitur conclusio quod adversarius 2e suppositionis.

Item in eodem casu sequitur per solum motum localem fieri substantiale generationem vel corruptionem quia per solam localem approximationem approximatatem appropinquationem partium que adduntur c ad ipsum c fiet corruptio sed c contra secundam et tertiam suppositionem.

Item agens generans carnem sufficit corrumpere totum aggregatum ex c et d materia quod pono d materiam generatam arguitur consimiliter esse dispositam sicut est c igitur illud idem agens sufficit corrumpere c nisi generando carnem quia non agit nisi inducendo complexionem ad formam carnis preparantem ut pono igitur conclusio consequens sequeretur ut pono igitur conclusio.

Item sequeretur quod pars separata a toto homogeneo melius esse apta conservari quam eadem coniuncta aliis partibus quibus est falsum et arguitur quod pono aggregatum ex c et d materia esse sufficientis quantitatis ad perfecte recipiendum formam carnis non tamen c per se vel d et patet quod virtute generativa agentem aggregatum ex dictum ipsum corrumperet illud si foret per se separatum a d quia vel in materia c produceret formam carnis in dispositionem vel aliam tamen non sit productiva complexionis ad aliam formam preparantis ut pono igitur conclusio.

Ex hac conclusione et eius probationibus sequitur primo quod cor non est membrum simpliciter generatum in fetu sed primo positum ex opposito.

Sequitur 2o peius positionem tenentem totius humani corporis unitam esse formam specialem indi

|pa

-- insensibilem conclusio non esse signabile primum quod

insensibilem non esse signabile primum
instans in quo forma fetus inducitur
in materia nulla enim est prima ma
teria quam forma fetus incipit infor
mare. Ex quo ulterius sequitur non
cuiuslibet rei permanentis esse sig
nabile primum instans esse sed aliquid
utrumque non esse ad bonum sensum pro
positione tenenti non prius esse
productam animam intellectivam quam
ipsa sit corpori infusa sequitur ulterius
quod quantumlibet parvam materiam posset
anima humana per se incipere in
formare et infinita quasi alia se
quuntur ex hiis. Hec autem argumenta
et si penes mere naturaliter loquentes
evidentiam habeant supernatura
liter tamen nullam faciunt evidentiam.
2a conclusio licet ita sit ut ponit pre
cedens conclusio prius tamen inter
membra organica formantur membra
principalia membris non principa
libus ab eis naturaliter secundum quod hec
conclusio persuadetur primo ex
processu in libro tacta de tribus ve
sijs et persuadetur ratione quia
esse et conservari aliorum membrorum
dependet a principalibus ideo ra
tionabile est principalia membra
prius aliis esse producta ut alia
membra statim ab ipsis influxum
recipiant quo conserventur in esse
dum producta sunt. Item materia
generationis principalium membrorum
probabiliter apparet esse perfectior et
melius disposita ad recipiendum
transmutationem quam intendit in
formativa virtus quam non prin
cipalium et tamen hec magis intenta
est natura in productione ipsorum
igitur etc. quia videtur nota tamen
antecedente. Nota tamen quod ista
argumenta non sunt nisi persua
dentia probabiliter etiam teneri
posset quod contingenter potest quodlibet
membrum altero prius vel pos
terius generari secundum maiorem
vel minorem dispositionem ma
terie ad recipiendum impressionem
generantis et secundum quod vim plus
prius quam altera acceperit hec tamen
non est ita probabilis sicut precedens
conclusio. Rationabiliter enim

enim

apparet quod materia generationis cordis
sit purior et melius disposita ad
recipiendum impressionem vir
tutis informative et tamen hec plus
habuerit de spiritu et calore ad gene
rationem cordis similiter rationa
biliter apparet quod quamvis virtus
informativa sit agens mere na
turale ipsa agat tamen rememora
ta ab agente intellectuali ut ut pro
methaphisice et prius naturali or
dine acceperit in ea proportionali gene
rationem principalium membrorum
semper enim facit natura de possi
bilibus quod melius est ut colligitur
3o de anima. 3a conclusio inter
cetera membra principalia primo
generatur cor patet primo quia ab
eo descendunt alia membra in esse
et operari ut igitur statim ipsis for
matis a corde statim debitum in
fluxum recipiant conveniens est
ipsum aliis prius generari. Item plus
congruit instrumentum virtutis
informative ad generationem
cordis et tamen hec materia generatio
nis eius est melior et purior quam
perfectiori membro proportionata
igitur etc. Item prius generatur me
mbrum tamquam vesica primo apparet sed
hec est vesica cordis ut patet igitur.
Pro isto etiam sunt auctoritates philosophi
2o de generatione animalium ubi vi
detur velle materiam epatis et cordis
esse sicut superfluitates materie
generationis cordis ideo sicut cordibus
digeruntur superfluitates quod illud
tamquam sicut tamen non separentur ab
illo nisi per digestionem illius se
quitur etc. Ponit etiam similitudinem
inter cor et alia membra ex una
parte et celum et que a celo depen
dent ex alia sicut ergo operationes opera
tiones dependentium a celo pre
supponunt motum celi ita in proposito
erit. Iste sunt precedentes persuasiones pro
conclusione intendunt quidam licet cor
prius generetur etc. non tamen alia
membra producit vel generat. Hec
conclusio persuadetur sic primo quia
dato opposito sequeretur quod spiritus
cordis haberet potentiam generandi
alia membra quod si conceditur generativa

hec opinio est de mente Thome de Garbo in sua summa

Pro isto sequitur quod membro organico abscisso posset illud vel sibi proportionale regenerari quod est falsum ut patet et arguitur quod quia illo ablato adhuc remanet agens sufficiens scilicet spiritus cordis et adhuc materia ut sanguis igitur etc. Secundo quia spiritus cordis non potest in operationem generativam sicut fuit in testiculis decarticulatis sed pro tunc non taliter decarticulatur ut patet. Tertio sequeretur quod spiritus existens in fetu postquam generatus est fetus esset generativus et sic si mitteretur ad locum generationis generaret quod non apparet rationale hec conclusio probatur quia omnem virtutem quam prius habebat possibile est in ipso conservari post complementum fetus et plura alia adduci possent ut prista conclusione. ¶ Concludunt ergo tamen dicentes solum spiritum generativum in spermate inclusum esse membrorum nostri corporis productivum. ¶ Ego autem probabiliter dico tolerari posse quod spiritus cordis postquam cor productum est effective concurrit ad generationem aliorum membrorum non tamquam totale et particulare agens sed tamquam partiale ita quod aggregatum ex spiritu cordis et generativo producunt alia membra et tunc arguitur quod non quia abscisso organico membro membro organico etc. negandum est quia non enim conceditur spiritus cordis esse agens totale sed solum partiale. Pro 2o dicitur negando assumptum potest enim concurrere tamquam partiale agens ad generationem spermatis non fuerit in testiculis decarticulatis. Possunt enim decarticulari et deduci ad operationem hanc ab aliquo quod fuit in testiculis decarticulatum et sic est in proposito. Pro 3o dicitur sicut ad primum. ¶ Tertia conclusio est quod prius cor primum organicum generatum est et ex persuadetur quia plus concurrit de calido ad eius productionem et materia est ad hoc magis disposita igitur etc. Item ex fine quia plus operatur ad esse individuum et plura talia probabilia adduci possunt. ¶ Quarta conclusio inter consimilia que non sunt principalium partes prius formantur membra spermatica quam carnis informia tollitur hec conclusio in littera et ab Aristotile 2o de generatione animalium et ab Avicenna nono de animalibus ubi ponitur naturam operari ut pictorem etc. Item quia caro informia debent esse circumvoluta radicalibus et ipsis sustentari. Item radicalia sunt sicut mensura carnis informium igitur etc. patet quia ex probatur assumptum quia secundum mensuram quantitatis radicalium mensurantur carnis informia. ¶ Sed quia amplior concurrit calor ad generationem carnis informium et tum hoc materia carnis informium est paratior transmutationi quam radicalium igitur citius fit carnis informium generatio sed hoc dicitur negando quamvis licet enim ita sicut ponit Avicenna Bulucenus ad prius radicalia formanda inclinata prius quod movet et dirigit spiritum generativum ad materiam radicalium transmutandam quam carnis informium ideo etc. Qualiter autem virtus in spiritu generativo existens agens mere naturale possit taliter operari alias ostensum est. ¶ Quinta probabiliter potest poni quod licet prius formetur cor etc. prius tamen completur umbilicalis vena quam aliquod principium membrorum hec conclusio habita est in littera cum declaratione eius. ¶ Ad argumenta principalia ad primum dicitur negando assumptum scilicet quod semine necessaria est etc. et ad probationem eius negatur etiam dico in animalibus saltem perfectis in quibus requiritur moralis virtus contra malem distinctam in illis enim est contra si autem in plantis absolvitur hoc est propter carum imperfectionem et conceditur ulterius quod sub vegetativa virtute comprehenditur etiam moralis virtus. ¶ Ad confirmationem primam dicitur negando cor nutriri non posse nisi per spiritum ab ex parte etc. immo per spiritum et instrumenta sanguine generatum a spiritu generativo taliter habente potentiam generandi omnem spiritum sicut omne membrum vel saltem habet potentiam

[partly illegible marginal note] ... quod duplex dicitur esse aliquid ... aut duo quanta continue ... aut quantitas ... illa duo ... ut ... cum ... formis illa ... 3° aliquid ... ut ... forme ... unum

generandi cuilibet spiritum sufficientem ad conservationem individui proportionalem vel posset dici probabiliter quod cor per solum eius spiritum potest in omnes suas operationes. Aliter dici posset cor non nutriri nisi formato epate nec posset oppositum probari. Ad aliam confirmationem dicitur primo negando minorem virtus enim vitalis per tempus absolvitur a naturali quia corde primo formato est ita vel dicitur negando proportionalitatem illam scilicet maiorem sicut etiam non sic se habet in animali virtus animalis ad vitalem sicut operatio etc. ut intuenti patet. Ad 2um principale dicitur primo negando maiorem non enim sentitur cor nisi postquam cerebrum est productum vel aptum est sentire vel dicitur negando minorem potest enim sentire cor per spiritum proportionalem animali a spiritu generatione ex sanguine. Per imaginationem generando quod sicut ex parte grossa generantur distincta membra ita ex parte subtili eiusdem natura producunt spiritus scilicet vitalem naturalem etc. Ex quo sequitur probabiliter non quemlibet animalem spiritum in cerebro nec quemlibet naturalem in epate generari vel posset etiam dici ut supra cor per solum spiritum cordis posse in omnes suas operationes et cum arguitur ex illo quod sentit quia tunc est animal dicitur negando quod. Ad 3um principale dicitur primo quod non contingit alterius membri materiam generationis esse magis dispositam ad recipiendum transmutationem a virtute quam materia generationis cordis. Dicitur quod natura agens propter finem taliter ex naturali ordine dirigit sperma ad materiam proportionatam generationi non cordis qualiter non ad generationem alterius membri. Ad confirmationem patet ex dictis quid sit dicendum. Ad 4um dicitur illam conclusionem supernaturaliter concedendo et quod illud non est magis impossibile quam quod eadem forma adequate informet pedem et sit de aliis ubi non sunt in aliis terminis ut in generatione

asini foret aliter respondendum dicendo scilicet quod illa sunt tria individua simpliciter distincta et quod sunt tres formas simpliciter distinctas que tamen tandem componunt unam formam totalem et si arguitur contra quia si ex duobus in actu non fit unum in actu conceditur tamen ex partibus essentialibus tamen quantitativis partibus non repugnat ut ex duabus aquis fit una aqua. Ad 6um dicitur negando quamvis naturaliter est subiectum prius formatum dimittere et aliud noviter informare quod non est in casu posito quia licet incipiat novum subiectum informare non tamen primum subiectum derelinquit quamvis conclusio sit supernaturaliter concedenda. Ad septimum patet quod cor non fuerit formatum non est continuum continuitate naturali forme tamen inanimata materia et hec satis patet licet formate sit continuum continuitate materie. Ad ultimum dicitur a quibusdam per partem formalem intelligendam esse partem cui attribuitur aliqua totalis operatio sicut parti porose attribuitur totalis actus nutriendi illius partes sunt materiales et non formales eo quod ipsis non attribuitur aliqua totalis actio vel dicitur pars formalis que nunquam pars potest in aliquam operationem sibi propriam distinctam ab operatione alterius econtra vero materialis et sic pars non porosa est materialis vel dicitur formalis que manifeste aliquam exercet operationem et quomodo apparet clarior hec problemata posita sunt.

## Utrum totalis

materia spermatica decidatur a corde. Arguitur multipliciter quod non. Primo sperma deciditur ab omnibus principalibus membris igitur etc. Assumptum colligitur ex 2° tractatu primo capitulo de causis spermatis cum inquit primo oportet ut sit ei quod

omni membro principali sicut et
aliis membris confundando. Secundo ad idem
arguitur auctoritate philosophi in 1° problematum ubi ponitur quod ab omnibus
membris compurgatio est sperma.
3° probatur idem ex descriptione
spermatis posita per philosophum in allegato 19°.
sed sperma est superfluitas digestionis 3e que fit cum cibus diffunditur
in membris refundendo a venis 2a
distinctione iam completa / quarto
quia aliter non posset assignari causa
quare diminutum generaret diminutum et habens cicatricem generaret
habentem cicatricem et sic
de aliis / quinto quia in emissione
spermatis in toto sentitur delectatio.
totum etiam corpus debilitatur et
dissolvitur quod totum igitur et cetera. Utrum
sit sperma decisum a cerebro igitur
et cetera. Assumptum colligitur de mente
Ypocratis in libro de aere aqua et
regionibus et Avicenna ... 34 allegato capitulo dum inquit. Et
Ypocras quidem dixit in suis [illegible]
inventionibus quod plura materie
spermatis est ex cerebro et quod descendit per duabus venis que sunt
post aures et propter hoc abscisio
flobotomia ambarum generationem et
facit incurrere sterilitatem. Ad
oppositum est philosophus primo
de generatione animalium ...
3° capitulo quinto et Avicenna
etiam primo de animalibus. Respondendo ad hanc questionem primo
premittende sunt distinctiones quedam
et suppositiones 2° conclusiones
de quesito movendo circa hanc materiam quasdam difficultates.
Circa autem ad primum sit hec prima
distinctio quod sperma dupliciter
sumitur primo communiter et indifferenter pro qualibet humiditate in actu
contentis a testiculis a natura expellibili sive talis prolifica fuerit
et utilis generationi sive non.
et de tali spermate non queritur
in proposito multas enim et varias
materias tales contingit expelli
ut colligitur problematum quarta.
Secundo sumitur sperma proprie et precise pro humiditate a testiculis in
actu contentis ad locum conceptionis
expellibili prolifica sive actu generationis proporcionata quam philosophi
nominant genituram et sic sumitur
in proposito taliter etiam sumitur
a philosopho preallegato ubi ex dictis philosophi
colligitur talis spermatis descriptio.
Sperma est superfluitas ultimi
alimenti ultimus distributi per
membra habens esse id est totum in
potentia in qua descriptione ponitur superfluitas pro genere differt
etiam per hoc a membris et partibus
membrorum que non sunt superfluitates ponitur etiam ad differentiam
humoris laudabilis membrorum
nutritivi. utilis ad differentiam
spermatis non prolifici dicitur autem
alimenti ad circumloquendum materiam generationis eius et ad ostendendum
sperma non esse decisum
a substantia membrorum dicitur
autem ultimi quia ultimate subiicit
in corde digesti vel perfecti ad denotandum sperma non esse superfluitatem
digestionis stomachi et
patet vel venarum sed solius sanguinis in corde perfecti et hoc secundum
philosophum sic manet deinde subditur distributi id est quod distribuitur vel aptum
est distribui hec enim clausula circumloquitur materiam a qua sperma
deciditur eo quod illa non est nutrimentum alicui particulari membro
appropriatum sed toti tamen dicitur ergo
aptum distribui ad dicam nutrimenti particulari membro appropriatum
deinde subditur habens totum in
potentia ad differentiam etiam spermatis non prolifici. Ex quibus
colliguntur quedam spermatis proprietates prima est superfluitas
quanti et non qualis. 2a sperma
non est humor proprie dictus membrorum vel pars membri 3a sperma
est superfluitas non est humor proprie
dictus membrorum vel pars membri
3a sperma est superfluitas digestionis
ultime cordis 4a quod non est aliqua
humiditas decisa 5a quod non est
superfluitas digestionis que fit
in membris ut videtur dicere Avicenna
... 34 allegato capitulo ad principium

utilis

hanc tamen positionem. Circa 3m
sequitur conciliator differentia 2a
et plures alii peritus quas opponen-
da est ista particula distributi in
diffinitione posita ut verba sonant
et consequenter quod completa diges-
tione membrorum aqua in poro-
sitatibus membrorum simplicium
superfluit materia spermatum re-
ingrediuntur per extremitates parvarum
venarum et arteriarum et co-
hus ad maiores et sic consequenter
de minori tendito ad maiorem procedit
donec ad venam concavam perve-
niat et arteriam maiorem ita
semen per dorsum et caudam per-
venit ad testiculos. quelibet autem
istarum est satis probabilis via.
2a distinctio est quod in quolibet se-
mine prolifico duplex pars reperitur
scilicet spirituosa et corpulenta de
quibus infra est tractabitur et de
qualibet istarum potest queri in
questione. 3a distinctio quod dupliciter
potest sperma vel superfluitas
aliqua ab aliquo membro decidi
mediate scilicet et immediate dis-
tinctio patet. Circa primam
suppositio quod unde agens ille in-
differenter plurimum effectuum pro-
ductivum respectu quorum est tale
agens sufficiat aliquem illorum produ-
cere nisi ad huiusmodi productio-
nem per aliquod particulare agens
limitetur patet quia alias illud
non esset respectu illorum universa-
le sed potius particulare et determina-
tum. 2a suppositio est quod tam re-
spectu operationum naturalium quam ani-
malium quam etiam operationum generative
virtutis cor et spiritus cordis est
tamquam universale principium activum
patet quia unio ad quamlibet huius-
modi operationem concurrit scilicet
spiritus cordis et non tamquam agens
particulare et determinatum ergo etc.
3a suppositio quandocumque aliquis
effectus a pluribus pendet agentibus
ad eius productionem effective
ordinatis per prius dependet ille ef-
fectus a priori quam a posteriori or-
dine dependentie patet quia tunc pri-

maria plus influit in effectum quam
secundaria. 4a suppositio quod vir-
tute seminis ad fetus generationem
concurrente contingit fetum non
solum in specie sed etiam in figura
coloris membri diminutione ut
supra ... primo etiam usque ad
signa ... colligi-
tur. Et suppositio de mente omnium auc-
torum et experimento patet.
Quantum ad 2m articulum
sit hec prima conclusio quod sperma
quantum ad corpulentum eius
primo et principaliter deciditur
a corde patet hec conclusio primo
per diffinitionem spermatis supra
positam pro ista etiam conclusione
videtur auctoritas philosophi superius al-
legata. 2a conclusio est quod sperma
quantum ad idem corpulentum
secundario et immediatius deciditur
a testiculis patet hec conclusio de
se et potest taliter persuaderi quia
alimentum a corde decisum est
alimentum quod non magis opera-
tioni generative virtutis quam non
alterius fiat proportionatum oportet
ipsum ab aliquo particulari determi-
nante limitari. huiusmodi autem
non videntur nisi testiculi ergo etc. 3a
conclusio est quod quantum ad spiritum
generativum inclusum in spermate
non solum a corde sed etiam a cerebro
et epate sperma deciditur probatur
sic impossibile est in fetu generari
per solum spiritum vitalem in sper-
matis corpulento inclusum producti
temperamentum vitalibus anima-
libus et naturalibus operationibus
proportionatum igitur preter spiritum
vitalem ad compositionem gig-
nendum spiritus oportet aliud agens
concurrere. tale autem non apparet
nisi spiritus animalis et naturalis
ergo etc. Istam conclusionem sensit
Avicenna in 3a satis ad principium
ut in textu iam declaratum est. Et
pro ista conclusione est auctoritas
eiusdem philosophi 2a allegato capitulo
tota autem causa huius conclusionis
est quia spiritus cordis in produc-
tione temperamenti animalibus

operationibus proportionati et
etiam conveniret tamquam generale
instrumentum. Si ergo debet
huiusmodi temperamenta in via
generationis producere necesse est
per particulariora agentia ad huius-
modi effectus limitari et colligi
potest deductio ex suppositionibus
premissis in primo articulo. ¶ Tertia
conclusio est licet ita sit principa-
liter tamen quantum ad istam partem
eandem deciditur a corde patet quia
in spiritu genitivo in semine inclu-
so spiritus cordis diciatur spiri-
tibus ab aliis principalibus de-
cisis ut colligi potest ex precedentibus.
¶ Quarta conclusio est quod preter
has spiritus ad compositionem
genitivum essentialiter concurren-
tes indifferenter a quolibet parti-
culari membro nostri corporis pars
particularis spiritus decidi qui cum
spiritu genitivo ad fetus genera-
tionem concurrens aptum est aliquod
membrum fetus taliter disponere
qualiter membrum particulare
huic membro fetus simile a quo
decisus fuit hic spiritus erat dispo-
situm. Colligitur hec conclusio ex
¶ Ex preallegato capitulo et persuade-
tur quia alias non salvaretur mo-
dus quo diminutus in membro
merito sue diminutionis genera-
ret diminutum podagricus podagri-
cum quod est contra suppositionem
ultimam. Et arguitur quod quia
vel huiusmodi effectus provenit
a solo spiritu genitivo ex spiritibus
tamen principalium resultante vel
ab alio particulari deaccumulante.
Non potest poni primum quia tunc
non appareret quare huiusmodi spiritus
produceret eo quod undique materia
est talis effectus susceptiva vel saltem
sic esse est possibile et agens suffi-
cienter productivum. ¶ Si dicatur quod
tum tale deaccumulans non indiget
nisi spiritus sequitur quod. ¶ Modus
igitur quo huiusmodi particularis
assimilatio contingit talis videtur
quia preter spiritum cordis cerebri
et epatis genitivum componentes
a podagrica exempli podagricum

deciditur spiritus aliquis qui
simul cum materia spermatis ad
testiculos perveniens in sperma-
te includitur et cum aliis spiri-
tibus simul ad locum generationis
impellitur qui deinde certis adunatus
certam generationis pedis habet
potentiam ipsum taliter dispone-
di ut ea generetur pes talis qua-
lis fuit pes a quo decidebatur. In
hoc enim spiritu est a pede a quo
decisus fuit talis virtus derelicta
propter quod concesserunt aliqui
spiritum oculi esse virtualem
oculum pedis vero pedem. Sic igitur
generatur pes podagricus. ¶ Sed
contra iam dicta difficultates insur-
gunt. Prima est quia vel huiusmodi
particularis spiritus particularibus
membris deciditur et membris
et semen generatur simul cum
eo perveniens ad locum generationis
vel non. ¶ Si primum sequitur quod semper
erit fetus secundum quasdam par-
ticulares membrorum dispositiones
similis generanti quod est contra
experimentum. Si dicitur quod non quando
quia non apparet ratio quare spiritus
una hic quam alia debeat concur-
rere. Talis enim concursus est natu-
ralis. ¶ Item persuadetur quod nec per huiusmodi
spiritus debeat concurrere quia
spiritus genitivus ex spiritu vitali
animali aggregatus est per se suf-
ficiens sine concursu huius parti-
cularis spiritus fetum perfectum pro-
ducere. Igitur preter genitivum non
oportet huius particularem ponere.
¶ 2a difficultas est quia penes hanc
viam non appareret qualiter in
aliquo membro diminutus deberet
diminutum generare. Nullus enim
particularis spiritus a membro
deficiente deciditur. ¶ 3a difficultas
penes idem qualiter fetus in ca-
pillis unguibus et huiusmodi ge-
nerantem similari cum nec a capillis
nec unguibus particularis spiritus
decidatur. ¶ Ad primum istorum
dicitur quod propter multa accidentalia
impedimenta impediri potest
concursus huius particularis spiritus.
[illegible] potest enim resolvi aut alte-

No(ta)

qualitercumque corporis pregnans quam materie spermatice inficitur aut eius transitus impediri et dicitur ulterius quod quamuis huiusmodi spiritus ad generationem concurreret non similitudinem iam dictam produceret possibile enim eius actio multipliciter impediri aut propter debilitatem huiusmodi spiritus et sic de aliis et ulterius per confirmationem dicitur quod licet spiritus genitiuus sit sincero mixtus huius spiritus integri fetus productiuus non tamen semper eque bene et cum debita particularium membrorum dispositione. Similiter cum spiritus decisus a pede spiritus genitiui ad determinandum materiam generationis pedis fetus et similiter oculi eo quod particularis spiritus a pede decisus uel oculo est uirtualiter pes uel oculus ut supra dictum est. Ad 2m dicitur probabiliter quod a parte corporis amputata est abscisio uel diminutio concordis spiritum qui concurrens materie generationis consimilis membri in fetu uerbi gratia brachium disponit materiam generationis brachii taliter ut ex ea generetur brachium dispositum sicut erat brachium generantis tale autem erit ante truncationem. Ideo generabitur tale de ductis in predicamento propter quod prohibebitur materie generationis brachii continuatio resistit aperte in qua est in [illegible] talis. Et decisi spiritum in fetu materiam nudis [illegible] taliter disponens ut ex ea generetur [illegible] ita et callosa sicut in generante. Ad 3m dicitur quod similitudo non dependet a particulari spiritu in capillis deciso sed a membro cum eius dispositionem insequuntur capilli in colore molli etc. Ad argumenta principalia. Ad primum dicitur quod ab membro principali partem decidiur sperma quantum ad spirituosam ut declaratum est et quod ab aliis membris est spiritus residuatio licet forte Auicenna senserit quod ab aliis membris partem corpulentam seminis resudare ut uisum est pro auctoritate Philosophi 4o problematum dicitur quod Auicenna locutus secundum antiquorum sententiam. Secundum autem ad diffinitionem spermatis sit dicendum patuit in questione. Ad aliam confirmationem negandum est quia de aliis autem quid dicendum sit patuit in questione.

# Utrum semen

mulieris actiue concurrat ad fetus generationem. Arguitur quod non primo quia tunc idem simul respectu eiusdem esset agens et passum quod est falsum et quod pateat falsitas consequentis arguitur quia tunc idem respectu eiusdem simul esset in actu et potentia eo quod agens inquantum huiusmodi est in actu et passiuum secundum quod huiusmodi est in potentia ut colligitur nono methaphisice. Si igitur idem respectu eiusdem simul esset in actu et in potentia eo quod agens inquantum huiusmodi est in actu et passiuum secundum quod huiusmodi est in potentia ut colligitur nono methaphisice. Si igitur idem respectu eiusdem est agens et passiuum sequitur quod illa. 2o nunquam causa efficiens et materialis coincidunt igitur nunquam idem materialiter et effectiue ad eundem effectum concurrit quod patet et colligitur assumptio 2o phisicorum cum igitur semen mulieris materialiter concurrat ad generationem sequitur etc. Tertio quia tunc sequeretur quod in muliere sine concursu uiri posset naturaliter fieri fetus generatio. Arguitur quia quod in ipsa est agens cum sufficienti materia et applicatione debita ut etc. Propter semen uiri non actiue concurrit ad generationem ergo semen mulieris non passiue concurrit quod nota quia non pluribus modis dicitur ad generationem concurrere sperma mulieris quam uiri et assumptum

colliguntur primo de generatione
animalium. Oppositum huius
visus est velle Avicenna, et tradit
Galienus in libro de spermate.
Notandum quod de ista questione sibi
invicem repugnantes fuerunt Aristoteles
et Galienus, ideo breviter tractabo
positionem philosophi. Secundo positionem Gale-
ni que ut michi apparet est veritati confor-
mior. Quantum ad primum procedit
hec positio: in spermate viri
reperiri duas partes differentes, scilicet
grossam corpulentam et spirituo-
sam, ut in precedenti questione patuit.
Quarum grossa corpulenta non
concurrit effective ad generationem,
sed solum est ut vehiculum deferens
partem spirituosam ad locum genera-
tionis et ipsam conservans ne faci-
liter evolet et resolvatur. Et concluditur
quod hoc sperma est solum activum in
generatione fetus, est enim sicut
artifex, cuius materia est sanguis men-
struus. Et consequenter tenet hec
positio quod sperma mulieris non necessario
concurrit ad generationem, experi-
mento enim repertum est mulierem
absque proprii spermatis emissione,
quia scilicet sine delectatione, impreg-
natam fuisse, ut etiam colligitur 2o
colliget. Si igitur concurrit hoc
sperma ad generationem, hoc non
est nisi propter quedam extrinseca et ac-
cidentalia iuvamenta: primum ut
in coitu mulier magis delectetur
propter quod sperma viri a matrice
avidius attrahatur. Secundo ut os ma-
tricis madefiat et fiat lubricum super
quod sperma facilius recipiatur in matri-
cem. Tertium ut spermati quamplurimum ipsum
subtiliet ut amplius extendatur in
menstruo convenienter applicetur.
Ex quibus colliguntur iste conclu-
siones. Prima: sperma viri solum
effective concurrit ad generationem.
Hec persuaderi potest per plura ar-
gumenta adducta ante oppositum.
Secunda conclusio: sperma mulieris non
necessario concurrit ad generationem.
vel hec persuaderi potest per plura ar-
gumenta adducta ante oppositum.
Tertia conclusio: nec materialiter nec
effective concurrit sperma mulieris
ad generationem. Quarta
conclusio: solum menstruum mu-
lieris est materia generationis, quia
nec sperma viri nec sperma mulie-
ris etc. Quinta conclusio sequitur
quod nec solum active mulier autem
passive concurrit ad generationem.
Quantum autem ad secundum sic sit
prima suppositio quod quecumque sunt
eiusdem speciei essentialis nullo
ipsorum orbato sunt eiusdem vir-
tutis active. Patet quia quecumque
talia sunt eiusdem gradus perfectionis,
qui potissime arguitur ex operati-
one etc. Secunda suppositio est quod similitudo
fetus ad parentes vel aliquem ipsorum
secundum particularem membrorum
dispositionem, puta figuram, colorem,
magnitudinem etc., effective dependet
a principali spiritu a particulari membro
generantis deciso. Patet hec suppo-
sitio precedenti questione. Tertia suppositio
est quod cuicumque effectui positivo corres-
pondet aliquod agens positivum per
se illius effectus productivum. Quarta
suppositio est quod agens naturale ad
aliquem effectum producendum natu-
raliter inclinatum non illum effectum
sed alium producens producit ipsum
per accidens. Quinta suppositio
est quod taliter concurrit sperma ad
generationem fetus qualiter vegeta-
bilium semina secunda ad generationem
vegetabilium. Hec suppositio videtur
nota quia nulla videtur ratio dubi-
tandi. Tunc sit prima conclusio
quod sperma viri quantum ad partem
eius corpulentam materialiter
concurrit secundum partem ipsius
corpulentam, igitur etc. quod tenet
per quintam suppositionem et as-
sumptum patet experimento. Videmus
enim fabas nullo extrinseco ac-
cidente intrinseco adiuncto germen
gignere emittere. Secunda conclusio:
sperma viri quantum ad spiritum
generativum in eo inclusum ad gene-
rationem fetus mere effective concur-
rit. Hanc conclusionem senserunt
omnes auctores. Tertia conclusio est
quod sperma mulieris quantum ad
partem spirituosam in eodem inclu-
sam effective concurrit ad generationem.

pro Galieno

et hoc multipliciter persuade-
tur primo mulier et vir neutro
ipsorum orbato et utroque in suo
sexu perfecto consistente sunt essen-
tialiter eiusdem speciei igitur et
eiusdem virtutis active quantum est
per primam suppositionem sed in
viro est virtus activa fetus pro-
ductiva igitur etc. Secundo quia dato oppo-
sito sequeretur quod numquam mulier po-
sset generare fetum secundum par-
ticularem aliquam membri dispo-
sitionem sibi similem puta oculorum
aut aliquod huiusmodi quod est contra ex-
perimentum et arguitur quia quia
huiusmodi similitudo non provenit nisi
aspectu a spiritu particulari me-
bro deciso etc. per secundam suppositio-
nem sed nullus spiritus a muliere
decisus est potens hanc similitudi-
nem causare per adversarium
eo quod nullus talis effective concur-
rit ad generationem igitur etc. Sed
forte pro isto dicetur hanc simili-
tudinem ex menstrui dispositione
contingere sed hec responsio non valet
non enim apparet unde sanguis menstru-
us dispositionem contraxerit
merito cuius debeat partes membri
tum creative producere. Tertio ad idem
arguitur sic frequenter contingit
fetum similari uni et sicut patet
dissimilem ut equus ex asina pro-
ducit qui mulum similatur mulum
qui plus similatur asine et canis
masculus ex vulpe femina producit
animal multum simile vulpi in colo-
re et figura et cani dissimile frequenter
etiam potest niger magnus et et
minus generat filium parvum al-
bum rectum matri similem arguitur
ergo sic talis similitudo fetus ad ma-
trem est effectus positivus igitur
habet causam positivam particu-
larem per se illum effectum pro-
ducentem sed illa causa non est
sperma viri cum sit naturaliter
inclinatum ad producendum dis-
positiones similes dispositionibus
patris igitur etc. illa est sperma
mulieris et per quod etc. quod vi-
detur nota et assumptio patet
per 3am et quartam suppositio-

nes. Qualiter autem in tali assimila-
tione concurrant diversitas ut quidem
in colore et figura sicut patet partem in
... matri vel converso declara-
tum est in textu. Quarta con-
clusio sequitur quod sperma mulieris
quantum ad partem corpulentam
eius materialiter concurrit ad genera-
tionem probatur sicut de spermate
viri arguebatur. Quinta conclusio
liter cum sit sperma viri magis
effective et sperma mulieris magis
materialiter ad generationem concurrit
hec conclusio satis declarata est in textu.
Ad argumenta principalia. Ad primum
dicitur concedendo idem respectu eiusdem
esse agens et passum in actu et in po-
tentia secundum tamen diversas par-
tes eius ut corpus humanum est sic
movens per animam et motum per
corpus ut patet inveniri quod tamen
idem respectu eiusdem sit totale agens
et totale passum est mere impossibile.
Ad 2m consimiliter respondetur quod
numquam idem est adequatum agens et
adequata materia respectu eiusdem. Sed
tamen ad eundem effectum partialiter
effective et materialiter concurrere
non repugnat et ad primum sensum
procedit auctoritas philosophi. Ad 3m dicitur
negando quia et dicitur ulterius
quod licet in spermate mulieris sit vir-
tus activa non tamen est virtus in
eodem que tamquam totale agens sit suf-
ficiens fetum producere sed preter hoc
oportet concurrere spiritum genitivum
in virili semine inclusum. Ad quartum
dicitur negando assumptum et dicitur
ulterius quod positio philosophi sequendo ma-
gis Galeni est tenenda etc.

## Utrum omne

semen prolificum sit formaliter
animatum. Arguitur quod sic.
Primo omne semen prolificum habet
in se formaliter aliquam potentiam
anime igitur etc. patet quia eo quod po-
tentie anime sunt eedem essentialiter
anime ut debet videri 2o de anima
vel saltem non absolvuntur ab anima

Lot assumptum probatur omne semen
prolificum in se habet formaliter po-
tentiam generativam. Secundo quodlibet tale
semen est per se sufficiens ad producen-
dum operationes formaliter animati
igitur etc. Consequentia patet eo quod operatio arguit
formam et assumptum probatur quia
huiusmodi semen materiam genera-
tionis actualiter sufficienter compellit per-
ficit materiam lineat figurat et ad
omnem positionis differentiam mo-
vetur sed istarum operationum congre-
gatio (?) hec autem operationes non viden-
tur nisi ab anima provenientes (?)
hiis enim differt anima a natura
que non est anima ut colligi potest
2o de anima. Tertio generatio fetus ex sper-
mate est generatio                igitur
effectus est secundum speciem similis
generanti cum igitur effectus sit animatus
sequitur quod sperma erit animatum
eo quod preter sperma non concurrit
aliud principale agens ad fetus genera-
tionem pono enim statum cuiuslibet sper-
matis feminei patre interfecto (?). Quarto
ad idem arguitur quidam sit ad hoc
ut simile fiat eo simili secundum
speciem inducitur requiri 3es condi-
tiones in agente evidenter ab auctore
duodecimo metaphisice ut tale sit
agens propinquum et non remotum
2a ut sit ad illius effectus productio-
nem essentialiter per se et non acci-
dentaliter ordinatum 3a ut sit princi-
pale et non instrumentale sed huius-
modi 3es conditiones convenienter
insunt spermati in generatione fetus ex
eo igitur etc. Consequentia nota et declaratur
minor discurrendo. Prima enim
conditio satis evidenter sibi convenit
similiter 2a non enim ad productio-
nem fetus concurrit sperma tamquam causa
accidentaliter ordinata similiter et
3a generatur enim fetus ex spermate
nullo particulari agente principaliori
spermate concurrente. 4o confirma-
tur principaliter quia sicut sperma
quam pater generans ad fetus generationem
sed pater non concurrit tamquam instru-
mentale agens igitur nec semen. Consequentia
nota et probatur assumptum quia
semen est ad generationem fetus agens
essentialiter ordinatum pater autem

est agens ad illam accidentaliter
ordinatum igitur etc. Assumptum
arguitur quia sine actualis seminis
concursu non potest fetus produ-
ci cum tamen producibilis est sine actuali
concursu patris igitur etc. Consequentia tenet
quia quicumque non causat accidentaliter
ordinate etc. Sexto idem confirma-
tur in causis essentialiter ordinatis
cessante actione prioris cause cessat
actio posterioris eo quod actio posterioris de-
pendet essentialiter a priori sed ces-
sante actione prioris non cessat ac-
tio seminis nec fetus productio igitur
pater non est causa ad productionem
fetus essentialiter ordinata cum igitur
semen sit ad illam essentialiter or-
dinatum sequitur etc. Septimo quod
per se productum per operationem
generative virtutis est formaliter
animatum sed semen est huiusmodi
patet quia et maior eo quod se produc-
tum ab animato vel ab anima debet
esse animatum patet etiam minor
quia prima operatio generative vir-
tutis est generare sperma ut colligitur
prima primi doctrina secunda capitulo
de virtutibus ministris. Octavo
quilibet spiritus influens vel dua-
tus (?) est formaliter animatus igitur
et spiritus genitivus. Assumptum probatur
quia spiritus influens tam cordis
quam cerebri per se naturaliter move-
tur ad omnem differentiam positio-
nis taliter autem moveri est proprium
formaliter animati ut colligitur
2o de anima et octavo physicorum.
Nono spiritus est subiectum pro-
pinquum sanitatis et egritudinis
igitur etc. Consequentia tenet eo quod sanitas
et egritudo sunt passiones viventis.
Et colligitur assumptum prima
primi capitulo de subiectis medicine.
Decimo arguitur ad idem per dif-
finitionem generationis viventis
positam ab Aristotile in libro de
morte et vita scilicet generatio est prima
participatio anime nutritive in
calido naturali tale autem naturale
calidum non videtur nisi spiritus.
Pro isto etiam est auctoritas Avicenne
prima primi doctrina secunda capitulo
de virtute vitali dum inquit secundum

secundum Philosophum Aristo-
telem per eam salvet virtutem vi-
talem recipit principium primum et
actum primum a quo profluunt
alie virtutes etc. Ad oppositum arguitur
quia si semen est formaliter anima-
tum vel hoc est quantum ad partem cor-
pulentam vel quantum ad spiritum
in eo inclusum vel utrumque sed nul-
lum istorum potest dici non enim
primum vel secundum quia anima
debet esse actus corporis organici phy-
sici neutrum autem istorum est huiusmodi
eo quod utrumque istorum est consimile
vel homogeneum tunc quelibet pars
quantitativa reciperet predicationem
totius nec potest poni tertium scilicet quantum
ad utrumque simul tunc enim dabile
esset aliquod corpus naturale animatum
cuius neutra pars quantitativa esset
animata. Item sperma non est forma-
liter vivens igitur etc. patet quantum et
assumptum arguitur quia nec est
in gradu vegetabilium nec sensitivo-
rum appetitivorum vel motivorum
secundum locum nec viventium
vita intellectiva igitur etc. assump-
tum probatur discurrendo non
enim est in gradu vegetabilium
quia nec augetur nec nutritur etc.
Similiter si foret in gradu vegeta-
bilium ut est gradus viventium
contra alios distinctus iam foret de
genere plantarum quod non est
rationale et per idem non est in gradu
sensibilium quia sibi non convenit
esse sensitivum similiter quia iam
videretur esse de genere membrorum
et per idem patet quod non est in gradu
viventium vita intellectiva. Tertio arguitur
quod saltem spiritus influens non sit
formaliter animatus quia aliter
sequeretur quod tunc effimera febre
contingeretur ethica quod falsum
et quod contra Avicennam primo quarti et
Galienum primo de differentiis fe-
brium et arguitur quia quia semper
stante effimera stat talem spiritum esse in
subiecto animato formaliter sub specie
hec autem videtur ratio formalis
ethice. Item non appareret qualiter
distingui posset ethica ab effimera
utrobique enim talem spiritum esse est in

subiecto animato. Quarto
si esset animatum vel anima se-
minis esset eiusdem speciei cum anima
fetus vel ab ea specifice distincta si
dicitur primum et fetus est essentiali-
ter in humana specie sequitur sperma
sub specie humana essentialiter con-
tineri et per consequens esse essentialiter
hominem et animal rationale que
omnia sunt inconvenientia si dicitur
secundum sperma esse de genere
brutorum et plantarum et consequenter
quod producens fetum humanum essen-
tialiter esset brutum vel planta.
Quinto si sperma est animatum
vel anima eius corrumpitur in
generatione fetus quo ea vel manet
in fetu post eius generationem complete
mate si dicitur primum contra quia
tunc individuum alicuius speciei pos-
set immediate corrumpi in indivi-
duum aliud eiusdem speciei sic quod ad
corruptionem individui unius speciei
sequitur generatio individui al-
terius eiusdem speciei quod est contra
rationem generationis substantia-
lis et corruptionis substantialis
in qua non debet manere nomen
nec diffinitio eius quod corrumpi-
tur ut colligitur primo de generatione
non enim aqua corrumpitur in
aqua aut sanguis in sanguinem
sed in carnem vel membrum si di-
citur secundum vel igitur in fetu preter animam
preexistentem in semine inducitur
alia vel non. Si primum sequitur
illa conclusio quod due forme substan-
tiales solo numero differentes quarum
una non est pars alterius nec ambe
alicuius. Item sunt in eodem animato
adequate et arguitur quod quia for-
ma spermatis totalis est una forma
et se non consistens pars alterius forme
et similiter forme que de novo pro-
ducuntur tunc igitur oportet ponere
istas fore eiusdem speciei sequitur
conclusio si dicitur secundum sequitur hec et alia
conclusio quod embrio non generatur in
matrice non enim in matrice pro-
ducitur forma embrionis sed
quod hoc videtur sequi formam sper-
matis transire de subiecto in sub-
iectum quia materia generationis

ut instrumentum informabitur
forma quasemel iam informa
tur postquam prius non informa
batur eadem igitur etc. Preterea si
etc. sequeretur quod potentia generativa
posset ab aliis potentiis anime
absolvi quod est falsum et contra philosophum
2o de anima potentiam a potentia
vegetativa non posse alias pote
ntias anime separari vivere cum per
hoc principium omnibus viventibus
inest et quod tenet eo quod in sperma
te est potentia generativa in quo
tamen non est vegetativa Preterea sic se
queretur quod in eodem homine forent
plures anime et plura animata
non continua ab eodem solo numero
differentia quod falsum et quod
quia in homine est anima seminis
et anima informans membra
totum etc. Item quia tunc sperma
esset membrum aut pars membri
eo quod sperma non est humor quo
quo animatum est nec est superflui
tas perdendum est ergo membrum
Ultimo spermatis materia non re
cipit digestionem quartam igitur
sperma non est animatum quod
tenet eo quod digestio quarta est dis
positio necessario precedens ad anima
tum plura alia possent adduci
que longitudinem parcens omitto
Notandum est quod in hac questione
quidem inveniuntur due positio
nes sibi invicem repugnantes quarum
una ponit vim que fuit omne semen
prolificum esse formaliter animatum
Altera vero ponit ipsum non fore
formaliter animatum sed solum
virtualiter quelibet autem istarum
videtur probabiliter sustentabilis
ideo in ista questione primo per
tractabo primam positionem
tangendo probabilem modum sus
tinendi sperma esse formaliter
animatum. 2o pertractabitur 2a
suppositio positio probabiliter de
fendendo oppositum Circa primum
ad primum comprehendendum primo
sunt alique suppositiones secundo
conclusiones responsive ad ar
ticulum sic igitur hec prima suppo
sitio Impossibile est idem qualitativum

instrumentum duabus substan
tialibus formis ab invicem specie
vel genere distinctis esse pro suis opera
tionibus equaliter proportionatum
hec suppositio patet eo quod forme spe
cie distincte vel genere debent habere
operationes generas ab invicem distinc
tas alias enim non appareret via
ad concludendum aliquas formas
ab invicem genere vel specie distingui
Cum igitur distincte operationes
requirant distincta qualitativa
instrumenta sequitur etc. argu
mentum est probabile 2a suppo
sitio est est quod quodlibet corpus a
nimatum a quolibet inanimato
est genere vel specie distinctum
3a suppositio est quod anima per spiritum
et eius temperamentum tamquam per
principale instrumentum conse
quenter perficit viventis operationes
hanc senserunt omnes auctores et
patet discurrendo quantum ad natura
les quam vitales quam animales opera
tiones Hanc autem senserunt omnes auc
tores oportet animam per spiritum
animalem vitalem etc. sed cuiuslibet
viventis operatio est animalis na
turalis vel vitalis ideo etc. Quarta
suppositio est quod quelibet forma na
turalis perfectius potest suas opera
tiones perficere per instrumentum
sibi in eodem subiecto coniunctum quam
per instrumentum ab ea separatum
loco et subiecto aliis paribus patet
quia instrumentale agens in ac
tione sua dirigitur a principali
sed melius potest principale diri
gere instrumentum sibi coniunctum
quam separatum ab eo loco et subiec
to ideo etc. Quinta suppositio est
quod motus spiritus ad intus adeo
et ad omnem positionis differentiam
secundum congruam operationum
anime est naturalis hec suppositio
videtur de se nota Tunc sit prima
conclusio quod quilibet spiritus tam
influens quam innatus consistens
in vivente est formaliter animatus
hec conclusio persuadetur quantum
ad influentem de quo minus apparet
primo idem precise est instrumentum
qualitativum per quod vivens opera

tiones suas operetur et spiritus in-
forma spiritus et forma viventis
non sunt abinvicem genere et specie
distincte et per consequens sunt eiusdem
speciei quod principalis tenet eo
quod non est possibile duabus formis
specie et genere distinctis idem tem-
peramentum qualitativum pro suis
operationibus proportionatum equa-
liter per primam suppositionem
cum igitur ipsum vivens sit forma-
liter animatum sequitur per 2am
suppositionem etiam spiritum esse
formaliter animatum 2o melius
perficit anima suas operationes per
instrumentum sibi in eodem subiecto
coniunctum quam ab eo subiecto se-
paratum sed ponendo spiritum for-
maliter animatum esse tempera-
mentum per quod anima suas
operationes operetur est eadem in eodem
subiecto coniunctum igitur etc. quod
nota et Contra pro prima parte patet
per quartam suppositionem et pro
secunda parte videtur notum nam
cum hic appareret qualiter quis
teneret manu spiritum manus mo-
vere ad cor aut anima cordis spi-
ritum totum ad se retrahere pari [illegible]
ratione appareret animam intel[illegible]
posse movere spiritum foris vel
platonis adiutus vel ad extra et
redire positio Conclusio qualiter
improbata 3o nulli corpori inani-
mato convenit apte primo moveri
naturaliter ad omnem differentiam
positionis naturaliter igitur spiritus
influens non est corpus inanima-
tum patet quia et assumptum col-
ligitur a philosopho et commento 2o de anima
Quantum ad primum patet
et 2a pars patet per quintam suppo-
sitionem superius notam Ratio
est quod spiritus genitivus inclusus
in semine est formaliter animatus
probatur quia huiusmodi spiritus
est aggregatus ex spiritu influente
cordis cerebri et epatis qui omnes
sunt formaliter animati Pro ista
conclusione procedunt omnia argumenta
adducta ante oppositum Ex hiis
sequitur primo quod spiritus genitivus
est essentialiter eiusdem speciei
tum spiritui vitali animali et na-
turali eo quod quelibet istarum est
eadem anima secundum speciem
informatus Sequitur 2o quod ean-
dem speciem sunt spiritus vitalis
animalis et naturalis quamvis
cum in 3o in specie essentialiter
conveniunt inter se Tertia
conclusio est quod pars corpulenta se-
minis non est formaliter animata
probatur primo quia est superflua
et nulla talis est formaliter animata
Item quia pars corpulenta seminis
subicitur pro materia generationis
embrionis ut in precedentibus os-
tensum est et hanc conclusionem
sensit Galienus in libro de spermate
Ex ista conclusione sequitur quod ex
parte corpulenta seminis et spiritu
geminato in eo incluso non fit essen-
tialiter unum sed solum per aggrega-
tionem ex quo ulterius sequitur non
esse de proprietate sermonis conce-
dendum sperma esse formaliter
animatum eo quod non est nisi quod-
dam aggregatum cuius aliqua pars
est formaliter animata et aliqua non
propter quod probabiliter dico quod
partem spermatis corpulentam
convenit esse a natura repertam gratia
spiritus inclusi in ea qui ponitur
animatus Primo ut ipsum defendat
ad locum generationis 2o ut ipsum
conservet ne evanescat aut cele-
riter resolvatur 3o ut eo parte pri-
vatio ipsius corpulenti regeneretur
et restauretur spiritus genitivus
in quo continue fit resolutio et sic
probabiliter concedi posset spiritum
ipsum genitivum nutriri licet alio
modo quam membra solida cum in eo
non sint porositates quas subingre-
diatur nutrimentum sicut in mem-
bris solidis licet hoc aliqualiter so-
net contra mentem auctorum non
ponentium ipsum nutriri sed solida
quod ideo concedit quia propter
subtilitatem substantie et velocitatem
eius resolutionis non videtur spiri-
tus manere idem numero sicut membra
solida licet neutrum ipsorum perma-
neat idem Hiis premissis probabi-
liter respondetur ad argumenta

arguebatur sperma non esse for-
maliter animatum. Ad primum
dicitur quod sperma est formaliter
animatum ad sensum dictum pre-
cise quantum ad spiritum inclu-
sum in eo et tunc arguitur quod non
quia huiusmodi spiritus non est
corpus organicum et per quod eius
actus non est anima. Secundo dicitur
negando assumptum eo quod spiritus
gignitivus est corpus compositum
ex tribus spiritibus qui sunt dis-
tinctorum temperamentorum non minus
forte quam os et cridius. Dicitur etiam
a quibusdam probabiliter quod non omne
corpus cuius anima est actus
esse organicum distinguendo orga-
nicum contra consimile vel homo-
geneum. Sufficit enim ipsum esse
organicum quia instrumentale
quadamvis semper totale vivens sit
organicum eo quod anima in vivente
totali plures et varias debet perfi-
cere operationes distincta tempera-
menta requirentes. Ad secundum dicitur
quod semen prolificum est essentia-
liter in eodem gradu perfectionis
viventium in quo est vivens a
quo ipsum est decisum vel fetus
ab eo productus et consequenter
aliquod est in gradu vegetabilium
ut semen plantarum aliquod in
gradu sensitivorum et sic de aliis
et tunc arguitur quod non quia non
nutritur. Secundo dicitur hoc negando
nutritur enim et restauratur ex
corpulento seminis ut dictum est.
Et ulterius dicitur quod sperma vi-
rile non est in gradu vegetabilium
sed quod est gradus distinctus contra
sensibilia. Secundo sed est essentialiter in
eodem gradu in quo est fetus huma-
nus et tunc arguitur quod non quia
non sentit non audit. Secundo negandum
est quod sentit non sequitur vel ad-
sentit vel intelligit ergo non est
in eodem gradu. Secundo eo quod anima
est in eodem gradu secundum speciem
informans ea et tamen homogenea
tunc est pars quadamvis illa plures
operationes exercent in toto quam in
esse. Et si arguitur propter isto quod sperma
est homo vel saltem spiritus gig-

nitivus inclusus in semine. Sunt
dicitur quod si iste res homo fuerit
ut est ratio vel substantialis conce-
dendum est quod sperma est homo sicut
et quelibet pars hominis quantum-
cumque si non sumatur non obstante
sed prout quoddam compositionem
vel continuitatem cum principalibus
membris. Secundo negandum est quod in-
paret intuenti. Ad secundum dicitur ne-
gando consequentiam illam. Si autem
efficiencia stat talis factum esse est
in substantia animata sed membro-
rum substantia autem spiritus et
membra sunt distincte substantie
eo quod spiritus est subtilis aerea membra
vero grossa et terrestria tamen quo-
tamen sunt unum eius ipsorum esse
animatum formaliter. Ad quartum
dicitur quod anima seminis est eius-
dem speciei cum anima fetus et
consequenter ulterius respondendum
sicut dicebatur ad secundum. Ad
quintum dicitur probabiliter quod
sicut spiritus gignitivus remanet
in fetu licet parum post resolvatur
ita et anima vel forma eius et
alia producitur forma in materia
quadamvis partialis quod quasi sit una
totalis tamen precompositione sicut
de aliis formis corruptis videmus
contingere ut ex pluribus aquis
unam aquam fieri. Et consequen-
ter dicitur quod pars anime fetus
prefuit in corpore generantis et
pars eius fuit generata in matre.
Posset etiam probabiliter dici quod
illa forma corrumpitur et quod
inquirens sit in materia aliquid
corrumpi formam ad nunc corrup-
tionem sequitur similis forme
secundum speciem generatio non
in eadem eadem materia non in-
men in alia sicut in proposito cum
quod. Corrumpitur enim forma
spiritus gignitivi et generatur in
eadem materia forma vaporis
in materia inter quadamvis impri-
mitur forma talis qualis prop-
ter erat in spermate. Ad 6m patet
quid sit respondendum. Ad 7m
dicitur concedendo quod licet illud
est inquirens sicut in muliere

pregnacione sunt plures forme substan-
tiales solum numero differentes ¶ Ad
confirmationem dicitur quod pars
corpulenta spermatis est superflu-
itas spiritus non est animata ¶ Ad
octavum dicitur quod non ad cuiuslibet
rei animationem requiritur pre-
digestio que fit in membris secundo
loco in materia nutrimentali in
substantia membra transeunda. Se-
cus tamen materia generationis spiritus
animetur non est necessaria huiusmodi
digestio hec positio et si sonando
plura adversetur fidei catholice
et veritati a contradictione tamen
posset defendi ¶ Quantum ad
secundum articulum sit hec prima suppositio
quod temperamentum cuiuslibet spiritus
giguntini est a cuiuslibet alterius
spiritus temperamento distinctum
scilicet vitalis animalis et natura-
lis patet quia operatio generativa est
omnino dissimilis et distincta ab
operationibus a temperamentis pre-
dictorum spirituum provenientibus
ideo etc. Sed forte diceretur quod spiritus
giguntinus est temperamenti dissi-
milis vitali animali et naturali
eo quod aggregatur in se temperamenta
trium spirituum verum tamen aliqua
pars illius aggregati non habet tem-
peramentum simile temperamento
vitalis spiritus et sic de aliis ¶ Contra
quia quelibet pars quantitativa
giguntini spiritus est spiritus gigu-
ntinus temperamentum etc. ¶ Ar-
gumentum est probabile ymaginando
quod tres iam dicti spiritus ad compo-
sitionem giguntini spiritus concur-
rentes in suis temperamentis refran-
guntur et perducuntur ad medium
temperamentum conveniens pro opera-
tione generativa ut alias dictum est
¶ Premittendum est 2o quod dupliciter
potest dici aliquid tale puta cali-
dum et sic de aliis primo forma-
liter quia habet in se principium
quod est anima tamquam formam sibi
inherentem sicut equus dicitur
formaliter animatum et eodem
calidum ¶ 2o virtualiter scilicet
licet in se non formaliter calorem
vel caliditatem habeat habet in
in se principium anime vel caloris
productivum vel est ipsius principium
sicut sol dicitur virtuali-
ter calidum licet enim non habeat ca-
lorem eadem realiter inherentem
habet tamen in se principium puta
lumen caloris productivum sic et
lumen dicimus esse virtualiter
calidum eo quod ipsum licet non con-
tineat calor formaliter est caloris
productivum ¶ Premittendum 3o
dupliciter posse aliquid per se ad ef-
fectus generationem concurrere primo
principaliter 2o instrumentaliter
¶ Premittendum quarto duplex esse
instrumentale agens quoddam quod in a-
gendo continue requirit consiste-
ntiam principalis agentis [illegible]
quoddam autem non requirens
¶ Exemplum primi sicut lumen re-
quirit coexistentiam lucidi ¶ Exemplum 2i
sicut caliditas levitas que et sicut
instrumentalia agentia deducta
in actione et coexistentia formarum
eius que caliditatem vel levitatem
violenter impressit potest calidi-
tas calefacere et levitas sursum
trahere ¶ Premittendum est quod non
repugnat idem agens respectu di-
versorum esse principale et instru-
mentale denominandum ¶ His
premissis sit hec prima conclusio non
propter spiritum et fluentem con-
sistentem dicimus esse formaliter
animatum potest evidenter concludi
spiritum giguntinum esse formaliter
animatum patet per primam sup-
positionem premissam dum enim
sit spiritus giguntinus compositus ex spi-
ritibus iam dictis narratur illarum
trium spirituum natura et cetera
2a conclusio est quod semen prolificum
quantum ad spiritum giguntinum
consistentem in eo non est formaliter
animatum ¶ Pro illa conclusione
est fides catholica et veritas necnon
positum est per evidentem rationem
persuasibile igitur etc. ¶ Pro ista etiam
conclusione faciunt plura argumen-
ta superius adducta ¶ 3a conclusio
est quod semen prolificum est virtua-
liter animatum patet quia in se
non habet formaliter animam

sed virtutem per quam est actu
productiuum vel secundum Talis autem
virtus est temperamentum igni-
tum spiritus ab anima prius in geni-
tiuo spiritu derelictum aut aliquod
aliud accidens qualitatiuum prin-
cipium simul cum forma substantia-
li ipsius genitiui spiritus Et si
arguitur contra ut quidam ar-
guere consueuerunt quia omnis
virtus rei est forma rei igitur
quodlibet existens tale virtualiter
est tale formaliter huic dicitur
negando quam ut quod descriptione
eius quod est esse tale virtualiter
et formaliter patere potest Ad
argumenta principalia ad primum
dicitur quod potentia anime est prin-
cipium per quod producuntur
operationes anime hoc autem prin-
cipium est duplex quoddam in-
strumentale ut qualitates active
in suis operationibus deseruientes
et tale principium vel potentia
procul dubio distinguitur ab anima
Aliud est principale et tale est ipsa-
met anima et de tali intelligitur
quibus sermo quod potentia anime non
distinguitur ab anima conceditur tamen
formam habere in se aliquam pote-
ntiam instrumentalem actiuam non tamen
principalem Ad 2m dicitur negando
quam sumitur non sequitur complexio
est productiua operationis formaliter
animati igitur est formaliter a-
nimata hec enim non operatur ex com-
plexio tamquam principale agens sed
tamquam instrumentale principii
Ad 3m dicitur concedendo quod actio qua
producitur fetus ex spermate est
vniuoca et negatur quod tamen requiritur
quod effectus per se productus est similis
in specie ipsum producenti Nam ad
actionem esse vniuocam sufficit quod
talis effectus sit in specie similis vel
eiusdem speciei cum aliquo quod
per se agit vel agere consueuit vel
consueuerat ut talis effectus modo est
producatur qualiter est in proposito
Ad quartum dicitur quod licet vnica
ille tres condiciones requirantur
non tamen vbique sunt simile
producitur quod simili sed vltra hec

requiruntur quod agens sit in ille
tres condiciones attribuuntur sit
principale sit quoniam agit in vir-
tute alterius particularis agentis
vel in virtute ab alio particulari
agente derelicta qualiter non
est in proposito Ad quintum dicitur
negando assumptum et dicitur
vlterius quod pater non sunt causa
accidentaliter ordinata ad fetus
productionem et negatur illa
quia cessante actione prius adhuc
producitur fetus igitur etc. quia
licet ita sit non tamen cessante
actione virtutis a precise semine
derelicte producitur fetus dicitur
etiam quod non propter hoc denomi-
nandum est aliquod agens ad aliquem
effectus productionem essentialiter
ordinatum quia necessario con-
currat dum ille effectus producitur
sufficit enim non posse fieri talis
effectus productionem nisi tali a-
gente accidentaliter concurrente
vel virtute ab ipso derelicta
posset etiam probabiliter negari
hec quia hec agens ut a in forma ar-
gumenti est ad b effectus produc-
tionem essentialiter ordinatum igitur
principaliter concurrit a ad pro-
ductionem b quod est calidum cum
est agens essentialiter ordinatum
ad productionem et formam acci-
dentaliter nulla enim concrete
forma substantiali ignis tamquam
agente posset ignis produci licet
vnde quod ad ignis productionem prin-
cipaliter concurrat caliditas quam forma
substantialis ignis Ad sextum dicitur
quod in causis essentialiter ordinatis
cessante actione prioris cause
sit quod licet ipsa vel aliqua opera de-
relictum concurrat ad actionem
cessat actio posterior vel absolute
conceditur quod cessante actione prioris
cessat actio posterior et tunc quidem
negatur eta est minor in argumento
Ad 7m dicitur negando assumptum
scilicet quodlibet per se productum etc.
Et vlterius negandum omne per
se productum ab animato esse
animatum ut patet inductiue Ad

Vide quid requiritur
ad actionem animatam
vniuocam

Non solum quia ille 3
condiciones requiruntur
ad actionem vniuocam

Ad secundum probabiliter dicitur
quod sicut nutrimentum per impres
sionem a membris receptum et fer
rum a magnete potest ad omnem
differentiam positionis naturaliter
moveri Ita spiritus secundum va
rias recipit alterationes per quas
potest ad omnem positionis differen
tiam inclinari sicut in timore prae
sentato obiecto terribili recipit spiritus
alterationem inclinantem ipsum
ut trahatur ad interiora Econtra
autem in gaudio et sic de aliis //
Pro auctoritate vero philosophi dicitur
non esse repugnans idem mobile
esse naturaliter mobile duobus
modis contrariis uno primo et
per se altero vero secundario et
ex consequenti sive accidentaliter
scilicet propter accidentalem impres
sionem in mobili accidentaliter pro
ductam sicut patet in ferro quod propter
qualitatem in eo a magnete acci
dentaliter impressam potest ad
omnem positionis differentiam
naturaliter moveri Et ad primum
sensum procedit auctoritas philosophi
Posset etiam dici probabiliter non
solum animata esse naturaliter
apta moveri ad omnem positionis
differentiam sed etiam corporalium
suis motibus animatis subordina
ta ut spiritus nutrimentum etc. Ad
nonum dicitur negando assumptum
et pro auctoritate Avicenne potest
dici primo Avicennam locutum
fuisse disiunctive nondum enim pro
forte apparebat spiritum non esse
formaliter animatum vel potest
exponi sic aut prout et cetera sensus
membrum et spiritum idest mem
brum per spiritum dispositum
sine cuius praesentia non potest vita
vel sanitas in membro conservari
Alii per spiritum intelligunt vita
lem quem vere ponunt formaliter
animatum Ad decimum dicitur
quod illa descriptio est sic intelligenda
generatio viventis est prima par
ticipatio animae nutritivae in calido
naturali id est in subiecto disposito
per calidum naturale Et per auc
toritatem Avicenne dicitur quod spiritus
recipit animam sive vitam solum vi
talem vel recipit animam pri
mam idest temperamentum pri
mum animae operationibus deserviens
Ad argumenta vero adducta pro
prima conclusione positionis sic
respondendum est ad primum quod non
sufficit per temperamentum consistens
subiective in spiritu quod exerceat anima quas
cumque viventis operationes quia vi
tium cum nec est complexio subiective
consistens in membro Ad 2um dicitur
quod non melius perficeret anima suas
operationes si in solo membro esset sub
iective temperamentum etc. propter
multa primo quia calidum membri
resolvitur unde oportet ipsum
per calidum conservari et resumi
2o quia secundum varias congre
gas operationes animae oportet calorem
ad varias differentias positionis moveri
ut quandoque impellatur sursum et di
vertatur ad dorsum quandoque contra et
sic de aliis hoc autem fieri non posset
si in solo membro esset temperamentum
aptum animae in suis operationibus de
serviens Ad 3um patet sufficienter
ex dictis in quaestione.

Expliciunt quaestiones
de anima per reverendum artium
et medicine doctorem
magistrum Jacobum de
Forlivio Padue.

Logica calculatoria